Nam, cum Ecclesia in hoc mundo vivat, eique cum hominibus atque nationibus rationes intercedant, iis etiam opus habet viris, quibus ad haec gerenda utatur. Tu, Venerabilis Frater Noster, in his fuisti : Manilae, Vasingtoniae, alibi. Quoniamque <(semper habet unde det qui pectus habet plenum caritatis » (Aug. *In Ps.* 33, *Enarr.* II, 13), idcirco multa dedisti sive Ecclesiae, sive populis quos penes aut Nuntium aut Apostolicum Delegatum egisti : labores, nempe, assiduos ut mutua amicitia inter Ecclesiam catholicam gentesque illas accresceret; amorem erga Sedem Apostolicam Christique Vicarium perennem ac fidelem; sollicitudinem, ut Concilii Vaticani II decreta ceteraeque Pontificum voluntates in honore haberentur et ad exitum deducerentur; pietatis egregiae exempla dedisti, sacerdotii tui flores ; prudentiam denique ostendisti, nec eam mediocrem, quae, ut ait Cicero, «cernitur in delectu bonorum et maiorum » *(Off.* I, 43, 153).

Iure ergo a Paulo VI, Decessore Nostro f. m., in Patrum Cardinalium Collegium cooptatus es, id est in Senatum atque amplissimum Ecclesiae Consilium. Ceterum, industria tua magnas adhuc utilitates affert, cum Praefecturae rerum oeconomicarum S. Sedis praesideat.

Est ergo cur Nos, capta occasione, et gaudeamus tecum, et gratulemur tibi, et omnia bona sancta felicia optemus, a Deoque expetamus.

Ultimum, Venerabilis Frater Noster, recte valeas ; cui prosit Apostolica Nostra Benedictio, quam tibi quidem, atque omnibus quos caros habes, impertimus abunde.

Ex Aedibus Vaticanis, die r mensis Decembris, anno MDCCCCLXXVIII, Pontificatus Nostri primo.

IOANNES PAULUS PP. II

VI

Opilio S. R. E. Cardinali Rossi, Pontificii Consilii pro Laicis necnon Consilii de Familia Praesidi, XXV annum compienti a suscepta episcopali ordinatione.

Optata hoc tempore Nobis datur occasio convenienter gratulandi tibi, Venerabilis Frater Noster, tecumque laetandi, cum episcopalis muneris tui primordia sis commemoraturus. Quinque etenim plena condentur lustra, ex quo tu, ordinatus Episcopus, Spiritus Sancti dono unctus fuisti. Admiscere itaque cupimus ominantes voces Nostras benevolentiae et amoris signis, quibus sacerdotes atque Christifideles tibi necessitudine iuncti te prosequentur fausto hoc anniversario die.

Minime Nos praeterit quantum dignitatis, honoris et firmitatis attulerit Ecclesiae Catholicae diligens tua officii episcopalis perfunctio his viginti quinque annis. Postquam enim sacerdos Christi impigram operam dedisti, prout Sanctae Sedis necessitates postulabant, Archiepiscopus titulo Ancyranus factus, Apostolicum Nuntium egisti in Aequatoriana Republica primum, dein in Chilia, ac tandem, ab anno scilicet MCMLXI, in Republica Austriae, atque demandatam tibi Legationem explevisti spectata cum prudentia, industriosa sollertia, sollicita semper providaque cura. Cum vero doctrinae copia rerumque usu commendareris, provido consilio factum est ut in Cardinalium collegium cooptareris, tibique Pontificii Consilii pro Laicis atque Consilii de Familia regimen concederetur.

Quare, Venerabilis Frater Noster, gratulantem vocem Nostram tibi ex animo pandimus atque una tecum extollimus bonitatem Dei omnipotentis qui tales tibi animi dotes tribuerit, quibus tot annos prospere valeres Ecclesiae inservire.

Quod hactenus fecisti, fac potiore contentione, si potes, in posterum peragas, spiritu fortitudinis et consilii dono munitus, cum hac Apostolica Sede arcte coniunctus, quae est ((centrum et principium unitatis fidei et communionis » (Pauli VI, Ali. ad Patres Concilii, 14 Sept. 1964 ; *AAS* 56 [1964], p. 813).

Scito, Venerabilis Frater Noster, Christi Vicarium tibi proximum adsistere hac praesertim anniversaria redeunte memoria, tibi peculiari benevolentia et amore bene precari, tibi a Pastore divino exposcere dies pacis et laetitiae plenos, atque vires ad opus tuum prosperrime prosequendum.

Haec vota confirmet Apostolica Benedictio, quam tibi volentes impertimus iisque omnibus, qui sollemnibus ob iubilaeum tuum celebrandis intererunt.

Ex Aedibus Vaticanis, die VIII mensis Decembris, anno MCMLXXVIII, Pontificatus Nostri primo.

IOANNES PAULUS PP. II

EPISTULA

Ad Conradum Waldheim, Consilii Nationum Unitarum Virum a Secretis, XXX expleto anno a « Declaratione Universali Iurium Hominis ».

The signal occasion of the thirtieth anniversary of the Universal Déclaration of Human Rights gives the Holy See the opportunity of proclaiming once again to people and to nations its constant interest and solicitude for fundamental human rights whose expression we find clearly taught in the Gospel message itself.

With this in mind I want to greet you, Mr. Secretary-General, and through you the President and members of the General Assembly of the United Nations who have gathered to commemorate this anniversary. I want to express to all of you my firm agreement to " the continuing commitment of the United Nations Organization to promote in an ever clearer, more authoritative and more effective manner, respect for the fundamental rights of man

In these past thirty years significant steps have been taken and some outstanding efforts made to create and support the juridical instruments which would protect the ideáis set out in this Déclaration.

Two years ago the International Covenant on Economic, Social and Cultural Rights and the International Covenant on Civil and Politicai Rights came into effect. By them, the United Nations marked a significant step forward in making effective one of the basic principies which it has adopted as its own from the very foundation of the Organization : namely, to establish juridically binding means for promoting the human rights of individuáis and for protecting their fundamental liberties.

Certainly, it would be a désirable goal to have more and more States

[1] **Paul VI, Message for the XXVth Anniversary of the Déclaration of Human Rights, 10 December 1973, *AAS* 65 (1973), p. 674.**

adopt these Covenants in order that the content of the Universal Déclaration can become ever more operative in the world. In this way the Déclaration would find greater echo as the expression of the firm will of people everywhere to promote by legal safeguards the rights of all men and women without discrimination of race, sex, language or religion.

It should be noted that the Holy See — consistent with its own identity and at various levéis — has always sought to be a faithful collaborator with the United Nations in ail those initiatives which would further this noble but difiicult task. The Holy See has always appreciated, lauded, and supported the efforts of the United Nations endeavouring to guarantee in an ever more efficient way the full and just protection of the basic rights and freedoms of the human person.

If a review of the past thirty years gives us ail reason for real satisfaction at the many ad vanees that have been made in this field, still we cannot ignore that the world we live in today offers too many examples of situations of injustice and oppression. One is bound to observe a seemingly growing divergence between the meaningful déclarations of the United Nations and the sometimes massive increase of human rights violations in ail parts of society and of the world. This can only sadden us and leave us dissatisfied at the current state of affairs.

Who can deny that today individuai persons and civil powers violate basic rights of the human person with impunity : rights such as the right to be born, the right to life, the right to responsible procréation, to work, to peace, to freedom and social justice, the right to participate in the décisions that affect people and nations?

And what can be said when we face the various forms of collective violence like racial discrimination against individuáis and groups, the use of physical and psychological torture perpetrated against prîsoners or politicai dissenters? The list grows when we turn to the instances of the abduction of persons for politicai reasons and look at the acts of kidnapping for material gain which attack so dramatically family life and the social fabric.

In the world as we find it today what criteria can we use to see that the rights of ali persons are protected? What basis can we offer as the soil in which individual and social rights might grow? Unquestionably that basis is the dignity of the human person. Pope John XXIII explained this in *Pacem in Terris:* "Any well-regulated and profitable association of men in society demands the acceptance of one fundamental principie : that each individuai is truly a person.

As such, he has rights and duties which together flow as a direct conséquence from his nature. These rights and duties are universal and inviolable and therefore altogether inalienable ".

Quite similar is the preamble of the Universal Déclaration itself when it says : " the récognition of the inhérent dignity and of the equal and inalienable rights of all members of the human family is the foundation of freedom, justice and peace in the world

It is in this dignity of the person that human rights find their immediate source. And it is respect for this dignity that gives birth to their effective protection. The human person, even when he or she errs, always maintains inhérent dignity and never forfeits his or her personal dignity.[2]

For believers, it is by allowing God to speak to man that one can contribute more truly to the strengthening of the consciousness that every human being has of his or her destiny, and to the awareness that all rights derive from the dignity of the person who is firmly rooted in God.

I now wish to speak of thèse rights themselves as sanctioned by the Déclaration, and especially of one of them which undoubtedly occupies a central position : the right to freedom of thought, of conscience and of religion.[3]

Allow me to cali the attention of the Assembly to the importance and the gravity of a problem still today very keenly feit and suffered. I mean the problem of religious freedom, which is at the basis of all other freedoms and is inseparably tied to them all by reason of that very dignity which is the human person.

True freedom is the salient characteristic of humanity : it is the fount from which human dignity flows ; it is " the exceptional sign of the divine image within man ".[4] It is offered to us and conferred on us as our own mission.

Today men and women have an increased consciousness of the social dimension of life and as a resuit have become ever more sensitive to the principie of freedom of thought, of conscience and of religion. However, with sadness and deeply felt regret we also have to admit that unfortunately, in the words of the Second Vatican Council, in its Déclaration on Religious Freedom, "forms of government still exist under which,

[2] ***Pacem in Terris,* 158.**

[3] **Cf. Article 18.**

[4] ***Gaudium et Spes,* 17.**

even though freedom of religious worship receives constitutioni récognition, the powers of gouvernment are engaged in the effort to deter Citizens from the profession of religion and to make life difficult and dangerous for religious communities ".[5]

The Church strives to be the interpréter of the thirst modern men and women have for dignity. So I would solemnly ask that, in every place and by everyone, religious freedom be respected for every person and for all peoples. I am moved to make this solemn appeal because of the profound conviction that, even aside from the desire to serve God, the common good of society itself " may profit by the moral qualifies of justice and peace which have their origin in man's faithfulness to God and to his holy will ".[6] The free exercise of religion benefits both individuáis and governments. Therefore the obligation to respect religious freedom falls on everyone, both private Citizens and legitímate civil authority.

Why then is repressive and discriminatory action practised against vast numbers of Citizens, who have had to suffer ail sort of oppression, even death, simply in order to preserve their spiritual values, yet who despite all this have never ceased to cooperate in everything that serves the true civil and social progress of their country? Should they not be the objects of admiration and praise rather than considered as suspect and crimináis?

My Predecessor Paul VI raised this question : " Can a State fruitfully call for entire trust and collaboration while, by a kind of 'negative confessionalism', it proclaims itself atheist and while declaring that it respects within a certain framework individual beliefs takes up positions against the faith of part of its Citizens? ".[7]

Justice, wisdom and realism all demand that the baneful positions of secularism be overeóme, particularly the erroneous réduction of the religious fact to the purely private sphère. Every person must be given the opportunity within the context of our life together to profess his or her faith and belief, alone or with others, in private and in public.

There is one last point which deserves attention. While insisting—and rightly so—on the vindication of human rights, every individual has the Obligation to exercise his basic rights in a responsible and ethically justified manner. Every man and woman has the duty to respect in

[5] *Dignitatis Humanae,* 15.

[6] *Ibid.,* 6.

[7] Paul VI, Address to the Diplomatie Corps, 14 January 1978, *AAS* 70 (1978), p. 170.

others the rights claimed for oneself. Furthermore, we must all contribute our share to the building up of a society that makes possible and feasible the enjoyment of rights and the discharge of the duties inhérent in those rights.

To conclude this message, I wish to extend to you, Mr. Secretary-General, and to all those who, in whatever capacity, serve in your Organization, my heartfelt good wishes, with the hope that the United Nations will continue tirelessly to promote everywhere the defence of the human person and of his dignity in the spirit of the Universal Déclaration.

From the Vatican, 2 December 1978.

IOANNES PAULUS PP. II

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE SEU DE PROPAGANDA FIDE

PROVISIO ECCLESIARUM

Ioannes Paulus Divina Providentia Pp. II, latis decretis a Sacra Congregatione pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, singulis quae sequuntur Ecclesiis sacros Pastores dignatus est assignare . Nimirum praefecit :

Die 15 Novembris 1978. — Metropolitanae Ecclesiae Brazzapolitanae R. D. Bartholomaeum Batantu, e clero eiusdem Archidioecesis, curionem in oppido vulgo Bacongo nuncupato.

— Metropolitanae Ecclesiae Taipehensi Exc.mum P. D. Matthaeum Kia Yen-Wen, hucusque Episcopum Kiayensem.

— Metropolitanae Ecclesiae Osakensi Exc.mum P. D. Paulum Hisao Yasuda, hucusque Episcopum titularem Tuccitanum.

— Metropolitanae Ecclesiae nuper evectae Honiaranae Exc.mum P. D. Danielem Stuyvenberg, hucusque Episcopum Honiaranae Dioecesis.

— Cathedrali Ecclesiae Nkongsambensi Exc.mum P. D. Thomam Nkuissi, hactenus Episcopum titularem Lupercianensem.

— Cathedrali Ecclesiae Taravanae, Naurunae et Funafutinae R. P. Paulum Eusebium Mea Kaìnea, e Missionariis Sacratissimi Cordis Iesu, Vicarium Generalem eiusdem Dioecesis.

— Cathedrali Ecclesiae Aimerensi et Iaipurensi R. D. Ignatium Menezes, e clero Lucknovensi, Consultorem dioecesanum.

— Coadiutorem cum iure successionis Exc.mi P. D. Theodori Villelmi Van den Elzen, Episcopi Dorumaënsis-Dunguensis, constituit R. D. Aemilium Aiti Waro Leru'a, e clero saeculari Dioecesis Mahagiensis-Niokaènsis, doctorem iuris Canonici et Civilis apud Maius Seminarium Archidioeceseos Bukavuensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Cartennitanae R. P. Iosephum Aloisium Serna Alzate, Instituti Missionum a Consolata sodalem, Consiliarium Generalem eiusdem Instituti, quem constituit Vicarium Apostolicum vicariatus Florentiae in Columbia.

— Titulari episcopali Ecclesiae Troyniensi R. P. Bonifatium Hauxiku, Instituti saecularis Servorum Christi Sacerdotis sodalem, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Rodulfi Koppmann, Vindhoekensis Vicarii Apostolici.

— Titulari episcopali Ecclesiae Sinnuaritanae R. D. P. Petrum Kurongku, Buganvillensis Dioecesis Vicarium Generalem, quem nominavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Danielis Stuyvenberg, Honiarani Archiepiscopi.

Die 19 Decembris. — Coadiutorem cum iure successionis Exc.mi P. D. Alexandri Tokio, Archiepiscopi Antibarensis, constituit - R. D. Petrum Perkolic, e clero saeculari eiusdem Archidioeceseos, in oppido vulgo Cetinje parochum, quem archiepiscopali dignitate ornavit.

— Titulari episcopali Ecclesiae Tigillavensi R. D. Antonium Thannikot, Pontificii Seminarii in civitate vulgo Alwaye Rectorem ac Commissionis Liturgicae Praesidem necnon archidioecesanum Consultorem, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Iosephi Kelanthara, Verapolitani Archiepiscopi.

NOMINATIONES

Peculiaribus datis decretis, Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide ad suum beneplacitum renuntiavit :

Die 11 Novembris 1978. — Rev. P. Hippolytum Kunnunkal, Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum sodalem, Praefectum Apostolicum Iammuensis et Kashmirensis Apostolicae Praefecturae, in India.

— Rev. P. Anicetum Sinaga, sodalem Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum, Praefectum Apostolicum Sibolgaënsis in Indonesia Apostolicae Praefecturae.

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

DECRETA

I

AQUEN. SEU ÄSTEN.

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Iosephi Marello, Episcopi Aquensis, Fundatoris Congregationis Oblatorum S. Ioseph, Astae Pompeiae.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Sanctus Ioseph humilium est exemplar, quos Religio christiana ad maxima extollit ; ex Sancto Ioseph patet non magna opus esse, sed communes, humanas, simplices, at veras et genuinas virtutes, ut boni sincerique Christi discipuli simus » (PAULUS VI, *Allocutio* diei 19 Martii anni 1969). Quod hanc veritatem intellexit, quodque in ea sibi aliisque rationem vivendi posuit, ipse eam expertus, hoc Iosephi Marello, institutoris Oblatorum Sancti Ioseph et episcopi Aquensis, charisma fuit et cura.

Iosephus Marello, Vincentii et Annae Mariae Viale filius, die 26 Decembris anni 1844 Augustae Taurinorum natus est. Matre immature mortua, octennis avos adiit, in locum vulgo *S. Martino Alfieri* appellatum, unde pridie calendas Novembres anni 1856 Astense seminarium ingressus est. Vocationi suae, de qua exploratus est, se totum dedidit, eandemque in studiis, in pietate, in disciplina et moribus magnopere proficiendo confirmavit.

Eum, die 19 Septembris anno 1868 sacerdotem factum, administrum sibi elegit episcopus Carolus Savio, a quo solitudinis amans, in studiis ecclesiasticis assiduus, in negotiis tractandis prudens, secretorum custos diligentissimus, urbanus et docilis cognitus est. Indole singulariter ad virtutem proclivis, Iosephus Marello nobili sacerdotalis vitae

exemplo praedicti Episcopi usus est, ita in mansuetudine et humilitate progrediens, ut ad se adeuntibus mirabilis fieret.

E Concilio Vaticano I, cui cum suo episcopo interfuit, auxit suam de Ecclesia scientiam, quae sub Pontifice Pio IX sollemnibus Immaculatae Conceptionis Beatae Mariae Virginis, Summi Pontificis infallibilitatis et Sancti Ioseph patrocinii renuntiationibus significata est.

Si ita Iosephum Marello episcopus Carolus Savio existimavit, ut eum sibi sumeret confessarium et heredem, ceteri quoque e muneribus quibus ex ordine in dioecesi functus est, eum gemmeum sacerdotem mirati sunt.

Ab anno 1881, quoad episcopus electus est, rara peritia et prudentia cancellarii Curiae officium explevit. Ab anno 1880 ad annum 1882 magister spiritus fuit in seminario, ubi doctrina et praesertim exemplo maxime profuit alumnorum pietati excitandae. Anno 1880 in numerum canonicorum Ecclesiae cathedralis promotus est et anno 1886 archidiaconi gradum, qui secundus est in Capitulo, sustinuit. Examinator prosynodalis creatus anno 1887, instructissimum se doctrina de moribus praebuit, recte candidatos pendendo.

Anno 1883 emit, cum aliis canonicis, amplum Sanctae Clarae aedificium, in quo hospitium caritatis collocavit. Biennio post sponte se contulit ad illam derelictorum familiam, qui mox plus ducenti fuerunt, una cum iis victurus ut, se suaque emolumenta referens ad hanc operam reditibus certis carentem, eorum melius curaret negotia, sive ad animos sive ad corpora pertinentia.

Vir singularis navitatis, tranquillitatem cum constantia coniungebat ; gravi cum lenitate et pari firmitate omnia munera sua prosequebatur, omnium colligens existimationem et observantiam, etsi de officio non digrediens. Reconditus, humilis et modestus, probissime semper de proximo suo iudicavit et locutus est. Quamvis cum clero et omnibus hominum classibus rationem haberet, nulli umquam vultu irritatus vel verbis asper visus est, sed mitis animi semper et patiens.

Magnam, qua praeditus erat, fidem sive in oratione, sive facie ea* stissime in sacris composita declarabat; fervorem in multis devotionibus, potissimum in Ecclesia cum hospitio coniuncta, fovendis. Astae postquam Romae, eo auctore, recepta est devotio erga Mariam Sanctissimam cordium reginam, iuxta methodum Sancti Ludovici Mariae Grignion de Montfort.

Sciens se Christo convertendi muneris participem esse, quotidie mane et vespere paenitentiae sacramento vacabat, sive in ecclesia ea-

thedrali, sive in seminario, sive in aliis institutis. Sponte et ultro atque frequenter praedicabat, libenter ob suam gravem, suavem et doctrina ornatam eloquentiam auditus.

Ita suum in Deum amorem cotidie serviendis fratribus impendebat, mirum virtutum exercitium purissima abdens modestia.

Sanctum Ioseph, qui tacita humilitate incarnationis mysterio operam dederat, cuiusque exemplo alliciebatur, Iosephus Marello suae interiori vitae specimen statuit quoque sacerdotali ministerio, quod est ministerium, sicut Sancti Ioseph, intimae cum Verbo Divino necessitudinis. Pridie idus Martias anni 1878, a Spiritu Sancto motus ut aliis traderet hanc vitae formam et speciem, Oblatos Sancti Ioseph instituit, qui huius Sancti virtutes imitarentur et devotionem pervulgarent, atque spiritu eius imbuti Ecclesias locorum ut catechistae et divini cultus administri humiliter adiuvarent. Eundem semper animum dioecesi serviendi custodiens, tum etiam cum Dei Providentia ipsius Institutum ex laicali factum est clericale, iussit ut Oblati, conscii Ecclesiam esse ipsum Christi corpus, huius causae praesto esse perseverarent, secundum humilitatem et industriam Sancti Ioseph, qui tali modo corpori Messiae, eiusdem usuum in domo sua factus ob amorem servus, consuluerat.

Voluit Iosephus Marello apostolatum Oblatorum Sancti Ioseph flexibilem esse, humilem et abstinentem, de parte sibi a Domino data contentum.

Congregatio Oblatorum Sancti Ioseph, die 18 Martii anni 1901 ab episcopo Astensi, et die 11 Aprilis anni 1909 a Sede Apostolica approbata, nunc, eodem stabilita spiritu, tota in Italia, tota in America et in extremis Orientis partibus diffusa est.

Quadraginta quattuor annos natus, post vigesimum annum a suscepto sacerdotio, Iosephus Marello episcopus Aquensis electus est, et Romae episcopalem ordinationem accepit die 17 Februarii anni 1889.

Plene de munere episcopi edoctus, in quo habitus et amatus est ut moderator et pater, omnibus Christum praesentem exhibuit, quia manifeste factus est servus.

« Forma factus gregis ex animo » (cfr. *1 Pt.* 5, 3), exemplo suo cleri et fidelium maxime sanctitati favit. Novo ardore studioque apostolico totum utilitati spirituali suae dioecesis se dedit, praecipue tamen seminario, clero et religiosis. Sacramentis frequentandis, sacrae praedicationi, catechesi consuluit.

Magnis cum laboribus, quorum infirma valetudo, locorum longinquitas et difficilia itinera ei causa fuerunt, omnes dioecesis partes pererravit, omnes aedificans oratione, praedicatione, cura pauperum, aegrorum et puerorum : qui ad unum omnes in eius amabilitate Christum bonum pastorem videbant (cfr. *Io.* 10, 1-16; 1 *Pt.* 2, 25).

Sanctum Ioseph, suae interioris vitae exemplar, fideliter imitatus in exercendis constanter ac fortiter latentibus communibusque virtutibus, ex hoc, tamquam fructus, percipiebat animi aequitatem et perfectum cum Dei voluntate consensum, etiam in gravibus difficultatibus, in quas sive ob suae dioecesis unitatem, sive ut superesset Congregatio Oblatorum, incurrit.

Cum sex tantum annos in dioecesi mansisset, ob fulgidas tamen virtutes obque bonum regimen et prudens, meruit qui a Pontifice Leone XIII <x lumen episcopatus » appellaretur. Is in dioecesi commemoratur ut ((vir animo mitissimus animosque placandi mira virtute praeditus ; vultus et eloquii suavitate omnibus acceptissimus ».

Savone, quo, etsi aegrotaret, pastorali causa se contulerat, repente morbo ingravescente mortuus est, suae caritatis victima, die 30 Maii anni 1895, ultima Missa celebrata in templo Dominae Nostrae a Misericordia, cui his verbis « Iter para tutum » in suo insigni generis scriptis, suum episcopale ministerium commiserat.

De Iosepho Marello praesertim sacerdotes et episcopi exemplum pietatis capiunt, quo datur in hac societate ad externa intenta, illud temperamentum servare quod redemptionis ratio postulat in vitae interioris cum exteriore, et in actionis divinae cum humana contextu.

Sanctitatis fama, qua Servus Dei vivens inclaruit, post eius obitum incrementum cepit atque supernis signis a Deo confirmari visa est. Quapropter de Beatorum Caelitum honoribus eidem decernendis Causa agi coepta est. Instructi sunt igitur apud Curiam episcopalem Aquensem, annis nempe 1924-1928 et 1941-1942, Processus, in quibus super Servi Dei fama sanctitatis, scriptis et liturgico cultu non praestito actum est ; item in Astensi Curia annis 1924-1928 et, per rogatoriales litteras, anno 1925 in archiepiscopali Curia Taurinensi. Qui Processus absoluti Romam transmissi sunt atque, servatis de iure servandis, Pius Papa XII die 28 mensis Maii anno 1948 commissionem introductionis Causae propria manu signavit. Adornatus est deinde, annis 1948-1951, auctoritate quidem Apostolicae Sedis in Curia Aquensi Processus super virtutibus in specie eiusdem Servi Dei; de iuridica autem omnium ho-

rum processuum forma et vi decretum exiit Sacrae tunc Rituum Congregationis die 17 Martii anno 1954 datum.

Servato deinde iuris ordine, instituta est apud Sacram hanc Congregationem pro Causis Sanctorum disceptatio super virtutibus theologalibus et cardinalibus eisque adnexis Servi Dei Iosephi Marello, et quidem primum in Congressu, qui dicitur, Peculiari Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum, die 25 mensis Octobris anno 1977 habito ; deinde in Congregatione Plenaria Patrum Cardinalium, relatore Rev.mo Cardinali Aloisio Ciappi. Qui, omnibus perpensis, unanimi suffragio adfirmarunt Servum Dei omnes christianas virtutes heroum in modum exercuisse.

Facta postmodum de hisce omnibus Summo Pontifici Paulo VI per subscriptum Cardinalem Praefectum, in Audientia diei 13 Aprilis anni huius 1978, fideli relatione, Sanctitas Sua suffragia Patrum Cardinalium rata habens, decretum super heroicis virtutibus Servi Dei apparari mandavit.

Quod cum rite factum esset, hodierno die ad se accitis Rev.mis Cardinalibus subscripto Praefecto et Aloisio Ciappi, Causae ponente seu relatore, meque Antistite a Secretis huius Sacrae Congregationis, ceterisque de more convocandis, eisque astantibus Summus idem Pontifex edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Iosephi Marello, Episcopi Aquensis, fundatoris Congregationis Oblatorum S. Ioseph, Astae Pompeiae, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum promulgari et in Acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 12 Iunii A. D. 1978.

CONRADUS Card. BAFILE, *Praefectus*

L. & S.

Si Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

II
CORDUBEN. IN ARGENTINA

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Mamerti Esquiú, Episcopi Cordubensis in Argentina, ex Ordine Fratrum Minorum.

SUPER DUBIO

An eius Causa introducenda sit

Regnum Dei super omnia quaerens atque iustitiam eius constanter prosequens, Servus Dei Mamertus Esquiú de Ecclesia deque patria optime meritus, cum plurimis non tantum religiosis ac pastoralibus sed et politicis negotiis, ob munera sibi concredita, incumbere cogeretur, ad genuinam tamen sui status perfectionem et ad intimiorem cum Deo conversationem intendere numquam intermisit.

In loco quem vulgo vocant *Callesita,* prope *Piedra Blanca,* in provincia Catamarca Reipublicae Argentinae, die 11 mensis Maii anno 1826 natus, ac die 19 eiusdem mensis baptismalibus aquis ablutus, Mamertus Esquiú, adhuc infantulus, per intercessionem sancti Francisci Assisiensis, cui pia mater eum commendaverat, a gravi morbo mirum in modum sanatus traditur. Cum octavum aetatis annum attigit, in schola conventus Caiamarcensis Fratrum Minorum primis litteris traditur initiandus. Die 31 Maii anno 1836 in conventum eorundem Fratrum Minorum eiusdem urbis admissus est, ubi, curriculo philosophiae emenso et inchoatis theologicis studiis, die 13 Iulii a. 1841 novitiatum iniit atque post annum religiosa vota nuncupavit. Expleto deinde et theologico cursu, magistri munere per aliquot annos in schola conventus functus est, donec die 16 Octobris a. 1848 sacerdos est ordinatus. Ex quo prima vice, anno scilicet 1851, concionem de sancto Francisco Assisiensi habuit ad populum, magnus illico Evangelii praeco aestimari coeptus est, potens in opere et sermone. Primis tamen sacerdotalis vitae annis, praeter praedicationis officium, alia potius, tam intra conventus saepta quam in adnexa schola, ei concredita sunt munera adimplenda. Nec tamen a praedicatione omnino abstinuit. Pluries tamquam eximius praedicator requisitus, sollemniora novellae Reipublicae momenta opportunis illustravit ac celeberrimis orationibus. Interea Episcopus nuper erectae dioeceseos Paranensis ' Servum Dei

sibi, obtenta ad hoc licentia, in adiutorium pro peculiaribus officii sui circumstantiis assumpsit.

Cum vero Famulus Dei eiusmodi occupationibus atque populi ac civilium auctoritatum favore nimium se distrahi aestimaret, apud Tarijense Collegium apostolicum de propaganda fide, in Bolivia situm, quod quidem regulari observantia zeloque missionali praecellebat, refugium quaesivit, quo franciscalem vitam absque impedimentis vivere melius posset. At nec in Tarijensi Collegio diuturnam obtinuit pacem et quietem. Postulante etenim archiepiscopo Platensi, iterum debuit extra claustra commorari, superiorum permissu, ut eidem Platensi Praesuli quaesitum praestaret auxilium. Igitur, professor dioecesani seminarii institutus, optimam alumnis tradebat doctrinam et formationem, immo, quandocumque suppetebat tempus, praedicationi etiam verbi Dei et catecheseos labori, necnon exercitiorum spiritualium apostolatui et fidelium confessiones audiendi ministerio libenter vacabat. Periodicum insuper commentarium fundavit, cui titulus *El Cruzado,* deinde aliud *EI Ambato* nominatum, ut catholicam illustraret doctrinam, Ecclesiae iura defenderet, pacem et concordiam inter cives promoveret et augeret.

Dum autem his aliisque pastoralibus ministeriis strenue intenderet, candidatus ad sedem archiepiscopalem Bonaërensem a Gubernio Reipublicae anno 1872 praesentatur. Ipse vero, ubi primum officialem propositi accepit notitiam, re coram Deo perpensa, die 12 Decembris eodem anno, designationem firmiter recusavit et in longinquam illico regionem, Peruviam nempe, confugit. Unde, aliquod post tempus, ad Tarijense remeavit Collegium, ut exinde, venia a Ministro Generali Ordinis habita, ad Custodiam Terrae Sanctae se conferret, ubi circiter per biennium est commoratus, optima relinquens virtutis ac devotionis exempla. Servo Dei tamen propositum ibi ad vitam remanendi exsequi non licuit. Namque Generalis Ordinis Minister, Bernardinus de Portogruaro, litteris oboedientialibus die 25 Martii a. 1878 datis, in patriam illum, ut regularis observantiae incumberet restaurationi, remittebat.

Tunc autem, dum in Deputatum sive populi Legatum eligeretur pro iurisdictionibus *Santa Maria* et *Pueblo Viejo,* vacante sede Cordubensi, iterum candidatus ad episcopatum praesentatus est; sed eius recusatio, die 4 Octobris a. 1878 rite exhibita, ab Apostolica Sede hac vice admissa non fuit. Etenim Pius Papa IX, acceptationem in bonum Ecclesiae eidem iniungens, bulla die 25 Februarii a. 1879 data, canoni-

ce eum in sibi adsignatam sedem immittebat. Praemissis igitur de iure praemittendis, Servus Dei, die 12 Decembris anno 1880 episcopus consecratus, die 16 Ianuarii anno 1881 possessionem sui officii in urbe Cor duba Argentinae digne humiliter que assumpsit.

Marmertus Esquiú, qui Reipublicae Argentiniensi, vix independentiam adeptae, divina providentia veluti patronus fuerat datus, ut, callidis inimicorum Ecclesiae insidiis superatis, nova Constitutio christianis imbueretur principiis ac, imminentis belli remoto periculo, civilis concordia solide instauraretur, integerrimum semper se praebuit Praesulem in fide catholica inviolabiliter tuenda et in iuribus Ecclesiae tuendis et vindicandis, prouti ea tempestate requirebant loci adiuncta. Paratum se declarabat mori potius quam a sui officii obligationibus vel levissime declinare. Illud, praeter alia, notandum quod, iuramentum fidelitatis erga patrias leges emissurus, clausulam apposuit, qua pro suis quoque successoribus formulam iurisiurandi convenienter temperavit, de omnimoda legis Dei iuriumque Ecclesiae praevalentia, his verbis : *salvas las leyes de Dios y de la Iglesia.* Praeterea, cum Gubernium Civile, in restauranda Facultate Theologica apud studiorum universitatem Cordubensem, professores in ea nominandi ius sibi retinere contenderet, Famulus Dei liberam Ecclesiae auctoritatem iuxta placita Concilii Tridentini efficaciter propugnavit. Cumque de quodam interventu in re politica falso aliquando accusaretur, palam proclamavit se ab huiusmodi politicis contentionibus omnino alienum servari velle, immo propter divisiones ac lites saepe inde promanantes valde ab iisdem abhorrere.

Ceterum, in pastoralibus etiam sui officii adimplendis muniis, constanter sua erga Deum Unum et Trinum illuxit pietate ac filiali erga Deiparam adhaesione, praesertim sub titulo Virginis de Valle, atque per franciscales humilitatis et paupertatis semitas incedere numquam destitit. Primum sedis Cordubensis ingressum nudis perfecit pedibus. In visitanda dioecesi simpliciter et benigne cum omnibus agebat, absque tamen sui officii exigentiarum oblivione.

Denique, cum pastoralem huiusmodi visitationem perageret, ab urbe *Rioja* Cordubam rediens, gravi morbo in itinere correptus, in loco campestri *Pozo del Suncho* dicto, piissime obdormivit in Domino die 10 Ianuarii anno 1883, septimum supra quinquagesimum aetatis annum agens.

Post Servi Dei obitum sanctitatis fama, qua vivens circumdatus erat, in dies crevit. Quamvis de Beatorum Caelitum honoribus eidem

decernendis mature cogitatum est, canonicae inquisitiones tardius, quam ut ius exigit, instrui coeptae sunt. Adornatus est igitur annis 1923-1924, apud Curiam episcopalem Catamarcensem, processus ordinarius informativus super fama sanctitatis Servi Dei; qui processus tamen, ob defectum iurisdictionis Ordinarii, nullam iuridicam vim nactus est. Quapropter die 18 mensis Iulii anno 1930, competens Ordinarius Cordubensis in Argentina processum informativum super fama sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum in genere Servi Dei inchoavit atque die demum 20 Decembris anno 1945 absolvit ; atque annis 1963-1964 processum suppletivum instruxit. Eademque in Curia Cordubensi adornati sunt processus super scriptis Servi Dei et super cultu liturgico eidem non exhibito, Romamque sunt transmissi. Plures interim Postulatoriae Litterae ad Summum Pontificem pervenerunt, quibus Causae introductio apud Sedem Apostolicam expostulabatur. Et Sacra tunc Rituum Congregatio, scriptis eidem Servo Dei tributis attente perpensis, die 22 mensis Novembris a. 1963 decrevit nihil obstare quominus ad ulteriora Causa progrederetur.

Instante itaque Rev.mo P. Antonio Cairoli, Ordinis Fratrum Minorum Postulatore Generali, habitus est, die 13 Novembris a. 1977, Congressus Peculiaris Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum, quem, die 7 Februarii hoc anno 1978, excepit Congregatio Peculiaris, ponente seu relatore Em.mo Cardinali Humberto Mozzoni. Quibus in Coetibus dubio num Causa Servi Dei introducenda esset omnes adfirmando responderunt, si tamen Summo Pontifici placuisset.

Facta denique de hisce omnibus Paulo Papae VI relatione per subscriptum Cardinalem Praefectum, in Audientia eidem concessa die 13 mensis Aprilis, Sanctitas Sua responsum Sacrae Congregationis ratum habuit et confirmavit.

Datum Romae, die 13 Aprilis 1978.

CONRADUS Card. BAFILE, ***Praefectus***

L. & S.

*B Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., ***a Secretis***

III
GUARDAI EN. IN SAHARA

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Caroli de Foucauld, Sacerdotis Saecularis.

SUPER DUBIO

An eius Causa introducenda sit

Dominus noster Iesus Christus impleta esse in semet ipso ait Isaiae prophetae verba: « ... *evangelizare pauperibus misit me))* (Lc, 4, 18), suisque mandavit apostolis ut *euntes in mundum universum* praedicarent Bonum Nuntium *omni creaturae* (cf. Me, 16, 15), pollicitus se cum eis futurum *omnibus diebus, usque ad consummationem saeculi* (cf. Mt., 28, 20).

Et recens Concilium Vaticanum II recolit : « *Ad gentes divinitus missa ut 'sit universale salutis sacramentum Ecclesia ex intimis propriae catholicitatis exigentiis, mandato sui Fundatoris oboediens, Evangelium omnibus hominibus nuntiare contendit* » (Decretum de activ. mission. Ecclesiae, *Ad Gentes,* n. 1).

Quamvis principale implantationis Ecclesiae medium sit praedicatio Evangelii Christi, rerum adiuncta « *aliquando talia sunt ut possibilitas pro tempore desit praeconium evangelicum directe ac statim proponendi: tunc quidem missionarii possunt ac debent patienter, prudenter ac simul magna cum fiducia, saltem caritatis et beneficentiae testimonium Christi praebere et sic vias Domino praeparare vt ipsum aliquo modo praesentem reddere*)) (Ibid., n. 6).

Quam viam secutus est Servus Dei Carolus de Foucauld, qui in deserti solitudine abditus, non tam verbo praedicationis quam potissimum oratione, Missae sacrificii oblatione, humili labore caritatisque exercitio, paenitentia, praeclare contulit ut, superatis ac de medio sublatis inter populos diffidentiis, Christo advenienti viae pararentur eique adhaesio facilior redderetur.

Is namque, die 15 mensis Septembris anno 1858, Argentorati, nobili quidem loco, natus, sexennis utroque orbatus parente, belli causa Francos inter et Germanos alio migrare coactus, ad primam eucharisticam mensam pie accessit, sed, decimum septimum cum ageret annum, fidem in Deo rebusque divinis amisit. Quo supernaturali lumine perdi to, in mo-

rum pravitatem dilapsus est, ita ut etiam militarem, quem susceperat, cursum derelinquere debuerit.

Scientifica, quam annis 1883-1884 aggressus erat, Marochii exploratio eidem non parvam virorum peritorum comparavit aestimationem. At humanae gloriae mundanaeque vitae haud contentus, divinum crebro implorabat auxilium, aiendo : *Deus meus, si exsistis, fac ut te cognoscant* Die autem 30 mensis Octobris a. 1886 in Parisiensi ecclesia sancto Augustino, Hipponensi Episcopo, sacra, Servus Dei, divina opitulante gratia, fulminea conversione ad Fidem est reversus; et die 16 Ianuarii anni 1890 monasterium Cistercensium, seu Trappistarum, quos vocant, vulgo appellatum *Notre-Dame-des-Neiges,* intra dioeceseos Vivariensis fines situm, est ingressus. Exinde, mense Iunio eodem anno, ad monasterium Dominae Nostrae a Sacro Corde, apud *Akbès* in Syria, strictioris paenitentiae orationisque desiderio permotus, se contulit, ubi, mense Februario anno 1892, simplicia emisit vota religiosa. Deinde, anno 1896, Superiores eum ad ecclesiastica studia continuanda apud Collegium Romanum de Urbe miserunt. Qui, elapsa temporaneorum votorum periodo, attenta Servi Dei propensione vitam ducendi in adiectione, humilique et obscuro labore, ad hoc vitae genus eum sunt adhortari ; quod quidem ipse instauravit mense Martio anno 1897, famulando apud monasterium Clarissarum in civitate Galilaeae, cui nomen Nazareth. Quo quidem tempore augescit eius erga SS. altaris Sacramentum religio atque sacerdotale ministerium vehementer cupere coepit, *« quod praecipue in Eucharistia, quae Ecclesiam perficit, consistit »* (Decr. de activ. mission. Ecclesiae, *Ad Gentes,* n. 39). Ad Trappensem Abbatiam Dominae Nostrae ad Nives anno 1900 reversus, pie riteque sacerdotio suscipiendo se parabat, quo deinde, die 9 Iunii a. 1901, in dioeceseos Vivariensis servitium, est insignitus.

Vehementissime autem cupiens pauperibus participare Fidei, quod amissum recuperaverat, donum, et inter Saharae incolas lucem diffundere Eucharistiae, quae est « *fons et culmen totius evangelizationis »* (Decr. de presbyt. minist, et vita, *Presbyterorum Ordinis,* n. 5), novensilis sacerdos in solitudinem, cuius desiderio tenebatur, secessit apud *Beni-Abbès,* in meridionali regione Oranensi, in Algeria, se pauperibus recipiendis, aegrotis curandis devovendo, cultuique eucharistico propagando, fieri esseque volens parvum omnium Fratrem.

Superiorum habita venia, Servus Dei, licet res periculis non careret, Eucharistiam portavit longius in deserto apud *Touaregs* Hoggarenses, quos vocant, quorum litteras scientifica excoluit methodo iisque variis

modis auxilio fuit, ita ut factus sit ibi materialis et culturalis progressionis necnon Fidei praeco eximius.

Periculis, quae ex minus tutis illius regionis condicionibus provenire possent, non obstantibus, permansit Famulus Dei inter autochtonas vivens summa in paupertate, omni ope contendens ut eisdem auxilio esset et protectione. Re quidem vera haec fuere Christi verba quae cunctam Caroli de Foucauld mutaverunt vitam : « ... *quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis* » (Mt., 25, 40). Victima erat futurus suae deditionis ; die namque 1 Decembris anno 1916, aetatis suae octavo supra quinquagesimum, apud locum, cui vulgo nomen *Tamanrassêt,* a praedonibus incursantibus interfectus est. Cuius generis mortis veluti praesagus exstitit Servus Dei, cum de semet ipso scripsisset : « Cogita tibi moriendum esse martyrem, omni expoliatum re, in terram extensum, nudum, non agnoscibilem, sanguine vulneribusque coopertum, violenter ac dolenter caesum ».

Itaque, qui Evangelium Christi clamare desideraverat omni suae vitae actione, propria morte testificationem praebuit maximi amoris, *adimplens in corpore suo ea quae desunt passionum Christi* (cf. Col., 1, 24), pro hominum salute, atque vestigiis instans sancti Pauli dicentis : *((... propter gratiam, quae data est mihi a Deo, ut sim minister Christi Iesu in gentibus: sanctificans Evangelium Dei, ut fiat oblatio gentium accepta et sanctificata in Spiritu Sancto* » (Rom., 15, 15-16).

Flagranti permotus Dei proximique amore, Servus Dei discipulos trahere post se exoptabat. Quapropter Superiorum obtinuit approbationem statutorum cuiusdam laicorum Unionis, qui hominibus evangelizarent. Profecto post eius obitum, nostris hisce temporibus, varias apud nationes, piae sodalitates et religiosae congregationes Servum Dei sequuntur auctorem eiusque operam prosequuntur, eucharisticae contemplationi dediti necnon evangelizationi indigentium et derelictorum, idque faciunt tam vitae testificatione quam Evangelii praedicatione operumque misericordiae exercitio.

Oecumenica Synodus Vaticana Altera universalitatis posuit in luce characterem, « *qui Populum Dei condecorat, ipsius Domini donum est, quo catholica Ecclesia efficaciter et perpetuo tendit ad recapitulandam totam humanitatem cum omnibus bonis eius, sub Capite Christo, in unitate Spiritus Eius*)) (Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen Gentium,* n. 13).

Nostra autem hac aetate, cum homines magis in dies conscii fiunt propriae erga pauperes responsabilitatis, atque de die in diem exigen-

tia emergit conformitatis inter et praedicationem Evangelii, cumque ad contemplativam vitam valde conveniat confugium, Servi Dei exemplum procul dubio beneficum influxum, praesertim in iuvenes, exercet.

Servi Dei vitae testimonium suscitavit hodieque suscitat religiosam admirationem inter Africae Septentrionalis incolas non christianos, quorum ipse vitae condiciones ususque participare susceperat. Quemadmodum de cetero incredulitatis tenebras et Famulus Dei subierat et cum iis permansit, qui « *nuntium evangelicum nondum aut vix audierunt ... vel notitiae ipsius Dei extranei manent ... eius exsistentiam expresse negant, immo quandoque oppugnant* » (Decr. de activ. mission. Ecclesiae, *Ad Gentes,* n. 10), ita et Evangelii praecones iisque qui cum non credentibus dialogum habeant, Servi Dei methodum, traditione suffultam, imitari poterunt, adhibentes scientificam quoque competentiam et evangelicae vitae testimonium.

Quandoquidem *memoria iusti immortalis est et aeterna* (cf. Ps. 111, 7), sanctitatis fama Servi Dei Caroli de Foucauld, post obitum non cessavit, immo laetissime percrebruit atque supernis signis visa est confirmari. Quapropter Causa de Beatorum Caelitum honoribus eidem decernendis agi coepta est. Instructi sunt igitur episcopali potestate super eadem sanctimoniae fama processus in Curia Praefecturae Apostolicae Ghardaiensi in Sahara, a die quidem 16 Februarii a. 1927 usque ad diem 6 Februarii a. 1947, et per litteras rogatorias in Curiis ecclesiasticis, nimirum: Rhedonensi (annis 1927-1928), Petrocoricensi (a. 1928), Vivariensi (a. 1928 et a. 1938), Burdigalensi (a. 1929), Parisiensi (aa. 1928-1930), Tolosana (aa. 1929-1930), Nanceiensi (aa. 1928-1930), Alge-, riensi (aa. 1932-1936), Constantiniana-Hypponensi Regionum (a. 1938), Baionensi (a. 1938) et Lingonensi (a. 1938). Qui processus absoluti Romam transmissi sunt. Plures interim litteras ad Summum Pontificem pervenerunt, quibus Sacrorum Antistites, Religiosi et Religiosae, necnon praeclari viri laici postulabant ut Causa Servi Dei apud Apostolicam Sedem introduceretur.

Et Sacra tunc Rituum Congregatio, scriptis eidem Servo Dei tributis rite perpensis, die 28 mensis Iulii anno 1968, probante Paulo Papa VI, edixit nihil obstare quominus ad ulteriora procederetur.

Instante igitur Rev.mo Domino Bernardo Jacqueline, Postulatore huius Causae legitime constituto, die 10 mensis Ianuarii anni" huius 1978, habitus est Congressus Peculiaris Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum, quem excepit, die 4 mensis Aprilis eodem anno, Congregatio Peculiaris Patrum Cardinalium, ponente seu relatore E.mo Do-

mino Gabriele Maria Garrone. Et,- cum in Congressu tum in Congregatione Peculiaribus dubio proposito, num Causa Servi Dei introducenda esset penes Apostolicam Sedem, affirmative fuit responsum, si Summo Pontifici placuisset.

Facta demum de hisce omnibus Summo Pontifici Paulo VI per subscriptum Cardinalem Praefectum relatione, Sanctitas Sua vota Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum rata habuit et confirmavit.

Datum Romae, die 13 Aprilis A. D. 1978.

CONRADUS Card. B AFILE, *Praefectus*

L. © S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

IV

TAURINEN.

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Petri Georgii Frassati, iuvenis ab Actione Catholica.

SUPER DUBIO

An eius Causa introducenda sit

((Laici in Populo Dei congregati et in uno Corpore Christi sub uno capite constituti, quicumque sunt, vocantur, ut tamquam viva membra ad Ecclesiam incrementum eiusque iugem sanctificationem vires suas omnes, beneficio Creatoris et gratia Redemptoris acceptas, conferant.

Apostolatus autem laicorum est participatio ipsius salvificae missionis Ecclesiae, ad quem apostolatum omnes ab ipso Domino per baptismum et confirmationem deputantur. Sacramentis autem, praesertim sacra Eucharistia, communicatur et alitur illa caritas erga Deum et homines, quae anima est totius apostolatus. Laici autem speciatim ad hoc vocantur, ut praesentem et actuosam reddant Ecclesiam in eis locis et rerum adiunctis, ubi ipsa nonnisi per eos sal terrae evadere potest. Sic omnis laicus, ex ipsis donis sibi collatis, testis simul et vivum instrumentum missionis ipsius Ecclesiae exsistit " secundum mensuram donationis Christi " (Eph., 4, 7) » (Lumen Gentium, n. 33).

Fieri ergo, ex Christi dono, vivum suae Ecclesiae membrum et proinde eiusdem missionis testem atque instrumentum-, non est res

ad quam soli adulti vocentur. Est immo vocatio quaedam iam ab eo temporis puncto operans ex quo homo, rationis usum adeptus, capax fit, modo quodam progrediente, sese ad Dei vocem auscultandam parare et ad dilectionis colloquium cum eodem accedere.

Id a prima Ecclesiae aetate et deinceps per decurrentia saecula exemplis non paucorum iuvenum utriusque sexus et cuiuscumque socialis coetus illustratum est, quippe qui, sese Domino haud condicionata voluntate submittentes Eiusque vestigiis strenue insistentes, in medio suorum aequalium, sui obliti, vixerint, gloriam Dei unice sectantes et illum caritatis ardorem propagantes qui scatet ab eo qui unus est omnis bonitatis fons et origo.

Exsultat igitur Ecclesia quod, recentioribus etiam temporibus, huiusce ingenii iuvenes ipsius vitam nova vi ditaverint; quorum proinde exempla ipsamet monstrare haud dubitat iuniorum propagini, quibus perfectionis christianae semita per aspera saepe et ardua est hodie sectanda.

In Italicam denique terram descensurus, hisce verbis per telegraphium salutem dixit Alexandro Pertini, Italiae Praesidi:

Con animo colmo di intense emozioni al rientro da questo viaggio apostolico che mi ha portato tra le popolazioni generose e forti dell'America Latina, di cui ho ammirato l'ardente fede cristiana e la ferma volontà di progresso nella giustizia, rivolgo a Lei e intera Nazione Italiana il mio deferente saluto e l'augurio sincero avvalorato dalla preghiera di serena prosperità, di operosa concordia e di stabile pace.

IOANNES PAULUS PP. II

Die 1 m. Februarii

Summus Pontifex apostolicum iter absolvit Romamque feliciter pervenit die 1 m. februarii, hora 17. Religiosas et civiles Auctoritates laete salutavit, his prolatis verbis:

Ho accolto con vivo compiacimento, Signor Presidente del Consiglio dei Ministri, le gentili parole di saluto e di augurio, che Ella ha voluto rivolgermi, anche a nome del Governo Italiano. Al termine di questo viaggio apostolico, che mi ha portato al di là dell'Oceano nella nobile e cara Terra del Messico, un sentimento prevale sugli altri, che si affollano nell'animo trepidante e commosso: il sentimento della gratitudine.

Sono grato, anzitutto, al Signore ed alla Vergine Santa di Guadalupe per il costante aiuto, con cui mi hanno sostenuto in questi giorni, permettendomi di coronare felicemente una iniziativa delicata ed importante, intrapresa in adempimento dell'universale mandato, che Cristo stesso mi ha affidato, chiamandomi alla responsabilità di suo Vicario nella Sede di Pietro.

Penso poi, con vivissima riconoscenza, alle tante dimostrazioni di premura, di devozione e di affetto, riservatemi dalle popolazioni incontrate nel corso del mio pellegrinaggio ed, in particolare, dai venerati Fratelli nell'Episcopato, convenuti a Puebla in rappresentanza dell'intera Gerarchia cattolica dell'America Latina. Il mio cuore ha potuto pulsare all'unisono con il loro : ho gioito, sofferto, sperato con loro ; soprattutto con loro ho pregato, implorando dal Padre comune l'avvento di un mondo, fatto più umano dall'adesione sincera al messaggio d'amore del suo Figlio incarnato.

Ed. ora, al mio rientro in questa Sede romana, nella quale l'orbe cattolico riconosce il centro e la sorgente della propria unità, una nuova e gradita emozione suscita in me questa vostra accoglienza così spontanea e cordiale : saluto, pertanto, con animo deferente e grato, il Signor Cardinale Segretario di Stato e le altre Personalità ecclesiastiche, le Autorità politiche, civili e militari italiane, i membri del Corpo Diplomatico e voi tutti che non avete badato ad incomodi pur di potermi recare di persona il vostro benvenuto. Voglia Iddio ricompensarvi di tanta cortesia e con voi colmi pure dei suoi favori quanti si sono prodigati per la perfetta riuscita del viaggio, a cominciare dai dirigenti, dai piloti e dal personale delle Compagnie Aeree, a cui debbo se la trasvolata è stata rapida e confortevole. A conferma di questi voti sono lieto di impartire a voi qui presenti, alla diletta Città di Roma ed a quanti mi hanno seguito col pensiero e con la preghiera una speciale confortatrice Benedizione Apostolica.

In Vaticanam tandem Civitatem postquam pervenit, Summo Pontifici salutem dederunt S.R.E. Cardinales Romanaeque Curiae Praelati et Officiales nonnulli. Quibus Ioannes Paulus II, primo extra Italiae fines apostolico itinere confecto, humanissima haec verba fecit:

Signori Cardinali,

Nel momento in cui si conclude il mio primo viaggio missionario, elevo a Dio il più vivo ringraziamento per la grande esperienza che Egli mi ha concesso di vivere nella pienezza di un lavoro apostolico che ha occupato, con particolare intensità, ogni ora delle trascorse giornate.

Ho ritenuto mio dovere intraprendere questo viaggio (collegato con lo svolgimento della terza Assemblea Generale dell'Episcopato latino-americano a Puebla, da tempo preannunciata) seguendo in questo l'esempio del mio predecessore Paolo VI di venerata memoria, che volle inaugurare questa nuova forma nell'adempimento dell'ufficio papale nella Chiesa.

È difficile parlare compiutamente di questa indimenticabile esperienza mentre ancora riecheggiano nel mio animo le mille voci ascoltate e tanto immediati e vivi sono ancora i ricordi di quanto ho potuto vedere, delle persone che ho potuto incontrare, dei temi che ho avuto occasione di affrontare. Bisognerà ritornare per lungo tempo su tutto

ciò con la preghiera, con la riflessione e con il cuore; ma già da ora posso affermare che questo viaggio, dopo la breve ma significativa tappa a Santo Domingo, è stato un eccezionale incontro con il Messico nella sua realtà umana e cristiana; un incontro con il popolo di Dio di questo Paese che ha risposto con un grande atto di fede alla presenza del Papa e che, iniziato nel cuore della Chiesa messicana che è Guadalupe, si è allargato fino a raggiungere le tappe di Puebla, di Oaxaca, di Guadalajara e Monterrey.

Con la ricchezza dei suoi contenuti e la molteplicità delle sue manifestazioni, questo incontro offre, in certo senso, un vivo contesto ai compiti che, insieme con i Vescovi dell'America latina, abbiamo affrontato nell'ambito della terza Assemblea Generale di quell'episcopato che, iniziatasi come sapete il 27 gennaio scorso, con la solenne concelebrazione presso il Santuario della Vergine di Guadalupe, proseguirono a Puebla sul tema « L'Evangelizzazione nel presente e nel futuro dell'America latina», per concludersi il 12 febbraio prossimo venturo.

Introducendone i lavori il 28 gennaio, ho rivolto alla Chiesa sudamericana, con grande speranza e fiducia, un messaggio che la presenza dei mezzi della comunicazione sociale e dei professionisti della informazione (i quali hanno voluto seguire con ampiezza di tempo ogni tappa del mio breve, ma intenso viaggio) ha reso concretamente universale.

Del significato dei lavori di Puebla e dei singoli problemi là affrontati, bisognerà certamente parlare più di una volta ritornando sopra i diversi argomenti.

Ora, rientrando dopo sette giorni alla Sede Apostolica, sento il bisogno di ringraziare di cuore tutti coloro che, ad ogni livello, hanno contribuito a preparare e ad organizzare questo viaggio molto ben riuscito pur svolgendosi in tempo tanto breve.

Vorrei ringraziare anche tutti coloro che hanno sopportato con me il peso di questo viaggio : le Loro Eccellenze Caprio, Casaroli, Martin, Marcinkus, Mons. Noè e tutte le altre persone del seguito, della stampa della radio e della televisione, tutti i laici che mi hanno seguito lungo l'intero viaggio.

Permettete, infine, che io rivolga un grazie particolare a voi per l'accoglienza che mi avete riservato, a tutto il Collegio dei Cardinali che ho sentito tanto vicini con la preghiera e con il cuore nel corso di queste indimenticabili giornate ; e in modo tutto speciale al Cardinale Decano che ha saputo tanto bene interpretare i sentimenti di tutti voi ed al

Cardinale Segretario di Stato per il prezioso lavoro svolto con generosa disponibilità nei giorni della mia assenza.

La Vergine di Guadalupe che ho tanto pregato in questi giorni, dia forza, con la sua intercessione, al nostro impegno perché non siano deluse le speranze suscitate dal viaggio apostolico che oggi ho concluso.

Aliquot post dies quam apostolicum iter suum absolvit, Summus Pontifex hunc nuntium scripto dedit iis ipsis Mexici totiusque Americae Latinae alumnis, etiam non catholicis, quos Mexicopoli ad templum B.M.V, a Guadalupe allocutus iam fuerat.

A los amadísimos Participantes en el encuentro del Santuario de la Madre de Dios en Guadalupe el día 31 de enero de 1979.

Siento la necesidad de escribiros una carta con el deseo de completar lo que os dije durante nuestro encuentro. En un principio estaba previsto como un encuentro con un grupo de profesores y estudiantes de Universidades que pueden considerarse católicas en México. Posteriormente, se transformó en realidad en una reunión con unos 80.000 estudiantes en representación de los ambientes universitarios mexicanos y latinoamericanos. Habéis asistido al mismo no sólo profesores, investigadores y estudiantes de Universidades especialmente vinculadas a la Iglesia, sino también otros muchos pertenecientes a Universidades estatales que tal vez erais la mayoría. Por esta razón, al final del discurso previsto, dirigí a todos algunas frases como respuesta a las pronunciadas por uno de vuestros colegas; ahora en la presente carta quiero volver al tema iniciado.

1. Ante todo, quiero explicaros cómo veo personalmente el significado de los estudios universitarios desde el punto de vista del hombre joven. Su importancia no se limita únicamente al campo de la cultura, o sea a la adquisición de un cúmulo de saber necesario para ser capaces de desarrollar una determinada función social. En la base de los estudios académicos hay algo más profundo, se trata de la relación creativa de la verdad. Toda la realidad ha sido confiada como tarea al entendimiento y a la capacidad cognoscitiva del hombre en la perspectiva de la verdad, la cual debe ser buscada y examinada hasta que aparezca en toda su complejidad y simplicidad de conjunto.

Pues bien, esta relación creativa de la verdad en un sector elegido del conocimiento y de la ciencia constituye propiamente la substancia

de los estudios a nivel universitario. El resultado de estos estudios debe conllevar no solo una determinada cuantidad de conocimientos adquiridos en el transcurso de la especialización, sino además una peculiar madurez espiritual que se presenta como la responsabilidad por la verdad: por la verdad en el pensamiento y en la acción. Tal responsabilidad caracteriza a un hombre espiritualmente maduro. En este camino, el proceso del conocimiento llega a ser al mismo tiempo proceso de educación de la propia humanidad que fructifica con el ejercicio responsable de la libertad humana. Cristo ha dicho : « conoceréis la verdad, y la verdad os hará libres » *(Jn* 8, 32), indicando así la maduración conjunta del conocimiento y de la libertad en el hombre. En resumen, el valor de la verdad humana se mide por el modo en el que el hombre hace uso del don de la libertad, de la libre voluntad ; por la suma del bien en que consigue empeñar su voluntad y finalmente por su capacidad de darse al prójimo, a la sociedad y a la humanidad.

2. Durante mi encuentro intuí que vosotros sentís muy profundamente el mal que grava sobre la vida social de las naciones de las que sois hijos e hijas. Os preocupa la necesidad de cambio, la necesidad de construir un mundo mejor, más justo y a la vez más digno del hombre. En este tema vuestros deseos coinciden con la mentalidad que se ha ido acentuando progresivamente a través de la enseñanza y del apostolado de la Iglesia contemporánea. El Concilio Vaticano II frecuentemente da respuesta a esta aspiración para hacer la vida sobre la tierra más humana, más digna del hombre. Esta tendencia cristiana en el fondo y a la vez humana tiene carácter universal : se refiere a cada hombre y consecuentemente a todos los hombres. No puede llevar a restricciones, instrumentalizaciones, falsificaciones, discriminaciones de cualquier clase. Debe llevar consigo la plena verdad sobre el hombre y debe conducir a la plena realización de los derechos humanos. Para que esta noble aspiración que late en el corazón joven y en la voluntad pueda llegar a una realización correcta es necesario ver al hombre en toda su dimensión humana. No debe reducirse el hombre a la esfera de sus necesidades meramente materiales. No puede ni debe medirse el progreso sólo con categorías económicas. La dimensión espiritual del ser humano debe encontrar su lugar exacto.

El hombre es él mismo a través de la madurez de su espíritu, de su conciencia, de su relación con Dios y con el prójimo.

No existirá un mundo mejor, y un orden mejor de la vida social,

si antes no se da preferencia a los valores del espíritu humano. Recordad esto bien vosotros que justamente anheláis cambios que comporten una sociedad mejor y más justa; vosotros, jóvenes, que justamente contestáis toda clase de mal, de discriminación, de violencia, de torturas reservadas a los hombres. Recordad que el orden que deseáis es un orden moral y no lo alcanzaréis en modo alguno, si no dais la precedencia a todo lo que constituye la fuerza del espíritu humano : justicia, amor y amistad.

3. La Universidad es, en todo país y sociedad, la escuela y el ambiente de formación de la propia cultura.

Se encamina a esto el trabajo de investigación y de creatividad de los científicos y de los profesores que transmiten el resultado de sus investigaciones a las generaciones jóvenes de estudiantes. La cultura crea un perfil espiritual en la sociedad; un particular fundamento de su identidad constituye la herencia con la que vienen educadas siempre las nuevas generaciones. Deseo referirme ahora con especial estima y gratitud al trabajo científico de cada Universidad, de cada investigador y de cada profesor. Juntamente, con esta dignidad característica de ellos, se une la gran responsabilidad hacia esta juventud que entrega su corazón e inteligencia, para así poder absorber los bienes del conocimiento y de la cultura.

Una de las primeras tareas que se ponen a la vista de las personas cultas es la difusión de la cultura en sus múltiples matices. El acceso universal a los bienes de la cultura es la finalidad que debe perseguir toda sociedad y la humanidad entera.

El retorno de la mente y del corazón a estos bienes es la condición y el examen del auténtico progreso humano. De él, en gran medida, depende la victoria de la paz y de la justicia en la vida de las naciones y de cada continente.

¡ Esforzaos en este terreno !

Î Elevad el nivel de la instrucción pública y de la cultura de vuestros connacionales ! ¡ Superad el analfabetismo ! ¡ Servid a la gran causa de la humanidad de manera cada vez más consciente, sin olvidar la causa del cristianismo de modo cada día más responsable.

4. Os escribo, porque os veo aún reunidos alrededor de la Basílica de la Virgen de Guadalupe en número de unos 80.000. Todos vosotros, hijos e hijas de México y Latinoamérica, cualquiera que sea vuestro ambiente de origen y la Universidad de pertenencia, unios a la Madre que la Iglesia venera bajo la advocación de « Sede de la Sabidu-

ría ». La Sabiduría es fuente tanto de una humanidad social y madura como del Cristianismo. Permitidme que una vez más me dirija a la «Sede de la Sabiduría » Gonfiandole la reunión que acabamos de tener y todos los ambientes universitarios del continente latinoameri cano : profesores y estudiantes. A Ella encomiendo especialmente vuestros problemas a los que me refería entonces y a los que he hecho mención en esta carta, delineándolos sólo sin intentar un análisis exhaustivo. Son problemas importantes, fundamentales. Esta es la problemática que debe estar presente en nuestro corazón ya que nos hemos reunido allí, en aquel Santuario.

Me encomiendo especialmente a la que decimos constantemente ((bendito es el fruto de tu vientre, Jesús » en una oración por la feliz fructificación de estos problemas en vuestros corazones.

Os bendigo de todo corazón.

Vaticano, 15 de Febrero de 1979.

IOANNES PAULUS PP. II

CHIROGRAPHUM

Ioanni S.R.E. Cardinali Villot datum, a Publicis Ecclesiae Negotiis eidemque Camerario Sanctae Romanae Ecclesiae, instante initio itineris Summi Pontificis in Dominicanam et Mexicanam nationes.

Quoniam in eo est, ut aërium iter in dissitas regiones instituàmus — videlicet in Mexicum Nos conferemus atque etiam in una e Magnis Antillis brevi morabimur — consentaneum est, ut negotiis in hac Apostolica Sede per absentiae Nostrae tempus gerendis, quod a die xxv mensis Ianuarii ad diem i Februarii hoc anno ducetur, provide consulamus.

Itaque tibi, Venerabilis Frater Noster, qui gemino fungeris munere Cardinalis a publicis Ecclesiae negotiis et S.R.E. Camerarii, omnes opportunas canonicas facultates ad ipsius Camerarii partes obeundas, prout rerum adiuncta postulabunt, in idem temporis spatium largimur.

Nominatim vero potestatem tibi delegamus concedendi, absentiae Nostrae tempore, si periculum sit in mora et servatis servandis, omnia indulta, facultates et gratias, quae Nosmet ipsi tribuere solemus, itemque prospiciendi, si casus peculiariter gravis occurrat, regimini alicuius dioecesis per Administratoris Apostolici nominationem.

Te denique humane rogamus, ut assiduis precibus Nos adiuves in eiusmodi itinere constitutos, qui eo vehementer contendimus, ut gloria Dei propagetur, cultus Beatae Mariae Virginis foveatur et Ecclesiae, praesertim in America Latina, quam maximae utilitates obveniant. Certi prorsus de tua sollertia et officii diligentia, tibi, Venerabilis Frater Noster, Apostolicam Benedictionem, benevolentiae Nostrae testem, libentissime impertimus.

Ex Aedibus Vaticanis, die xxni mensis Ianuarii, anno MCMLXXIX, Pontificatus Nostri primo.

IOANNES PAULUS PP. II

An. et vol. LXXI 15 Martii 1979 N. 4

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP, II

LITTERAE ENCYCLICAE

Ad Venerabiles Fratres in Episcopatu, ad Sacerdotes et Religiosas Familias, ad Ecclesiae filios et filias, necnon ad universos bonae voluntatis homines Pontificali eius Ministerio ineunte.

IOANNES PAULUS PP. II

VENERABILES FRATRES AC DILECTI FILII

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

I

1. **REDEMPTOR HOMINIS** Iesus Christus est centrum universi et historiae : ad eum mens Nostra et cor Nostrum convertuntur singulari hoc tempore, quod Ecclesia totaque humana familia, quae nunc est, transigunt. Re quidem vera haec ipsa aetas, qua post carissimum Decessorem Ioannem Paulum I Deus arcano consilio suo universale ministerium, cum Romana beati Petri Cathedra coniunctum, Nobis concredidit, anno bis millesimo iam admodum appropinquat. Nunc ipsum difficile est dicere, quid annus ille in rerum humanarum cursu sit ostensurus qualisque futurus singulis populis, nationibus, regionibus, continentibus, quamquam iam in praesenti conatus fiunt quosdam eventus praevidendi. Pro Ecclesia vero, Populo Dei, qui — licet

ratione inaequali — usque ad extremos terminos terrae se extendit, annus ille erit annus magni Iubilaei. Accedimus iam ad illud tempus, quod — quamvis omnium emendationum, quas diligentia rei chronologicae postulat, respectus habeatur — memoriam afíeret et peculiariter conscientiam renovabit primariae illius veritatis, qua fides innititur quamque Sanctus Ioannes in Evangelii initio proposuit: « Verbum caro factum est, et habitavit in nobis » et alibi: « Sic enim dilexit Deus mundum, ut Filium suum Unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam aeternam ».[2]

Etiam nos quodam modo in tempore novi cuiusdam Adventus versamur, quod est tempus exspectationis. « Multifariam et multis modis olim Deus locutus Patribus in Prophetis, in novissimis his diebus locutus est nobis in Filio... »;[3] in Filio dicimus, qui est Verbum quique homo factus est et ex Maria Virgine natus. Hac actione redemptrici cursus rerum humanarum, secundum divinum consilium amore plenum, fastigium attigit. Deus in historiam humani generis intravit et, ut homo, factus est eius « subiectum », unum quidem ex immensa multitudine, sed simul Unicum!

Per incarnationem Deus vitae humanae illam rationem tribuit, quam homini praebere intenderat ab ipso eius initio, eamque modo certo ac terminali, ac quidem more sibi tantum proprio et peculiari secundum aeternum suum amorem et misericordiam, divina libertate plajie servata; pariter vero eam praestitit illa cum liberalitate, quae, si considerentur peccatum originale et universa series peccatorum generis humani, errata intellectus, voluntatis cordisque humani, nos sinit stupentes haec verba Sacrae Liturgiae repetere: « O felix culpa, quae talem ac tantum meruit habere Redemptorem i ».[4]

[1] *Io 1,* 14.
[2] *Io* 3, 16.
[3] *Hebr* 1, 1 s.
[4] *Miss. Rom.,* ex Praeconio Paschali.

2. Ad Christum Redemptorem animi Nostri sensus et cogitationes die **XVI** mensis Octobris anno praeterito direximus, cum, electione canonica peracta, interrogati sumus : Acceptasne? Respondimus tunc: «In oboedientia fidei erga Christum meum, in fiducia erga Christi et Ecclesiae Matrem — non obstantibus tantis difficultatibus — munus assumo ». Hanc responsionem Nostram nunc omnibus, sine ulla exceptione, publice patefacere volumus, hoc modo significantes cum primaria et fundamentali veritate Incarnationis, cuius facta est mentio, ministerium Nostrum conecti, quod, postquam Nos ad munus Episcopi Romae et successoris Petri apostoli eligi sumus assensi, in hac ipsa eius Cathedra peculiare factum est officium Nostrum.

Assumpsimus eadem nomina, quae sibi dilectissimus Decessor Noster Ioannes Paulus I imposuerat. Revera cum die **XXVI** mensis Augusti anno **MCMLXXVIII** ille Sacro Cardinalium Collegio enuntiaret se appellari velle Ioannem Paulum — cuius generis bina nomina antea numquam fuerant in historia Romanorum Pontificum — in iis luculentum perspeximus auspicium gratiae divinae novo Pontificatui ob ven tur ae. Quoniam vero eius supremum ministerium vix triginta dierum spatio erat circumscriptum, Nostrum est non solum id pergere, sed etiam, quodam modo, resumere ab ipso eius exordio. Hoc confirmatur binis illis nominibus, quae Nobismet indidimus. Ea Nobis imponendo, exemplo venerandi Nostri Decessoris, cupimus, ut ille, amorem significare, quo singularem hereditatem prosequimur, quam Romani Pontifices Ioannes XXIII et Paulus VI Ecclesiae reliquerunt, simul vero animum Nostrum paratum eam, auxiliante Deo, excolere ac promovere.

Per haec bina nomina et per utrumque Pontificatum coniungimur cum universa traditione huius Apostolicae Sedis et cum omnibus Decessoribus, qui fuerunt saeculi xx spatio et saeculis superioribus, revocantes Nos, prout res fert — aetatum variarum, etiam antiquissimarum, respectu habito — ad illam ra-

tionem muneris et ministerii, quae Petri Sedi in Ecclesia locum prorsus peculiarem assignat. Ioannes XXIII et Paulus VI veluti stationem efficiunt, ad quam proxime referri Nos iuvat quasi ad limen quoddam, unde, una cum Ioanne Paulo I, iter instituere volumus versus tempus futurum; in quo duci gaudemus fiducia, limitum nescia, et obtemperatione Spiritui, quem est Christus pollicitus suaeque Ecclesiae misit. Ipse enim ad Apostolos, instante Passione sua, dixit: « Expedit vobis, ut ego vadam. Si enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos; si autem abiero, mittam eum ad vos ».[5] « Cum autem venerit Paraclitus quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum veritatis qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me; sed et vos testimonium perhibetis, quia ab initio mecum estis ».[6] « Cum autem venerit ille, Spiritus veritatis, ducet vos in omni veritate : non enim loquetur a semetipso, sed quaecumque audiet loquetur, et quae ventura sunt annuntiabit vobis ».[7]

3. Itaque plena hac fiducia Spiritus veritatis innixi, in uberem veluti hereditatem recentium Pontificatuum ingredimur. Quae quidem hereditas in conscientia Ecclesiae penitus insidet ac quidem modo novissimo, alias numquam cognito, propter Concilium Vaticanum II, indictum et apertum a Ioanne XXIII atque postea feliciter clausum et perseveranter ad effectum adductum a Paulo VI, cuius operam et industriam Nosmet ipsi prope animadvertimus. Semper quidem ad altam eius sapientiam et fortitudinem obstupescebamus, necnon ad constantiam eius et patientiam difficili tempore Pontificatus eius, quod Concilium est subsecutum. Ut gubernator Ecclesiae, navis Petri, animum tranquillum et aequabilem provide servavit etiam in gravissimo discrimine, cum eadem navis intrinsecus concuti videretur : tum enim firmissime in spe soliditatis eius-

[5] *Io* 16, 7.
[6] io 15, 26 s.
[7] *Io* 16, 13.

dem navis perstabat. Re quidem vera quod Spiritus dixit Ecclesiae per Concilium temporibus nostris celebratum, quod per hanc Ecclesiam is dicit omnibus Ecclesiis,[8] id — quamvis paulisper perturbationes excitentur — ad nihil aliud conducit quam ad maiorem firmitatem totius Populi Dei, qui salvifici muneris sibi incumbentis est conscius.

Haec ipsa, quae Ecclesia sui conscia hac aetate sensit, Paulus VI praecipuum argumentum effecit Litterarum Encyclicarum, vim fundamenti habentium, quae a verbis ***Ecclesiam Suam*** incipiunt; ad has quippe Litteras liceat Nobis, in hoc primo et, ut ita dicamus, augurali documento huius Pontificatus Nostri, imprimis Nos referre et cum iis conectere. Conscientia Ecclesiae, a Spiritu Sancto illuminata atque suffulta magisque in dies excolenda, sive quod ad mysterium eius divinum sive quod ad missionem eius humanam sive etiam quod ad omnes eius humanas infirmitates attinet: haec, dicimus, conscientia est ac manere debet primarius fons, unde amor Ecclesiae ipsius scaturiat, perinde atque amor vicissim confert ad solidandam et acuendam conscientiam. Paulus VI ergo nobis reliquit testimonium acerrimae huiusmodi conscientiae Ecclesiae. Per multiplices ac saepe cum dolore coniunctas Pontificatus eius partes ac veluti elementa, intrepidum amorem erga Ecclesiam nos docuit, quae — quemadmodum Concilium affirmavit — est « veluti sacramentum seu signum et instrumentum intimae cum Deo unionis totiusque generis humani unitatis ».[9]

4. Hac ipsa de causa conscientia Ecclesiae coniungatur oportet cum animo cunctis patente, ita ut omnes in ea invenire valeant « investigabiles divitias Christi »,[10] de quibus Apostolus gentium loquitur. Eiusmodi animus universis patens, sociatus

[8] Cfr. *Ap* 2, 7.

[9] Const. dogm. *Lumen Gentium,* 1: *AAS* 57 (1965), p. 5.

[10] *Eph* 3, 8.

cum conscientia propriae naturae et cum certitudine propriae veritatis, de qua Christus dixit: «sermo... non est meus, sed Eius, qui misit me, Patris efficit apostolicum vigorem dynamicum, id est missionarium, Ecclesiae, quatenus integre totam veritatem, a Christo acceptam, profitetur atque proclamat.

Ea autem simul colloquium persequi debet, quod Paulus VI in Encyclicis Litteris suis, a verbis ***Ecclesiam Suam*** incipientibus, « salutiferum colloquium » appellavit, singulos veluti circulos accurate distinguens, intra quos id esset faciendum.[12] Cum ergo in praesenti Nos ad hoc documentum, susceptas Pontificatus Pauli VI continens rationes, revocamus, Deo gratias agere non desinimus, quod ille magni nominis Decessor Noster idemque verus parens, « ad extra » manifestavit genuinum vultum Ecclesiae, quamvis haec tempore Concilium subsecuto variis infirmitatibus interioribus afficeretur. Ita factum est, ut etiam magna pars familiae humanae, in diversis multifariae vitae ipsius gradibus, magis conscia redderetur — quemadmodum opinamur — sibi vere necessariam esse Christi Ecclesiam, eius missionem, eius ministerium. Quae conscientia interdum validior apparuit diversis se gerendi modis reprehensorum, qui Ecclesiam, eius instituta et compagem, necnon homines ecclesiasticos eorumque operam « ab intra » impugnabant. Hoc increbrescens censuram faciendi studium e variis causis originem duxit, atque pro certo habemus, ceteroquin, id sincero amore erga Ecclesiam non caruisse. Sine dubio inerat in eodem, missis aliis rebus, voluntas superandi triumphalismum, qui dicitur ac de quo multus sermo erat Concilii tempore. Quodsi tamen aequum est Ecclesiam, exemplum Magistri sui secutam, qui « mitis erat et humilis corde et ipsam in humilitate inniti, eam sensu critico, ut aiunt, spectare omnia, quae eius indolem et operam humanam efficiunt, necnon in se

[11] *Io* 14, 24.

[12] Cfr. Paulus PP. VI, Litt. Enc. *Ecclesiam Suam: AAS* 56 (1964), pp. 650 ss.

[13] *Mt* 11, 29.

ipsam acerrime inquirere, simili ratione oportet illud censurae faciendae studium iustis finibus contineatur. Secus enim id esse desinit utile et fructuosum, neque veritatem et amorem et animum gratiae memorem commonstrat, cuius praecipue ac plene participes fimus in ipsa Ecclesia et per Ecclesiam. Praeterea eiusmodi studium non propositum serviendi ostendit, sed potius voluntatem aliorum opinionem secundum propriam opinionem dirigendi, saepius modo nimis inconsiderato divulgatam.

Gratia habenda est Paulo VI quod, reverenter observans quamlibet particulam veritatis, quae in variis humanis opinionibus inesset, simul aequabilem constantemque rationem in officio gubernatoris navis [14] provide servavit. Ecclesia quidem, quam paene statim post illum, Ioanne Paulo I vita functo, Nobis creditam accepimus, sine dubio non immunis est a difficultatibus et contentionibus interioribus. Simul vero ea intus firmior est ad nimium illud studium censorie in se ipsam inquirendi; quapropter dici potest eam validiore uti ***facultate critica*** adversus varias inconsideratas criticas rationes, fortius resistere multiplicibus novitatibus, maturiorem evasisse quoad spiritum discretionis, magis idoneam esse ad proferenda ex perenni thesauro suo « nova et vetera »,[15] magis referri ad proprium mysterium et propter haec omnia paratiorem esse ad munus cunctos salvandi: siquidem Deus « omnes homines vult salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire ».[16]

[14] Sunt *hic* memoranda praecipua documenta Pontificatus Pauli VI, nonnullorum ex quibus ipse mentionem fecit, cum intra Missam in Sollemnitate SS. Apostolorum Petri et Pauli anno 1978 orationem haberet: Litt. Encycl. *Ecclesiam Suam: AAS* 56 (1964), pp. 609-659; Ep. Apost. *Investigabiles Divitias Christi: AAS* 57 (1965), pp. 298-301; Litt. Encycl. *Mysterium Fidei: AAS* 57 (1965), pp. 753-774; Litt. Encycl. *Sacerdotalis Caelibatus: AAS* 59 (1967), pp. 657-697; *Sollemnis Professio Fidei: AAS* 60 (1968), pp. 433-445; Litt. Enc. *Humanae Vitae: AAS* 60 (1968), pp. 481-503; Adhort. Apost. *Quinque iam Anni: AAS* 63 (1971), pp. 97-106; Adhort. Apost. *Evangelica Testificatio: AAS* 63 (1971), pp. 497-535; Adhort. Apost. *Paterna cum Benevolentia: AAS* 67 (1975), pp. 5-23; Adhort. Apost. *Gaudete in Domino: AAS* 67 (1975), pp. 289-322; Adhort. Apost. *Evangelii Nuntiandi: AAS* 68 (1976), pp. 5-76.

[15] *Mt* 13, 52.

[16] *1 Tim* 2, 4.

5. Ecclesia his temporibus, quamvis res contrariae esse videantur, in communione ministerii et in conscientia apostolatus arctius cohaeret. Oritur autem haec cohaerentia ex illo formae collegialis principio, quod Concilium Vaticanum II proposuit quodque ipse Christus Collegio duodecim Apostolorum sub Petro capite inseruit et sine intermissione in Collegio renovat Episcoporum, ita ut magis ac magis toto orbe terrarum id crescat, cum Petri successore coniunctum et sub eius ductu exsistens. Concilium non tantum hoc formae collegialis Episcoporum principium protulit, sed etiam quam maxime vivificavit, cum, missis aliis, stabile Institutum exoptaret, quod Paulus VI condidit, Synodum constituendo Episcoporum, cuius actio non solum Pontificatum Pauli VI novo pondere donavit, sed etiam postea, iam ab ipsis initiis, in Pontificatum Ioannis Pauli I eiusque indigni successoris manifesto redundavit.

Huius formae collegialis principium congruentissimum visum est hoc difficili post Concilium tempore, cum communis et concors mens Collegii Episcoporum — quod praesertim per Synodum significavit suam cum Petri successore unitatem — dubia removebat et simul idoneas ostendebat vias ad Ecclesiam, universalitatis eius ratione habita, renovandam. Potissimus enim e Synodo, praeter alia, exstitit ad evangelizationem impulsus, Adhortatione Apostolica significatus, cui titulus est ***Evangelii Nuntiandi***[17] quaeque tanto est animorum gaudio probata, utpote cum renovationis apostolicae et pastoralis ratio habetur. Eundem servavit modum .Synodus Episcoporum in postrema ordinaria sessione, quae uno fere anno acta est antequam Paulus VI est mortuus, et, ut constat, de catechesi tractavit. Cuius consessus fructus Sedi Apostolicae adhuc ordinandi sunt et palam exponendi.

Cum de manifesta progressione formarum, quibus collegialis ratio Episcopatus significatur, agamus, oportet saltem memo-

[17] **Paulus PP. VI, Adhort. Apost.** *Evangelii Nuntiandi: AAS* **68 (1976), pp. 5-76.**

remus quo cursu Conferentiae Episcopales nationales in Ecclesia universa aliique collegialis compaginis modi, sive internationales sive cuiusvis continentis proprii, sint stabiliti. Quod autem ad perantiquum Ecclesiae morem attinet, est Synodorum localium opera illustranda. Haec enim Concilii mens et sententia fuit — a Paulo VI congruenter ad effectum adducta — ut huiusmodi instituta, per saecula ab Ecclesia experiendo probata et etiam ceterae rationes cooperationis collegialis Episcoporum — veluti metropolia, quae dicitur, ne de singulis commemoremus dioecesibus — suae identitatis suaeque propriae indolis plene conscia in communi Ecclesiae unitate fervérent. Sacerdotes quoque eodem imbuuntur animo, quo sentiunt se in operando socios et veluti consponsores esse; idque multis Consiliis presbyteralibus, post Concilium ortis, confirmatur. Laicos etiam penetrat hic sensus, quo non tantum apostolatus laicalis compages iam exstantes solidatae sunt, sed etiam novae, natura quidem saepe dissimiles et summa praeditae alacritate, sunt conditae. Laici praeterea, non ignorantes conscientiae officium, quo circa Ecclesiam teneantur, Pastoribus et iis, qui Instituta vitae Deo consecratae repraesentant, in Synodis dioecesanis vel in Consiliis pastoralibus paroeciarum et dioecesium adiutricem operam libenter praebuerunt.

Nostrum Nobis Pontificatum ordientibus haec omnia perpendenda sunt, ut Deo gratias agamus atque impense omnes Fratres et Sorores confirmemus et memori ardentique mente operam commemoremus Concilii Vaticani II ac praeclaros Decessores Nostros, qui novum hunc quasi Auctum Ecclesiae vitae, indiciis dubitationis, ruinae et discriminis multo validiorem, concitarunt.

6. Et quid dicendum de inceptis, e novo oecumenico cursu exortis? Ioannes XXIII, Summus Ecclesiae Pastor sempiterna memoria dignus, evangelica cum perspicuitate existimavit quaestionem de Christianis in unum redigendis initium capere, ut

par est, ab ipsius Iesu Christi, Magistri nostri, voluntate, quam is saepe declaravit quamque praesertim in precatione, instante morte sua in Cenáculo facta, enuntiavit: « Rogo... Pater... ut omnes unum sint ».[18] Breviter huic postulationi Concilium Vaticanum II Decreto de oecumenismo satisfecit. Summus Pontifex Paulus VI, adiuvante Secretariatu ad Christianorum unitatem fovendam, primos expertus est haud faciles conatus ad hanc unitatem consequendam. Longene in hac via processimus? Nolentes quidem ad hoc particulatim respondere, id saltem possumus affirmare : nos veros magnique momenti progressus fecisse. De hoc enim constat: nos perseveranter congruenterque esse operatos et nobiscum etiam eos, qui alias Ecclesias aliasque Communitates christianas repraesentarent, in rem institisse, de quo iis sincero sumus animo grati.

Verum est praeterea hoc Christianitatis mundique statu non aliam, ut videtur, praeberi facultatem munus universale Ecclesiae, quod ad quaestiones oecumenicas pertinet, implendi quam studium fideliter, perseveranter, humiliter atque etiam audacter vias exquirendi, ad accessum et unitatem aptas, quemadmodum ipse Pontifex Paulus VI exemplo suo comprobavit. Oportet igitur unitatem quaeramus, difficultatibus in eiusmodi via vel occurrentibus vel increbrescentibus non succumbentes; secus nec verbo Christi servaremus fidem, nec eius efficeremus testamentum. Num hoc periculum licet obire?

Non defuerunt qui, in res arduas incidentes vel eventus primorum oecumenicorum coeptuum irritos iudicantes, se retrahere vellent. Quidam immo arbitrantur hos conatus Evangelii causae nocere, etiam graviorem in Ecclesia concitare discordiam, notiones in rebus fidei et morum confusione perturbare, ad singularem quandam in re religiosa indifferentiam ducere. Etsi fortasse expedit, ut haec opinantes iure declarent ea, quae timent, tamen et hic est iustus modus adhibendus.

[18] *Io* 17, 21; cfr. *ibid.,* 17, 11, 22 s.; 10, 16; *Lc* 9, 49 s. 54.

Non est dubium quin hoc vitae Ecclesiae novum tempus postulet, ut nos fide nitamur imprimis scienti, penitus percepta necnon suscepti officii conscia. Vere oecumenice agere idem est ac patescere, appropinquare, paratum esse ad colloquendum, una veritatem inquirere perfecto evangelico et christiano sensu; sed nullo pacto idem valet nec valere potest ac deponere vel quavis ratione laedere divinae thesauros veritatis, quam Ecclesia continenter affirmavit et docuit. Omnes, qui, qualibet de causa, velint Ecclesiam dehortari, ne communem Christianorum unitatem consectetur, adhuc interrogandi sunt: num id licet nobis omittere? Num — infirmitate humana erratisque priorum saeculorum non obstantibus — gratiae Domini nostri non confidere possumus, quae postremis temporibus per verbum Spiritus Sancti apparuit, quod in Concilio audivimus ? Si sic faceremus, veritatem negaremus ad nos ipsos spectantem, quam Apostolus tam significanter extulit: « Gratia Dei sum id quod sum, et gratia eius in me vacua non fuit ».[19]

Idem, quamquam aliter debitisque inductis distinctionibus, dicendum est de illa opéra, quae adeundos curat eos, qui religiones non christianas repraesentant et quae fit colloquia habendo, communicando, simul orando, humanae religiositatis divitias exquirendo, quae, ut bene novimus, ne harum quidem religionum sectatoribus desunt. Nonne interdum firma persuasio non christianas religiones profitentium — quae et ipsa procedit a Spiritu veritatis, extra fines aspectabiles Corporis mystici operante — forsitan confundat Christianos, ad dubitandum de veritatibus a Deo revelatis et ab Ecclesia nuntiatis saepe tam proclives ac tam pronos ad infirmanda principia doctrinae moralis et ad aperiendam viam licentiae cuncta in re ethica permittendi ? Paratum esse ad quemlibet hominem animo comprehendendum, ad quodlibet systema inquirendum, ad iusta probanda, pulchrum est: sed nequaquam id significat certam

[19] *1 Cor* **15, 10.**

suam fidem amittere[20] vel morum legem infirmare, cuius defectus brevi in vitam cunctarum societatum incidet, secum, praeter alia, dolendos afferens effectus.

II

7. Si viae, in quas Concilium immisit Ecclesiam huius saeculi quasque nobis ostendit primis suis Encyclicis Litteris Summus Pontifex Paulus VI, vita defunctus, diu omnino illae manebunt, quae nobis sint tenendae, iure tamen possumus, hoc novum ingressi tempus, nos interrogare : Quid? Qua ratione progrediendum ? Quid est agendum, ut, in novo huiusmodi Ecclesiae Adventu, coniuncto cum altero mille annorum spatio iam exeunte, accedamus ad eum, quem Divinae Litterae vocant « semper Patrem », « Patrem futuri saeculi » ?[21] Hoc est potissimum novo Pontifici quaerendum, cum in oboedientia fidei assentitur praecepto, quod Christus non semel Petro dedit : « Pasce agnos meos » :[22] quod idem valet ac : Pastor sis ovilis mei; et postea: « Et tu, aliquando conversus, confirma fratres tuos M.[23]

Hic prorsus, carissimi Fratres, Filii et Filiae, princeps et praecipuum quiddam respondeamus necesse est: nobis scilicet animus impellendus est, intellectus, voluntas, cor ad unum Christum, Redemptorem nostrum, sunt dirigenda, ad Christum, hominis Redemptorem. Eum aspicere volumus, quia in eo tantummodo, Dei Filio, est salus, cum Petro dicentes : « Domine, ad quem ibimus? Verba vitae aeternae habes ».[24]

[20] Cfr. Conc. Oecum. Vat. I, Const. dogm. de Fide catholica *Dei Filius,* Canones, III : *De fide,* n. 6 : *Conciliorum Oecumenicorum Decreta,* Ed. Istituto per le Scienze Religiose, Bologna 1973[3], p. 811.

[21] *Is* 9, 6.

[22] *Io* 21, 15.

[23] *Lc* 22, 32.

[24] *Io* 6, 68; cfr. *Act* 4, 8-12.

Per ipsius Ecclesiae conscientiam, tantopere a Concilio dilatatam, per omnes huius conscientiae gradus, per cunctas regiones operis, ubi Ecclesia se declarat seque reperit et confirmat, constanter debemus ad eum tendere, qui « est caput M ,[25] ad eum, « ex quo omnia et nos in illum »,[26] ad eum, qui simul est « via et veritas »,[27] porro « resurrectio et vita w,[28] ad eum, quem videntes, nos Patrem videmus,[29] ad eum, qui debuit abire a nobis,[30] — scilicet per mortem in Cruce ac deinde per Ascensionem in caelum — ut Paraclitus ad nos veniret, immo etiam nunc tamquam Spiritus veritatis indesinenter veniat.[31] In eo sunt « omnes thesauri sapientiae et scientiae »[32] eiusque corpus est Ecclesia.[33] Ecclesia est « in Christo veluti sacramentum seu signum et instrumentum intimae cum Deo unionis totiusque generis humani unitatis » ;[34] et horum omnium fons ille est ! Ille ipse ! Ille Redemptor!

Non desinit Ecclesia eius audire sermones, quos continenter quidem repetit, dum summa cum pietate singulas vitae ipsius particulas instaurat. Hi sermones item audiuntur a non Christianis. Vita Christi loquitur eodem tempore ad tot homines, qui nondum cum Petro iterare valent: «Tu es Christus, Filius Dei vivi ».[35] Ille, Filius Dei viventis, loquitur ad homines etiam sicut homo : nam loquitur ipsa eius vita, eius humanitas, eius fidelitas erga veritatem, amor eius, qui omnes complectitur. Praeterea loquitur illius mors in Cruce, nempe inscrutabilis magnitudo dolorum eius et solitudinis. Numquam desinit Ecclesia vivendo recolere eius mortem in Cruce ac Resurrectionem, quae

[25] Cfr. *Eph* 1, 10. 22; 4; 25; *Col* 1, 18.
[26] *1 Cor* 8, 6; cfr. *Col* 1, 17.
[27] *Io* 14, 6.
[28] *Io* 11, 25.
[29] Cfr. *To* 14, 9.
[30] Cfr. *Io* 16, 7.
[31] Cfr. *Io* 16, 7. 13.
[32] *Col* 2, 3.
[33] Cfr. *Rom* 12, 5; *I Cor* 6, 15; 10, 17; 12, 12. 27; *Eph* 1, 23; 2, 16; 4, 4; *Col* 1, 24; 3, 15.
[34] Const. dogm. *Lumen Gentium,* 1 : *AAS* 57 (1965), p. 5.
[35] *Mt* 16, 16.

substantiam efficiunt vitae cotidianae eiusdem Ecclesiae. Etenim ex mandato Christi ipsius, sui Magistri et Domini, celebrat Ecclesia sine intermissione Eucharistiam, in qua « fontem vitae et sanctitatis »[36] detegit, signum efficax gratiae necnon reconciliationis cum Deo, pignus vitae aeternae. Ecclesia vivendo recolit eius mysterium indeque sine ulla fatigatione haurit; immo assidue quaerit vias, quibus idem sui Magistri et Domini mysterium propius adducere possit ad hominum genus : ad populos, ad nationes, ad succedentes sibi aetates, ad quemque hominem singillatim, quasi iugiter secundum Apostoli dictitet exemplum : « Non enim iudicavi scire me aliquid inter vos nisi Iesum Christum et hunc crucifixum ».[37] Ecclesia versatur intra orbem Redemptionis mysterii, quod profecto vitae eius atque operis fundamentale principium est factum.

8. Mundi Redemptor! In quo, modo novo et mirabiliore, revelata est veritas principalis de creatione, quam Liber Genesis testatur, cum saepius memorat : « vidit Deus quod esset bonum H.[38] Bonum autem ex Sapientia oritur et ex Amore. In Iesu Christo mundus aspectabilis, propter hominem a Deo effectus[39] — mundus iste, qui cum peccatum eo intrasset, vanitati subiectus est[40] — pristinum suum vinculum cum eadem divina origine Sapientiae et Amoris recuperat. « Sic enim dilexit Deus mundum, ut Filium suum Unigenitum daret ».[41] Quemadmodum in homine-Adamo vinculum illud diruptum erat, ita in Homine-Christo id rursus est astrictum.[42] Nonne persuadent nobis, vicesimi saeculi hominibus, verba Apostoli cum eloquentia mirabili prolata de creatura, quae « congemi-

[36] Cfr. Litaniae SS. Cordis Iesu.

[37] *1 Cor* 2, 2.

[38] Cfr. *Gen* 1, *passim.*

[39] Cfr. *Gen 1,* 26-30.

[40] *Rom* 8, 20; *ibid.,* 8, 19-22; Const. past. *Gaudium et Spes,* 2; 13: *AAS* 58 (1966), pp. 1026; 1034 s.

[41] *Io* 3, 16.

[42] Cfr. *Rom* 5, 12-21.

scit.et comparturit usque adhuc »,[43] atque impatienter « revelationem filiorum Dei exspectat », de creatura nempe, quae « vanitati ... subiecta est»?[44] Nonne ipsi illi ingentes progressus, antehac incogniti, praesertim qui nostro hoc volvente saeculo evenerunt in provincia dominationis mundi, quae fit ab homine, patefaciunt multo magis quam prius umquam istam subiectionem « vanitati »? Quaedam tantum commemorare sufficit: cuius generis sunt impendens locorum contaminatio in regionibus subito repletis multitudine sedium quaestuosae industriae, pugnae armatorum continenter coorientes ac recrudescentes, facta iam potestas exstinctionis propriae ex usu annorum atomicorum, hydrogenicorum, neutronicorum et similium, deficiens reverentia erga vitam nondum natorum. Nonne novae huius aetatis mundus, mundus itinerum aetheriorum ac victoriarum scientificarum technicarumque antea numquam reportatarum, simul creatura est, quae « congemiscit et comparturit »[45] atque impatienter « revelationem filiorum Dei exspectat » *i*[46]

Concilium Vaticanum **II** in subtili sua perscrutatione mundi huius temporis pervenit ad ***punctum,*** quod in toto aspectabili mundo est maximi ponderis: ad ipsum hominem, cum, sicut Christus, in penetralia humanae conscientiae descenderet tangeretque interius hominis mysterium, quod sermone biblico (atque etiam non biblico) verbo « cordis » significatur. Christus, mundi Redemptor, ipse modo unico neque iterabili in hominis mysterium penetravit eiusque « cor » est ingressus. Recte igitur docet Concilium Vaticanum **II:** « Reapse nonnisi in mysterio Verbi incarnati mysterium hominis vere clarescit. Adam enim, primus homo, erat figura futuri ***(Rom*** 5, 14), scilicet Christi Domini. Christus,

« ***Rom*** **8, 22.**
" ***Rom*** **8, 19.**
" ***Rom*** **S, 22.**
" ***Rom*** **8, 19.**

novissimus Adam, in ipsa revelatione mysterii Patris eiusque amoris, hominem ipsi homini plene manifestat eidemque altissimam eius vocationem patefacit ». Itemque deinde : « Qui est imago Dei invisibilis » ***(Col*** 1, 15), ipse est homo perfectus, qui Adae filiis similitudinem divinam, inde a primo peccato deformatam, restituit. Cum in eo natura humana assumpta non perempta sit, eo ipso etiam in nobis ad sublimem dignitatem evecta est. Ipse enim, Filius Dei, incarnatione sua cum omni homine quodammodo se univit. Humanis manibus opus fecit, humana mente cogitavit, humana voluntate egit, humano corde dilexit. « Natus de Maria Virgine, vere unus ex nostris factus est, in omnibus nobis similis excepto peccato ».[47] Ipse, hominis Redemptor!

9. Iterum perpendentes admirandum hunc magisterii Concilii locum, minime obliviscimur, ne uno quidem temporis momento, Iesum Christum Filium Dei viventis factum esse reconciliationem nostram apud Patrem.[48] Ipse nominatim, ipse solus aeterno satisfecit Patris amori, illi videlicet paternitate quae ab initio sese demonstravit in mundi creatione, in facta homini donatione cunctarum creationis divitiarum, cum illum constitueret « paulo minus ab angelis »,[49] formatum id est « ad imaginem et similitudinem » Dei ;[50] pariter satisfecit illi Dei paternitati atque amori, quem homo quadam ratione repudiavit, cum primum foedus[51] violaret ac sequentia pariter foedera, quae Deus pluries hominibus obtulit.[52] Redemptio mundi — hoc tremendum amoris mysterium, in quo creatio renovatur[53] — est profecto secundum intimam suam

[47] Const. past. *Gaudium et Spes,* 22: *AAS* 58 (1966), pp. 1042 s.

[48] Cfr. *Rom* 5, 11; *Col* 1, 20.

[49] *Ps 8,* 6.

[50] Cfr. *Gen* 1, 26.

[51] Cfr. *Gen* 3, 6-13.

[52] Cfr. *Miss. Rom.,* Prex Eucharistica IV.

[53] Cfr. Const. past. *Gaudium et Spes,* 37: *AAS* 58 (1966), pp. 1054 s.; Const. dogm. *Lumen Gentium,* 48: *AAS* (1965), pp. 53 s.

naturam plenitudo iustitiae in corde humano: in corde Primogeniti Filii, ut ea fieri possit cordis iustitia multorum hominum, qui in ipso quidem Filio Primogenito iam prius ab aeternitate destinantur, ut filii Dei fiant,[54] et ad gratiam vocantur, invitantur ad amorem. Crux illa in Calvariae loco, per quam Iesus Christus-Homo — filius Mariae Virginis, filius putativus Ioseph Nazarethani — « relinquit » hunc mundum, nova simul est demonstratio aeternae paternitatis Dei, qui in illo rursus accedit ad hominum genus, ad unumquemque hominem, cui ter sanctum « Spiritum veritatis »[55] largitur.

Per hanc Patris revelationem efïusionemque Spiritus Sancti, quae in Redemptionis mysterio indelebile imprimunt signum, explanatur significatio Crucis ac mortis Christi. Deus creationis sese exhibet Deum Redemptionis, uti Deum, qui « fidelis est »,[56] scilicet fidelis amori suo erga hominem et erga mundum, ipso creationis die iam patefacto. Qui amor non recedit ab ulla prorsus re, quam in illo poscit iustitia. Idcirco Deus Filium, « qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit ».[57] Si autem « peccatum fecit » eum, qui usquequaque omni caruit peccato, istud quidem fecit, ut amorem ostenderet, qui maior semper est omnibus rebus creatis, amorem dicimus, qui ipse ille est, nam «Deus caritas est».[58] Sed amor imprimis maior est quam peccatum et debilitas et vanitas creaturae,[59] morte est fortior; paratus semper porro amor est ad levandum, ad ignoscendum, ad obviam procedendum filio prodigo,[60] ad conquirendam « revelationem filiorum Dei »,[61] qui « ad futuram gloriam »[62] vocantur. Haec vero amoris patefactio nomi-

[54] Cfr. *Rom* 8, 29 s.; *Eph* 1, 8.
[55] Cfr. *Io* 16, 13.
[56] Cfr. *1 Th* 5, 24.
[57] *2 Cor* 5, 21; cfr. *Cal* 3, 13.
[58] *1 Io* 4, 8. 16.
[59] Cfr. *Rom* 8, 20.
[60] Cfr. *Lc* 15, 11-32.
[61] *Rom* 8, 19.
[62] Cfr. *Rom* 8, 18.

natur etiam misericordia;[63] eiusmodi denique ostensio amoris ac misericordiae accipit in hominum historia formam suam et appellationem: vocatur Iesus Christus.

10. Homo sine amore vivere nequit. Sibimet manet quiddam, quod incomprehensibile est, eiusque vita sensu privatur, nisi amor ei praebetur, nisi invenit amorem, nisi amorem experitur suumque efficit, nisi penitus amorem participat. Ob hanc omnino causam Christus Redemptor, ut iam dictum est, hominem ipsi homini plene manifestat. Et illa est — si ita quidem loqui licet — humana ratio et proprietas mysterii Redemptionis. In ea vicissim homo magnitudinem suae humanitatis et dignitatem et pretium proprium denuo detegit. In Redemptionis mysterio homo iterum « exprimitur » et aliquo pacto iterum creatur. Profecto ipse iterum creatur ! « Non est Iudaeus neque Graecus, non est servus neque liber, non est masculus et femina: omnes enim vos unus estis in Christo Iesu».[64] Homo igitur, qui funditus se perspicere cupit — non tantum secundum quasdam subitarias, imperfectas, saepe exteriores, immo etiam specie sola apparentes rationes vel regulas suae vitae — debet sese ad Christum conferre cum sua anxietate et dubitatione, cum sua infirmitate et improbitate, cum vita sua et morte. Is debet quasi cum toto, quod ipse est, intrare in eum; debet « asciscere » atque assumere sibi omnem veritatem Incarnationis et Redemptionis, ut rursus se reperiat. Qui intimus processus si in illo perficitur, homo fructus edit non sola Dei adoratione, verum etiam magna sui ipsius admiratione. Quantum enim momentum ac pretium habere debet homo in conspectu Creatoris, si « talem ac tantum meruit habere Redemptorem **w**,[65] si Deus dedit « Filium suum Unigenitum », ut homo « non pereat sed habeat vitam aeternam » ?[66]

[63] **Cfr. S. Thomas, *Summa Theol.,* III, q. 46, a. 1, ad 3.**
[64] ***Gal* 3, 28.**
[65] ***Miss. Rom.,* ex Praeconio Paschali.**
« Cfr. *Io* 3, 16.

Re quidem vera miratio maxima illa de pretio ac dignitate hominis nuncupatur Evangelium, id est Bonus Nuntius. Vocatur item Christianismus. Ex eadem ipsa admiratione proficiscitur Ecclesiae munus in hoc mundo, immo ac fortasse etiam magis « in mundo huius temporis ». Haec porro miratio simulque persuasio et certitudo — quae suapte intima natura est ipsa certitudo fidei, sed quae abscondito et arcano modo vivificat omnem partem veri ***humanismi*** — coniungitur arcte cum Christo. Ea etiam statuit locum Christi ac — si ita fas est dicere — peculiare eius ius civitatis in historia hominis hominumque generis. Ecclesia, quae contemplan non cessat totam mysterii Christi summam, novit ex certa sua fide Redemptionem per Crucem effectam reddidisse homini in perpetuum dignitatem suam ac sensum exsistentiae in mundo, quem nempe sensum magna ex parte propter peccatum amisit. Quocirca Redemptio peracta est in ipso Paschatis mysterio, quod per Crucem mortemque ad Resurrectionem perducit.

Primarium ergo Ecclesiae officium omni, sed praesertim hac nostra aetate, est dirigere hominis mentem ac tendere conscientiam et experientiam universi hominum generis ad Christi mysterium, omnes homines adiuvare, ut in vita cotidiana altitudinem Redemptionis percipiant, quae in Iesu Christo contingit. Eodem tempore tractantur etiam intimarum rerum hominis fines: regionem dicimus humanorum cordium et conscientiarum eventuumque humanorum.

11. Concilium Vaticanum II opus absolvit sane immensum, ut plena illa et universalis conscientia Ecclesiae formantur, de qua Summus Pontifex Paulus VI primis in suis Encyclicis Litteris scripsit. Conscientia haec — vel potius conscientia sui ipsius, Ecclesiae propria — efficitur in « dialogo », qui, priusquam fiat colloquium, converti debet ad « alterum », ad eum scilicet, quocum colloqui volumus. Concilium Oecumenicum fundamentalem vim contulit ad fingendam conscientiam

sui ipsius, Ecclesiae propriam, cum nobis tradidit modo tam apto et consentaneo conspectum totius terrarum orbis veluti « tabulam » geographicam variarum religionum. Praeterea ostendit, qua ratione super hanc « tabulam » religionum mundi superponatur, certis quibusdam gradibus servatis — antehac numquam cognitis ac nostrae aetatis omnino propriis — atheismus ipse secundum diversas suas formas, imprimis atheismus secundum certas agendi rationes exhibitus, ***organice*** dispositus, intra politicam quandam compagem ordinatus.

Ad religionem vero quod attinet, Concilium ante omnia pertractat religionem ut rem universalem, cum historia hominis iam inde a principio consociatam; deinde plures considerat variasque religiones non christianas ac postremo ipsum Christianismum. Documentum Concilii religionibus non christianis dicatum abundat nominatim permagna aestimatione praestantium spiritualium bonorum, immo illius principatus eorum, quae spiritalia sunt quaeque intra generis humani vitam recipiunt propriam affirmationem in ipsa religione proindeque in morali doctrina, quae in totum humanum cultum redundat. Recte quidem Ecclesiae Patres cernebant diversis in religionibus totidem imagines unicae cuiusdam veritatis tamquam « semina Verbi »,[67] quae testantur vehementissimum mentis humanae desiderium, ex quo dirigi cupit — etsi variis viis — in unam dumtaxat partem: quod patescit Dei ipsius conquisitione ac simul — per eandem illam intentionem versus Deum — conquisitione plenae significationis generis humani sive sensus pieni vitae humanae. Concilium devovit peculiare studium religioni Iudaicae, magnum illum thesaurum spiritualem commemorans, qui Christianis et Hebraeis est communis, atque

[67] Cfr. S. Iustinus, *I Apologia,* 46, 1-4; *U Apologia,* 7 (8), 1-4; 10, 1-3; 13, 3-4 : *Florilegium Patristicum* II, Bonn 1911[2], pp. 81, 125, 129, 133; Clemens Alexandrinus, *Stromata* I, 19, 91. 94: *S. Ch.* 30, pp. 117 s.; 119 s.; Decr. *Ad Gentes,* 11: *AAS* 58 (1966), p. 960; Const. dogm. *Lumen Gentium,* 17: *AAS* 57 (1965), p. 21.

se existimare ostendit illos, qui Islamicam religionem sequuntur quorumque fides etiam ad Abraham refertur.[68]

Rebus sic a Concilio apertis, Ecclesia cunctique etiam Christiani potuerunt pleniorem assequi conscientiam mysterii Christi, « quod absconditum fuit a saeculis et generationibus »[69] in Deo, ut in tempore recluderetur : hoc est in Homine Iesu Christo, et ut continenter singulis aetatibus revelaretur. In Christo ac per Christum plene se ipsum Deus monstravit hominibus ad eosque modo stabili accessit; eodem vero tempore in Christo ac per Christum homo est consecutus plenam conscientiam suae dignitatis et exaltationis, conscientiam pariter valoris, naturam transcendentis, humanitatis propriae ac sensus exsistentiae suae.

Oportet igitur nos omnes — quotquot Christi sumus sectatores — circa illum ipsum congrediamur et coniungamur. Haec vero consociatio — variis in partibus vitae, traditionis, structurarum ac disciplinarum apud singulas Ecclesias vel Communitates ecclesiales — perfici non potest sine assiduo opere, quod mutuam provehat cognitionem removeatque óbices in via ad unitatem perfectam. Attamen iam nunc valemus, immo et debemus adipisci mundoque testificari coniunctionem nostram, dum Christi mysterium nuntiamus, divinam et humanam proprietatem Redemptionis commonstramus, indefatigabili cum perseverantia pugnamus pro illa dignitate, quam quisque homo assecutus est perpetuoque attingere valet in Christo. Quae quidem est gratiae ipsius adoptionis divinae dignitas ac simul dignitas veritatis interioris humani generis, quae — si omnino secundum communem mundi nostrae aetatis conscientiam adepta est tam primarium momentum — magis etiam nobis patescit, illa veritate effulgente, quae ipse est : Iesus Christus.

Etenim Iesus Christus stabile principium est sempiternumque velut centrum istius officii ac muneris, quod Deus ipse

[68] Cfr. Decl. *Nostra Aetate,* 3-4 : *AAS* 58 (1966), pp. 741-743.

[69] *Col* 1, 26.

homini concredidit. Cuius muneris nos universi participes esse debemus, in illud praeterea cunctas nostras dirigere vires, quoniam id nunc cum maxime necessarium est nostri temporis hominibus. Quodsi hoc opus nostra aetate impediri videtur maioribus repugnantiis quam ullo alio tempore, talis rerum condicio probat idem officium hodie magis esse necessarium magisque ab hominibus quam antehac exspectari, quamvis ab iis oppugnetur. Hic igitur via obliqua mysterium illud oeconomiae divinae tangimus, quae salutem et gratiam Cruci iunxit. Christus haud frustra dixit: « Regnum caelorum vim patitur et violenti rapiunt illud »;[70] praeterea addidit: « filii huius saeculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt ».[71] Aequo animo subeamus hanc reprehensionem, ut esse possimus tamquam illi « violenti Dei », quos toties iam in Ecclesiae historia conspeximus quosque his etiam temporibus reperimus, ut omnes conscii ac volentes constringamur uno illo nobili officio, nominatim: ostendendi mundo Christum, adiuvandi quemque hominem, ut in eo se ipse detegat, subveniendi temporis nostri hominibus, fratribus ac sororibus, populis ac nationibus cunctoque generi humano, Civitatibus adhuc ad progressum nitentibus et opulentis: brevi, omnibus, ut cognoscant « investigabiles divitias Christi »,[72] quippe quae omni homini praesto sint omnisque hominis bonum efficiant.

12. In hac communicatione muneris, de quo Christus imprimis decernit, omnes Christiani invenire debent ea, quae ipsos iam coniungunt, etiam priusquam plena eorum communio ad effectum adducatur. Haec unio est apostolica et missionaria, missionaria et apostolica. Ob eandem hanc unionem appropinquare possumus ad mirabile illud quasi patrimonium spiritus humani, quod in universis religionibus est manifestatum, uti

[70] *Mt* 11, 12.
[71] *Lc* 16, 8.
[72] *Eph* 3, 8.

docet Concilii Vaticani II Declaratio ***Nostra Aetate.***[121] Propter eam accedimus quoque ad cunctas humani cultus formas, ad omnes ***ideológicas*** opinationes, ad singulos homines bonae voluntatis. Advenimus autem cum observantia illa et aestimatione ac discernendi facultate, quae iam inde ab Apostolorum temporibus designabat agendi rationem missionalem atque ipsius missionarii. Recordari satis est de Sancto Paulo eiusque, verbi causa, oratione habita Athenis in areopago.[74] Missionalis animi habitus proficiscitur semper a sensu permagnae reverentiae erga omne id, quod est « in homine »,[75] et aestimationis eorum omnium, quae ipse in pectoris sui penetralibus de altioribus gravioribusque quaestionibus iam excogitavit; agitur tandem de observantia erga id omne, quod in illo operatus est Spiritus, qui « ubi vult spirat».[76] Missionale munus nihil umquam delet, sed bona, quae iam sunt, assumit et nova exstruit, quamquam in ipso usu officia tam praecelsa non semper absolute sunt impleta. Atque conversio mentis, quae ab eodem munere initium ducere debet, effectus est gratiae, in qua — uti probe novimus — homo se ipsum plene reperiat oportet.

Hac de causa Ecclesia nostri temporis pondus maximum tribuit iis omnibus, quae Concilium Vaticanum II proposuit sua in « Declaratione de libertate religiosa », tum in prima tum in secunda parte documenti.[77] Intimis sensibus percipimus, quantopere nos veritas ipsa obstringat, quam Deus nobis aperuerit. Advertimus nominatim ingens nostrum conscientiae officium circa illam veritatem; cuius Ecclesia, ob Christi institutionem, custos est ac magistra, quoniam peculiari Spiritus Sancti praesidio munitur, ut fideliter valeat eandem veritatem

[73] **Cfr. n. Is.: *AAS* 58 (1966), pp. 740s.**
[74] ***Act* 17, 22-31.**
[75] ***Io* 2, 25.**
[76] ***Io* 3, 8.**
[77] **Cfr. *AAS* 58 (1966), pp. 929-946**

custodire et docere secundum plenissimam illius integritatem.[78] Implentes igitur hoc munus, respicimus Christum ipsum, qui primus est evangelizatur,[79] eiusque observamus simul Apostolos, Martyres et Confessores. « Declaratio de libertate religiosa » ostendit nobis ac persuadet, quo pacto Christus deindeque Apostoli, veritatem nuntiantes, non ab hominibus allatam sed a Deo (« mea doctrina non est mea sed Eius qui misit me »,[80] nempe Patris), omnique virtute mentis agentes, servaverint semper magnam observantiam erga hominem, erga ipsius intellectum et voluntatem, conscientiam et libertatem.[81] Hac ratione dignitas ipsa personae humanae velut pars quaedam efficitur eorum, quae illa nuntiatione continentur, etiam sine ullis verbis sed modo se gerendi erga hominem. Hic animi habitus videtur respondere peculiaribus nostrae aetatis necessitatibus. Quandoquidem vera hominis libertas non in omnibus illis rebus reperitur, quas diversa systemata atque etiam singuli homines iudicant et praedicant uti libertatem, idcirco vel magis Ecclesia, propter divinam suam missionem, fit custos huius libertatis, quae condicio est ac fundamentum verae dignitatis personae humanae.

Iesus Christus homini in unaquaque aetate obviam procedit — proinde etiam nostra — iisdem cum vocibus : « cognoscetis veritatem, et veritas liberabit vos ».[82] Haec verba principalem in se necessitatem continent simulque admonitionem : necessitatem videlicet animi honesti erga veritatem uti condicionis verae libertatis; admonitionem pariter, ut declinetur quaevis simulata tantum libertas, quaelibet levis unique tantum parti favens libertas, omnis demum libertas, quae totam veritatem de homine ac mundo non permeet. Etiam hodie,

[78] Cfr. *Io* 14, 26.

[79] Paulus PP. VI, Adh. Ap. *Evangelii Nuntiandi,* 6: *AAS* 68 (1976), p. 9.

[80] *Io* 7, 16.

[81] Cfr. *AAS* 58 (1966), pp. 936 ss.

[82] *Io* 8, 32.

duobus annorum milibus post, Christus nobis comparet tamquam ille, qui homini libertatem in veritate innixam affert, ille, qui hominem ab omnibus liberat, quae istam libertatem coarctant, minuunt et quasi perfringunt ipsis in eius radicibus, nempe in hominis anima, corde, conscientia. Quam admirabiliter praeterea hoc idem confirmant neque umquam confirmare desistunt ii, qui per Christum et in Christo assecuti sunt veram libertatem eamque testificati, etiam cum exterius coercerentur!

Iesus Christus ipse, cum ante Filati tribunal captivus consisteret ab eoque interrogaretur de accusationibus adversus se motis a Synedrii sodalibus, nonne respondit: « Ego in hoc natus sum et ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati » ?[83] Illis itaque verbis coram iudice in maximo vitae discrimine prolatis Christus quasi iteravit illam locutionem antea dictam: « cognoscetis veritatem, et veritas liberabit vos ». Tot dein saeculis et aetatibus prolabentibus ab ipso Apostolorum tempore nonne Iesus Christus saepissime apparuit iuxta homines ob veritatem iudicatos, nonne fortasse mortem subiit cum hominibus ob veritatem damnatis? Num cessat ipse interpres esse semper et advocatus hominis, qui vivit « in Spiritu et veritate » ?[84] Profecto, sicut minime desinit talis esse coram Patre, ita talis permanet etiam quod ad historiam hominis pertinet. Et Ecclesia vicissim, quantumvis multae infirmitates humanam eius historiam signent, non desistit illum sequi, qui fatus est: « venit hora, et nunc est, quando veri ador atores adorabunt Patrem in Spiritu et veritate; nam et Pater tales quaerit qui adorent eum. Spiritus est Deus, et eos qui adorant eum, in Spiritu et veritate oportet adorare ».[85]

[83] *Io* 18, 37.
[84] Cfr. *Io* 4, 23.
[85] *Io* 4, 23 s.

III

13. Cum, humanae familiae continenter ac quidem celerius crescentis experientia edocti, Christi introspicimus mysterium, clarius intellegimus, quasi fundamentum harum viarum, in quibus, sapienter Pontifice Paulo VI monente,[86] opus est pergat nostrae aetatis Ecclesia, unam esse viam, per saecula probatam et in posterum etiam valituram. Christus Dominus tum praesertim hanc indicavit viam, quando, ut Concilium docet, « Filius Dei, incarnatione sua cum omni homine quodammodo se univit ».[87] Ecclesia igitur potissimum esse suum ducit id efficere, ut continenter ad effectum haec unitas adducatur et renovetur. Hoc unum etenim assequi cupit Ecclesia: ut a quolibet homine Christus inveniatur, ut idem Christus cum unoquoque vitae iter conficiat, ea cum veritatis vi, hominem movente et mundum, quae in mysterio inest Incarnationis et Redemptionis, atque cum illa amoris vi, quae inde effulget. Inter processus, qui in rerum humanarum cursu continenter augescunt quique hac aetate in variis systematibus, ***ideologicis*** opinationibus de mundo publicisque Civitatum potestatibus prosperante, Iesus Christus denuo quodammodo praesens adest, etsi toties abesse videtur, etsi Ecclesia multimodis coercetur, ne praesentia et actione, suae institutioni propria, plene fruatur. Iesus Christus adest vi huius veritatis et amore, quae in eo ad plenitudinem pervenerunt unicam neque iterabilem, quamvis vita eius terrena brevis esset atque etiam brevius publicum eius ministerium.

Praecipua Ecclesiae via est Iesus Christus. Idem nostra est via « ad Patrem »[88] et est ad quemlibet hominem via. In hac autem via, quae de Christo ducit ad hominem, in hac via,

[86] Cfr. Litt. Enc. *Ecclesiam Suam: AAS* 56 (1964), pp. 609-659.

[87] Const. past. *Gaudium et Spes,* 22: *AAS* 58 (1966), p. 1042.

[88] Cfr. *Io* 14, 1 ss.

in qua Christus singulis hominibus iungitur, Ecclesia a nullo potest cohiberi. Hoc postulat bonum temporale hominis et bonum eius sempiternum. Christi eiusque mysterii causa, quo ipsa vita Ecclesiae constat, iis omnibus Ecclesia neque moveri non potest, quae vero hominis bono conducunt, neque eidem bono nocentia neglegere. In variis suorum documentorum locis Concilium Vaticanum II affirmavit hanc primariam Ecclesiae curam, <(ut vita in mundo praecellenti dignitati hominis magis conformetur »[89] omni ex parte, et « humanior reddatur **N .**[90] Ipsius Christi, omnium hominum boni Pastoris, haec est cura. Propter hanc sollicitudinem, ut in Constitutione pastorali Concilii legimus, « Ecclesia, quae, ratione sui muneris et competentiae, nullo modo cum communitate politica confunditur, neque ad ullum systema politicum alligatur, simul signum est et tu tamen tum transcendentiae humanae personae ».[91]

De homine ideo hic agitur, in tota eius veritate, in universa eius amplitudine. Non agitur de homine ***abstracto,*** sed vero, ut est, de homine ***concreto,*** historico, ut aiunt. De quolibet homine agitur, cum quivis comprehendatur mysterio Redemptionis et huius mysterii gratia in omne tempus cum eo Christus se coniunxerit. Omnis homo in gremio materno conceptus in vitam venit, oriens e matre, et curae Ecclesiae, ipso Redemptionis mysterio, committitur. Quae cura ad totum hominem spectat et modo prorsus peculiari ad eum refertur. Haec cura in hominem intenditur, quatenus ***realis*** eius exsistentia, unica neque iterabilis, respicitur, in qua integra permanet imago et similitudo Dei ipsius.[92] Hoc ipsum Concilium significavit, cum, de hac similitudine tractans, monet « hominem ... in terris solam creaturam esse quam Deus propter seipsam voluerit ».[93] Homo, quem Deus ita «voluit», quem ab aeterni-

[89] **Const. past. *Gaudium et Spes,* 91 : *AAS* 58 (1966), p. 1113.**

[90] ***Ibid.,* 38 : *loc. cit.,* p. 1056.**

[91] ***Ibid.,* 76: *loc. cit.,* p. 1099.**

[92] **Cfr. *Gen* 1, 27.**

[93] **Const. past. *Gaudium et Spes, 24 : AAS* 58 (1966), p. 1045.**

tate « elegit », vocavit, ad gratiam et gloriam destinavit, ipse est « omnis » homo, homo quam maxime ***concretus,*** quam maxime ***realis;*** hic enim est homo plenitudine mysterii ornatus, cuius in Iesu Christo est particeps effectus ; quod quidem mysterium singuli homines e quadragies milies centenis milibus huius terrae nostrae incolarum participant, ex quo sub corde matris concipiuntur.

14. Ecclesiae non licet hominem deserere, cuius « sors », id est electio, vocatio, ortus et mors, salus aut damnatio nexu arctissimo et indissolubili cum Christo iunguntur. Hominem dicimus quemlibet huius orbis, huius terrae, quam primo homini Creator dedit, ad virum et mulierem dicens : « Subicite eam (terram) et dominamini » ;[94] hominem dicimus unumquemque, quatenus tota eius neque iterabilis ***realitas*** exsistentiae et actionis, intellectus et voluntatis, conscientiae et cordis consideratur. Homo pro singulari sua ***realitate*** (nam est « persona ») suas vitae vices habet et praesertim animae suae historiam. Homo, ut spiritu capax est et tot tamque diversis corporis vitaeque temporalis necessitatibus obnoxius, hanc suam ipsius quasi historiam conscribit, se cum aliis hominibus iungendo pluribus vinculis, consuetudinibus, rerum condicionibus, socialibus compagibus : idque facit ex quo primum in terra incipit esse, ex quo scilicet concipitur et nascitur. Homo totus in plena veritate exsistentiae suae, eius, quod est ut persona, et vitae suae communitariae et socialis — nempe intra familiam suam, societatem et in tam dissimilibus condicionibus necnon intra nationem suam vel populum (et fortasse solum intra peculiarem nexum familiarum vel tribum), intra universum genus humanum — hic ipse homo est prima veluti via, quam Ecclesia in suo munere implendo emetiatur oportet, ille est prima et praecipua Ecclesiae via, quam ipse Christus ape-

[94] ***Gen*** 1, 28.

ruit, quaeque per mysterium Incarnationis et Redemptionis constanter transit.

Hic ipse homo, in tota veritate vitae suae, cum conscientia sua, cum continua sua ad peccatum proclivitate, simulque cum continua sua appetitione veritatis, boni, pulchri, iustitiae, amoris obversabatur Concilio Vaticano II, cum, eiusdem hominis condicionem in mundo huius temporis describens, ex externis huius condicionis rebus et causis eruebat immanentem humani generis veritatem: « In ipso enim homine plura elementa sibi invicem oppugnant. Dum enim una ex parte, utpote creatura, multipliciter sese limitatum experitur, ex altera vero in desideriis suis illimitatum et ad superiorem vitam vocatum se sentit. Multis sollicitudinibus attractus, iugiter inter eas seligere et quibusdam renuntiare cogitur. Immo, infirmus ac peccator, non raro illud, quod non vult facit et illud, quod facere vellet non facit. Unde in seipso divisionem patitur, ex qua etiam tot ac tantae discordiae in societate oriuntur ».[95]

Hic ipse homo est via Ecclesiae, in qua quodam modo omnes illae viae nituntur, quae Ecclesiae sunt persequendae, quia homo — omnis homo, nullo excepto — a Christo redemptus est; quia cum homine — cum omni homine, nullo excepto — Christus aliquo modo iunctus est, licet homo huiusce rei non sit conscius : « Christus, pro omnibus mortuus est et resuscitatus, homini — cuilibet homini et omnibus hominibus — lucem et vires praebet... ut ille summae suae vocationi respondere possit ».[96]

Cum ergo hic homo sit via Ecclesiae, eius cotidianae vitae et experientiae, eius missionis et laboris via, necesse est Ecclesia aostrae aetatis semper renovetur, memor condicionis, in qua ille versetur; cognitas scilicet habeat eius facultates, quae, ut novo semper cursu diriguntur, ita ostenduntur. Oportet item Ecclesia pericula animadvertat homini impendentia. Noscere

[95] **Const. past. *Gaudium et Spes,* 10 : *AAS* 58 (1966), p. 1032.**

[96] ***Ibid.,* 10 : *loc. cit.,* p. 1033.**

pariter debet ea omnia, quae obsistunt, ne « vita hominis in dies humanior reddatur »,[97] neve omnia, ex quibus haec vita constat, verae hominis dignitati conformentur. Paucis: omnia sciat illi cursui repugnantia.

15. Descriptionem igitur, cuius apud nos viget memoria, quamque tam acute et graviter Concilium Vaticanum II effinxit, adhuc « signis temporum » aptandam curabimus itemque rerum adiunctis, quae perpetuo mutantur et in certos et definitos abeunt cursus.

Nostrae aetatis homo semper urgeri videtur iis ipsis rebus, quas efficit, nempe proventu operis manuum suarum et magis etiam laboris mentis et voluntatis propensionum. Fructus huius multiformis industriae humanae obnoxii sunt — nimis celeriter quidem ac saepe tali modo, qui praevideri non possit — ((alienationi », quatenus illis, qui eos protulerunt, simpliciter auferuntur: hoc non solum fieri contingit nec tanta ratione, quanta, saltem ex parte, in quodam ambitu ex eorum effectibus consequenter et oblique enato, iidem fructus contra hominem ipsum convertuntur. Haec videtur esse summa acerbissimae condicionis exsistentiae hominum nostri temporis, prout maxima et universali amplitudine patet. Quare homo maiore in dies afficitur timore. Metuit enim, ne fructus sui, non omnes quidem neque plerique, sed nonnulli et ii sane, qui singularem partem habent ingenii eius et industriae, contra se ipsum omnino convertantur; metuit, ne fiant instrumenta et arma incredibili apta modo ad se ipsum destruendum; in comparatione cuius rei eversiones et calamitates, quas ex historia novimus, quasi evanescere videntur. Hinc quaerendum est : quibus de causis haec facultas, ab initio homini data, qua terram subiceret,[98] contra ipsum hominem vertitur, excitans, ut facile

[97] *Ibid.,* 88: *loc. cit.,* p. 1056; Paulus PP. VI, Litt. Enc. *Populorum Progressio,* 21: *AAS* 59 (1967), p. 267 s.

[98] Cfr. *Gen* 1, 28.

intellegitur, angorem, conscium aut inscium pavorem, minarum sensum, vario modo totam familiam humanam huius temporis arricientem variisque rationibus manifestum?

Haec minax condicio, quam contra hominem eius opera ipsa concitant, ad diversa contendit ac diversi est ponderis. Magis ac magis animadvertere videmur usum terrae huius, in qua vivimus, huius orbis, praestitutam bonorum dispensationem postulare honestam et rationi consentaneam. Praeterea idem terrae usus, spectans non tantum ad quaestuosas industrias, sed etiam ad rei militaris augendae contentionem, atque technicae disciplinae progressio, quae non temperetur neque intra complexum universalis vereque ***humanisticae*** rationis ordinetur, ambitum naturalem hominis saepe in discrimen adducunt, eum a consuetudine naturae abalienant et ab eadem avertunt. Huius ambitus naturalis saepe videtur homo non alias significationes percipere quam eas, quae proximo usui et rerum consumptioni inserviunt; cum, contra, Creator constituerit, ut homo cum natura communicaret, veluti « dominus » et « custos » intellegens et nobilis, non autem ut is, qui omnia quaestui haberet et, nullo respectu habito, destrueret.

Technicarum artium progressus atque humani cultus processus nostrae aetatis, technicae disciplinae veluti principatu distinctus, postulant congruentem vitae moralis ac disciplinae ethicae progressionem; quae quidem progressio, pro dolor, semper inferior esse videtur. Idcirco praedictus progressus, quamvis mirabilis sit facileque declaret etiam vera humanae magnitudinis vestigia, quae in Libro Genesis iam in descriptione creationis," saltem ut fecunda semina, narrantur, nequit multiplices anxitudines non excitare. Quarum prima rem maximam et essentialem tangit: huiusmodi enim progressus, cuius est homo auctor et fautor, redditne vitam hominis in terra omni ex parte ((humaniorem?»; «homine digniorem »? Non

[99] **Cfr. *Gen* 1-2.**

est dubium, quin eam talem variis modis reddat. Hac tamen urgemur interrogatione, quatenus ad rem primariam pertinet: an homo, ut homo, in hoc progressus faciendi complexu vere melior fiat, nempe spiritualiter maturior, dignitatis suae humanitatis magis conscius, officii conscientiae congruentior, ad ceteros propensior, ad eos maxime, qui necessitate et infirmitate premuntur, paratior omnibus auxilium dare atque praebere.

Cum per Christum idonei facti sint, qui quaestionem ad hominem pertinentem modo tam universali persentirent, Christiani hanc interrogationem ponant oportet; idemque quaerere debent omnes homines, praesertim qui ex iis ordinibus socialibus sunt, qui ad nostrae aetatis progressus actuose operam conferunt. Nobis, processus istos considerantibus in iisdemque versantibus, neque immodico fervore excitari licet, neque quadam admiratione efferri tantum ad magna spectante, quae assecuti sumus; sed omnibus, maxima cum probitate, ***obiectiva*** ratione et moralis officii conscientia, interrogationes essentiales sunt ponendae, quae ad condicionem hominis hodie et in futurum attinent. Congruuntne omnia humani ingenii inventa, hactenus parta, et ea, quae technicae disciplinae periti in futurum tempus meditentur, cum morali et spirituali hominis profectu? Crescitne, proficitne homo, ut homo, in hoc rerum statu aut recedit et suam deicit humanitatem? In hominibus, « in complexu cuiusque hominis », quo bonum malumque morale continentur, praestatne bonum malo? Augenturne in hominibus, inter homines, amor erga genus humanum, iurium aliorum observantia — cuiuslibet hominis, gentis, populi — an, contra, increscunt immoderatus et multiplex amor sui, nimium suae gentis studium — non autem vera patriae caritas — atque etiam cupido ceteris dominandi, propria iura et merita egrediendo, itemque voluntas fruendi toto incremento bonorum materialium atque proventibus rerum technicarum eo tantum consilio, ut vel ceteris imperetur vel faveatur variis libidinibus populos subiugandi?

Hae profecto sunt interrogationes essentiales, quas Ecclesia non potest non ponere, cum eas amplius decies milies centena milia hominum nunc in orbe terrarum viventium modo plus minus expresso ponant. De argumento auctus et profectus omnes loquuntur et cunctae ephemerides et scripta typis edita, omnibus fere huius aetatis sermonibus vulgata, tractant. In hoc tamen argumento — id est prae oculis habendum — non tantum asseverata et certa insunt, sed etiam quaesita quaedam et sollicitudines animum exagitantes, quae non minoris momenti sunt quam illa asseverata et certa. Hae enim indoli humanae cognitionis consentaneae sunt, quin immo maximae necessitati fundamentali curae, qua homo pro homine sollicitatur, pro sua ipsius humanitate, pro futura hominum sorte in terra respondent. Ecclesia, quae fide eschatologica movetur, hanc suam curam pro homine eiusque humanitate, pro futura hominum sorte in terra, et ideo pro cursu etiam totius processus et profectus, existimat suo muneri et necessariam esse et indissolubili nexu cum eo coniunctam. Cuius quidem curae principium ea in ipso Iesu Christo, ut Evangelia testantur, invenit et hanc ob rem eandem cupit continenter amplificare in Christo, nova ratione ponderando condicionem hominis iuxta praecipua nostri temporis signa.

16. Si igitur tempus nostrum, scilicet nostrae generationis tempus, quod fini alterius millennii iam appropinquat, progressu nobis splendidum videtur, plenum tamen simul apparet homini multifariam impendentium periculorum, de quibus Ecclesiae cum omnibus hominibus bonae voluntatis et loquendum est et assidue disserendum. Absona enim hominis huius temporis condicio videtur ab iis, quae ipse ordo moralis ***obiective*** postulat, quae iustitia et praesertim humani generis amor socialis flagitant. Quae omnia nihil aliud sonant, quam quod Creator primo nuntio homini dato edixit, cum ei terram traderet subi-

ciendam.[100] Hunc primum nuntium Christus Dominus confirmavit in mysterio Redemptionis. Concilium Vaticanum II id expressit pulcherrimis iis doctrinae capitibus, quae ad « regiam hominis dignitatem » spectant, ad eius nempe vocationem ad communicandum cum Christo « munus regale ».[101] Quid autem proprie significant illud « regale munus » illudque « dominium » hominis in mundum visibilem, homini ab ipso Creatore ut munus tributum, nisi ethicam antecellere rei technicae, personam rebus praestare, spiritum materiae antecedere?

Quare hodierni progressus gradus omnes inspectandi sunt: nempe ratione habita eorum, quae supra diximus, eiusdem progressus singula momenta radiographicis imaginibus — ut ita dicamus — sunt imprimenda. De personis enim promovendis agitur, non tantummodo de rebus multiplicandis, quibus personae uti possint. Id agitur — quemadmodum quidam temporis nostri philosophus dixit et ut Concilium affirmavit —: non tam ut quis « plus habeat » quam ut « plus sit ».[102] Etenim iam verum est et animadvertitur periculum, ne homo, dum eius dominium in res oeconomice augescit, ipse eiusdem dominii rationes primarias amittat, variis modis eius humanitas illis rebus subiciatur atque ipse — quamvis id non statim intellegat — multimodis circumveniatur ac quidem per totam vitae communitariae dispositionem ***organicam,*** per proventus fructusque faciendi systema, per vim instrumentorum communicationis socialis. Non licet homini neque se ipsum neque suum in hoc mundo aspectabili locum veluti abdicare; non licet ei rerum servum esse, oeconomicorum systematum servum, propriorum fructuum servum. Ille humanus cultus, qui omnia in materia posita esse ducit, in huius generis servitutem hominem

[100] *Gen* 1, 28; cfr. Decr. *Inter Mirifica,* 6 : *AAS* 56 (1964), p. 147; Const. past. *Gaudium et Spes,* 74, 78: *AAS* 58 (1966), pp. 1095 s.; 1101 s.

[101] Cfr. Const. dogm. *Lumen Gentium,* 10; 36: *AAS* 57 (1965), pp. 14 s.; 41 s.

[102] Cfr. Const. past. *Gaudium et Spes,* 35 : *AAS* 58 (1966), p. 1053; Paulus PP. VI, *Allocutio ad Viros e Legatorum Coetu apud Sedem Apostolicam* (7 Ian. 1965) : *AAS* 57 (1965), p. 232; Litt. Enc. *Populorum Progressio,* 14: *AAS* 59 (1967), p. 264.

redigit, etsi id eius rei fautoribus interdum vel insciis vel nolentibus fieri contingit. Haec profecto est causa, cur nunc de homine angamur. Non tantum etenim refert modo ***abstracto*** respondere ad interrogationem, quis sit homo, sed agitur de toto dynamico vigore vitae cultusque civilis. Agitur de variis inceptis vitae cotidianae et simul de suscipiendis rationibus, quibus multa disponantur pertinentia ad cultum civilem inducendum, ad res politicas, oeconomicas, sociales, Civitatis proprias multasque alias.

Ideo autem condiciones hominis nostri temporis dicimus aberrare ab ***obiectivis*** disciplinae moralis et iustitiae postulatis et magis etiam ab amore sociali, quia facta et comparationes notissimae id confirmant, de quibus saepe in enuntiationibus Pontificum, Concilii, Synodorum tractatur.[103] Condicio hominis

[103] Cfr. Pius PP. XII, *Nuntius radiophonicus, quinquagesimo exacto anno a Litteris Encyclicis « Rerum Novarum » a Leone PP. XIII datis* (1 Iun. 1941) : *AAS* 33 (1941), pp. 195-205; *Nuntius radiophonicus in pervigilio Nativitatis D. N. Iesu Christi universo orbi datus* (24 dec. 1941) : *AAS* 34 (1942), pp. 10-21; *Nuntius radiophonicus in pervigilio Nativitatis D. N. Iesu Christi universo orbi datus* (24 Dec. 1942) : AAS 35 (1943), pp. 9-24; *Nuntius radiophonicus in pervigilio Nativitatis D. N. Iesu Christi universo orbi datus* (24 Dec. 1943) : *AAS* 36 (1944), pp. 11-24; *Nuntius radiophonicus in pervigilio Nativitatis D. N. Iesu Christi universo orbi datus* (24 Dec. 1944) : *AAS* 37 (1945), pp. 10-23; *Sermo, astantibus PP. Cardinalibus, habitus* (24 Dec. 1945) : *AAS* 38 (1946), pp. 15-25; *Allocutio, astantibus PP. Cardinalibus, habita* (24 Dec. 1946): *AAS* 39 (1947), pp. 7-17; *Nuntius radiophonicus in pervigilio Nativitatis D. N. Iesu Christi universo orbi datus* (24 Dec. 1947): *AAS* 40 (1948), pp. 8-16; Ioannes PP. XXIII, Litt. Enc. *Mater et Magistra: AAS* 53 (1961), pp. 401-464; Litt. Enc. *Pacem in terris: AAS* 55 (1963), pp. 257-304; Paulus PP. VI, Litt. Enc. *Ecclesiam Suam: AAS* 56 (1964), pp. 609-659; *Allocutio in Consilio Nationum unitarum habita* (4 Oct. 1965) : *AAS* 57 (1965), pp. 877-885; Litt. Enc. *Populorum Progressio: AAS* 59 (1967), pp. 257-299; *Allocutio ad Columbianos agri cultores v. d. « campesinos » habita* (23 Aug. 1968) : *AAS* 60 (1968), pp. 619-623; *Allocutio ad Praesules ex Americae Latinae regionibus habita* (24 Aug. 1968) : *AAS* 60 (1968), pp. 639-649; *Allocutio Romae habita ad Consilium v. d. «i Food and Agriculture Organization» (F.A.O.)* (16 Nov. 1970) : *AAS* 62 (1970), pp. 830-838; Ep. Apost. *Octogésima Adveniens: AAS* 63 (1971), pp. 401-441; *Allocutio ad Sacri Collegii Patres habita* (23 Iun. 1972) : *AAS* 64 (1972), pp. 496-505; Ioannes Paulus PP. II, *Allocutio ad III Coetum Generalem Episcoporum Americae Latinae* (28 Ian. 1979) : *AAS* 71 (1979), pp. 187 ss.; *Allocutio ad « Indios », quos vulgari lingua appellant, in pago Cuilapan prope urbem Oaxacam* (29 Ian. 1979) : *loc. cit.,* pp. 207 ss.; *Allocutio ad operarios in urbe Guadalaiara habita* (30 Ian. 1979) : *loc. cit.,* pp. 221 ss.; *Allocutio ad operarios in urbe Monterreyensi habita* (31 Ian. 1979) *loc. cit.,* pp. 240 ss.; Decl. *Dignitatis Humanae: AAS* 58 (.1966), pp. 929-941; Const. past. *Gaudium et Spes: AAS* 58 (1966), pp. 1025-1115; Documenta Synodi Episcoporum, *De iustitia in mundo: AAS* 63 (1971), pp. 923-941.

huius temporis sine dubio non unius generis est, sed multimodis differt. Hae differentiae historicis quidem causis evenerunt, sed etiam in doctrinam ethicam valde redundant. Probe enim novimus, quo loco sit cultus ille rerum utendarum, qui consistit in nimia copia bonorum homini vel totis societatibus necessariorum — quae scilicet divitiis affhiunt suntque valde progressae — dum reliquae societates, saltem magnae earum partes, fame laborant nec pauci cotidie ob inediam et tenuitatem victus moriuntur. Inest etiam pariter in nonnullis pravus quidam libertatis usus, proprius incontinentiae in rebus utendis, legi ethicae non obnoxiae; quo simul aliorum libertas coarctatur; eorum videlicet, qui, gravi laborantes penuria rerum, ad maiorem miseriam et indigentiam perducuntur.

Haec comparatio, omnibus nota, et haec discrepantia, de qua mentionem fecerunt in documentis magisterii sui Pontifices nostri huius saeculi, recentius autem Ioannes XXIII et Paulus VI,[104] in immensum ampliant imaginem parabolae biblicae de divite epulone et de paupere Lázaro.[105]

Huius rei magnitudo in quaestionem deducit compaginis formas ipsas rationesque nummarias et pecuniarias, effectrices et mercatorias, quae diversis impulsibus politicis suffultae regunt totius orbis oeconomiam. Hae enim paene non valent neque exstinguere iniustas societatis condiciones, ex praeterito tempore transmissas, neque occurrere instantibus postulatis ac necessitatibus moralibus praesentis aetatis. Dum nempe hominem subiciunt oneribus a semet generatis, dum celerius usque absumunt opes ac vires terrae, dum circumiacentia naturae loca in discrimen adducunt, eaedem illae quidem structurae faciunt, ut sine intermissione propagentur miseriae re-

[104] Cfr. Ioannes PP. XXIII, Litt. Enc. *Mater et Magistra: AAS* 53 (1961), pp. 418ss.; Litt. Enc. *Pacem in terris: AAS* 55 (1963), pp. 289 ss.; Paulus PP. VI, Litt. Enc. *Populorum Progressio: AAS* 59 (1967), pp. 257-299.

[105] Cfr. Lo 16, 19-31.

giones simulque ut dilatentur angores et spes inanes et acerbitates.[106]

Consistimus videlicet hic coram horrífica quadam condicione, quae neminem indifferentis esse animi patitur: nam ille, qui ex altera parte studet percipere maximum lucrum, et ille, qui ex altera solvit pretium damnorum et iniuriarum, semper homo est. Condicio autem ista magis etiam aggravatur, quod in eadem vicinitate inveniuntur sociales ordines privilegiis commoditatibusque fruentes necnon valde opulentae ac progressae nationes, quae nimium cumulant bona quarumque divitiae saepius immodicae fiunt occasiones variorum maiorum. Illuc dein accedunt aestus quidam pretiorum usque excandescentium et aegritudo hominum opere carentium : alia ecce indicia huius turbationis moralis, quae in totius orbis statu deprehenditur quaeque flagitat audacia et efficacia proinde consilia cum vera hominis dignitate congruentia.[107]

Attamen minime excedit hominum potestatem istud officium. Illud principium solidarietatis, quod dicitur, lato sensu suo, provehere debet efficientem praeparationem ipsarum institutionum rationumque idonearum — sive agitur de pecuniarum permutationibus, ubi necesse est res temperentur normis sanae alicuius aemulationis, sive agitur de latiore magisque directa partitione divitiarum et harum moderatione — ut videlicet populi ad prosperitatem oeconomicam contendentes non solum valeant primis suis necessitatibus satisfacere sed etiam certe paulatimque progredi.

In hac vero difficili via — id est in via pernecessariae mutationis structurarum ipsius oeconomicae vitae — aegre nimirum procedetur, nisi intervenerit vera mentis, voluntatis, cordis conversio. Quod quidem poscit deliberatam operam hominum

[106] **Ioannes Paulus PP. II, *Homilia habita Dominicopoli* (25 Ian. 1979), n. 3: *AAS* 71 (1979), pp. 157ss.; *Allocutio habita ad «Indios», quos v. d., prope urbem Oaxacam* (29 Ian. 1979), n. 2: *loc. cit.,* pp. 207 ss.; *Allocutio ad operarios in urbe Monterreyensi habita* (31 Ian. 1979), n. 4: *loc. cit.,* p. 241 s.**

[107] **Cfr. Paulus PP. VI, Ep. Apost. *Octogésima Adveniens,*. 42 : *AAS* 63 (1971), p. 431.**

populorumque liberorum et inter se iunctorum. Nimis saepe confunditur libertas cum naturali curatione utilitatis singularis aut communis, immo etiam cum naturali proclivitate ad pugnandum et dominandum, quibuscumque doctrinarum coloribus tinguntur illae cupiditates. Constat sane hos exsistere impulsus ac premere; atqui fieri non poterit, ut aliqua constituatur oeconomia vere humana, nisi hi suscipiuntur et diriguntur et restringuntur superioribus rationibus, quae in homine latent, ac principiis, quae germanam populorum humanitatem statuunt. Ex his omnino fontibus profluere debent conamina, per quae libertas hominis vera significabitur quaeque vicissim eandem libertatem etiam in provincia oeconomiae praestabit et tutabitur. Incrementum oeconomicum, una cum omnibus iis rebus, quae aptum eius modum agendi efficiunt, constanter disponi et impleri oportet intra prospectum plenae alicuius solidaeque progressionis singulorum hominum ac populorum, sicut vehementer admonuit Decessor Noster Paulus VI suis in Litteris Encyclicis ***Populorum Progressio*** inscriptis. Nam aliter solus ille ordo « progressuum oeconomicorum » ita praevalebit, ut vitae humanae summam denique submittat uni tantum parti, id est minoribus suis necessitatibus, ut hominem obruat, societates dissolvat ac demum propriis difficultatibus vitiisque implicetur.

Accipi tamen potest hoc officium, perinde ac facta quaedam certa et eventa testantur, quae longum est subtilius hic recensere. Sed illud patet certum: infra latissimam hanc regionem necesse est substrui et stabiliri et alte defigi sensum officiorum moralium, quem induere sibi debet quisque homo. Iterum ecce semperque homo ipse est. Nobis Christianis officii conscientia circa haec potissimum patet, si mente complectimur — semper autem complecti debemus — extremi iudicii imaginem secundum verba Christi, quae Matthaei Evangelium refert.[108]

Oportet hoc eschatologicum spectaculum semper « applice-

[108] **Cfr. *Mt* 25, 31-46.**

tur » ad historiam hominis et fiat iugiter humanorum actuum « mensura », veluti singulis et omnibus necessaria sui recognitionis forma : « Esurivi enim, et non dedistis mihi manducare... nudus eram, et non cooperuistis me... in carcere (eram), et non visitastis me ».[109] Quae verba maiorem vim hortatoriam accipiunt, cum videmus potius quam panem et auxilia humani cultus novis Civitatibus et nationibus, ad libertatem quodammodo expergiscentibus, nova arma, interdum copiose, praeberi, necnon instrumenta ad destruendum apta, quae proeliis armatorum et bellis inserviunt, nec tantum legitimis iuribus et liberae summaeque rerum potestati defendendis destinantur quantum suae cuiusque patriae amorem immodicum, nimiam imperandi cupiditatem, novam quandam varii generis colonicam dicionem ostendunt. Orbis terrarum regiones, fame et miseria laborantes, brevi fertiles reddi potuissent — ut bene novimus omnes — si ingentes pecuniarum collocationes pro armis comparandis, quae bellis et eversionibus destinantur, in collocationes mutatae essent pro alimento, scilicet vitae servientes.

Fortasse haec consideratio ex aliqua parte ***abstracta*** manebit, fortasse utrique « parti », suarum culparum immemori, materiam praebebit incusationis mutuae; fortasse etiam novarum obiurgationum contra Ecclesiam causa erit; cui quidem nihilominus, cum alia arma non habeat nisi arma spiritus, verbi et amoris, non licet «verbum opportune, importune »[110] non nuntiare. Quam ob rem obsecrare non desinit utramque partem et omnes simul rogare, Dei et hominis nomine : « ne occidentis! Ne hominibus ruinas et strages paraveritis! Fratribus vestris, fame et miseria excruciatis, prospicite! Uniuscuiusque dignitatem et libertatem obsérvate!».

17. Saeculum nostrum hactenus magnas intulit homini calamitates ac vastationes non solum materiales sed etiam

[109] *Mt* 25, 42. 43.
[110] *2 Tim* 4, 2.

morales, immo praesertim morales. Non facile profecto, ad haec quod attinet, aetates et saecula comparari possunt, cum id iudiciis historicis, quae mutantur, subiciatur. Attamen, etsi huiusmodi comparationes non adhibentur, confitendum est tale hoc saeculum fuisse, ut sibi homines multas iniustitias et cruciatus parèrent. Estne hic rerum cursus strenue cohibitus? Sed non commemorare non possumus, egregia cum existimatione et cum spe temporis futuri, quo praeclaro nisu conditum sit Consilium Nationum Unitarum ad definienda et statuenda ***obiectiva*** et inviolabilia hominis iura, eiusdem Consilii Civitatibus consociatis invicem spondentibus ea iura accurate se esse serva turas. Quod susceptum onus et officium ratum habuerunt omnes fere nostri temporis Civitates; indeque auctoritas et spes manant fore, ut hominis iura toto orbe terrarum fiant principium fundamentale, ex quo opus ad bonum hominis dirigatur.

Non est cur Ecclesia affirmet quam arcte haec quaestio cum actione sua in mundo huius temporis conectatur. In ipsa enim quaestione fundatur pax socialis et internationalis, ut Ioannes XXIII, Concilium Vaticanum II et postea Paulus VI in peculiaribus documentis edixerunt. Ad summam, pax consistit in iuribus inviolabilibus hominis colendis — « opus iustitiae pax » — dum, contra, ex horum iurium violatione oritur bellum, etiam graviores eorum iurium afferens violationes. Iura autem hominis in pace violari acerbissimum est et, quantum ad progressum pertinet, quaedam est incredibilis hominis pugna contra hominem, adversans omni agendi consilio, quod se ipsum ***humanisticum*** profiteatur. Quod vero initum consilium sociale, oeconomicum, politicum et ad humanum cultum pertinens patitur sic non definiri? Persuasissimum Nobis est nullum hodie esse in mundo consilium eiusmodi, in quo, etsi contrariae sint ***ideologiae*** circa rationes de rebus humanis statuendi, homo non semper primum locum obtineat.

Quodsi, licet haec praeposita seu praemissa sint, videmus

multimodis iura hominis violari, si publicae custodiae campos reapse quasi testes contuemur, violentiam, tormenta, terrorem et multa eaque iniqua discrimina fieri videmus, hoc originem ducit ex aliis causis seu, uti aiunt, praemissis, quae minuunt vel saepe fere delent efficientiam praemissarum humanisticarum, quae agendi consiliis et systematibus huius temporis continentur. Oportet igitur eiusmodi consilia continenter recognoscantur, quod attinet ad ***obiectiva*** et inviolabilia hominis iura.

Horum iurium declaratio perinde ac Consilii Nationum Unitarum institutio sine dubio non tantum eo pertinebant, ut infanda facinora postremo bello universali patrata amoverentur, sed etiam ut quasi fundamentum iaceretur idoneum ad agendi consilia, systemata, Civitatum regendarum formas continenter recognoscenda; quod quidem hac una et fundamentali ratione faciendum esset, quae bonum hominis — seu personae in communitate — dicitur et quae, quasi elementum primarium boni communis, esse debet praecipuum ***criterium*** omnium agendi consiliorum, systematum, regiminum.

Quod nisi fiat, vita humana, etiam cum pax viget, variis cruciatibus est obnoxia, quibuscum ingravescunt simul multiplices formae dominationis, tyrannici imperii, novae colonicae dicionis, eflrenatae populos subigendi voluntatis; quibus ipse nationum convictus in discrimen adducitur. Ee quidem vera significanter constat et pluries rerum gestarum memoriis confirmatur violationem iurium hominis seiungi non posse a violatione iurium nationis, quacum homo vinculis ***organicis,*** quasi cum ampliore familia, coniungatur.

Iam a priore parte huius saeculi, crescentibus tyrannicis absolutisque imperiis, unde, ut notum est, immanis belli calamitas est exorta, Ecclesia significaverat, quid de huiusmodi tyrannicis dominationibus sentiret, quae specie maius bonum, quod Civitatis est bonum, appetebant, dum, teste historia, nonnisi de bono agebatur certarum quarundam factionum, quae

se idem esse ac Civitates ipsas contendebant.[111] Re vera illae dominationes iura civium coarctaverunt, agnitione eorum inviolabilium hominis iurium denegata, quae dimidio fere hoc saeculo in Consilii internationalis sede sunt affirmata. Dum de hoc progressu laetitiam participat cum omnibus hominibus bonae voluntatis, cum omnibus hominibus iustitiae et pacis vere studiosis, Ecclesia, sciens « litteram » solam « occidere posse », « spiritum autem vivificare »,[112] una cum his hominibus bonae voluntatis continenter exquirat oportet, utrum declaratio iurium hominis et eorum « litterae » probatio idem valeant ubique terrarum ac «spiritus » eorundem impletio. Non sine causa enim timendum est, ne persaepe multum absit, ut hoc perficiatur et ne interdum vitae publicae et socialis « spiritus » acerbe discrepet a « littera », de iuribus hominis affirmata. Qui ad eiusmodi condicionem inducendam conferunt operam, suis ipsorum societatibus gravem, peculiare onus suscipiunt, quod attinet ad eas ipsas societates hominisque historiam.

Essentialis notio Civitatis, quatenus est communitas politica, in hoc posita est, ut societas, et, qui illam efficit, nempe populus, sit veluti dominus et faber suae fortunae. Huius generis Civitatis significatio ad effectum non deducitur, si loco exercitationis potestatis, quam societas vel populus moraliter participet, huius societatis ceteros cives a quibusdam in dicionem potestatemque redigi videmus. Sunt haec nostra aetate maximi momenti, qua potissimum aucta est conscientia socialis hominum simulque desiderium civium in vita politica communitatis partem habendi, ratione habita ve rarum cuiusque populi condicionum atque necessarii vigoris publicarum aucto-

[111] Pius PP. XI, Litt. Enc. *Quadragesimo anno: AAS* 23 (1931), p. 213; Litt. Enc. *Non abbiamo bisogno: AAS* 23 (1931), pp. 285-312; Litt. Enc. *Divini Redemptoris: AAS* 29 (1937), pp. 65-106; Ep. Enc. *Mit brennender Sorge: AAS* 29 (1937), pp. 145-167; Pius PP. XII, Litt. Enc. *Summi Pontificatus: AAS* 31 (1939), pp. 413-453.

[112] Cfr. *2 Cor* 3, 6,

ritatum.[113] Hae igitur, quae attinent ad progressum hominis et ad universum profectum humanitatis eius, summae quaestiones sunt.

Ecclesia semper docuit pro bono communi esse agendum, hoc modo bonos cives instituens pro singulis Civitatibus ; ea praeterea semper monuit publicarum potestatum praecipuum officium esse sollicitudinem de bono communi societatis et inde iura earum fundamentalia oriri. Propter ea, quae ut praemissas proposuimus quaeque ad ordinem ethicum ***obiectivum*** attinent, iura publicae potestatis nequeunt intellegi nisi ratione habita naturalium et inviolabilium hominis iurium. Bonum illud commune, cui publicae auctoritates Civitatis serviunt, plene efficitur tantummodo, cum cives de suis iuribus sunt securi. Nisi hoc fiat, dissolvitur societas, cives summis potestatibus adversantur vel vexationis, minarum, violentiae, terroris condiciones nascuntur, quarum multa exempla praebuerunt effrena absolutaque nostri saeculi imperia. Inde fit, ut principium iurium hominis penitus contingat materiam iustitiae socialis, ac ratio fiat, qua exploretur, num ea vere serventur in vita institutorum politicorum.

Merito in his iuribus libertatis religiosae et libertatis conscientiae iura annumerantur. Concilium Vaticanum II pernecesse esse aestimavit ampliorem hac de re enuntiationem elaborare. Id fecit documento, cui titulus est ***Dignitatis Humanae,***[114] et in quo ea quaestio non tantum ex theologica ratione, sed etiam ex iure naturali est pertractata, scilicet e consideratione « simpliciter humana », secundum illas praemissas, ex ipsa hominis experientia, ex eius intellectu et ex eius sensu dignitatis exortas. Sine ulla dubitatione imminutionem libertatis religiosae sive hominum sive communitatum non tantum veluti acerbissimum quiddam illae experiuntur, sed praecipue quasi ictum ipsi hominis dignitati illatum habent, etsi quae sit religio,

[113] Cfr. Const. past. *Gaudium et Spes,* 31 : *AAS* 58 (1966), p. 1050.

[114] Cfr. *AAS* 58 (1966), pp. 929-946.

quidque de mundo sentiant, non attendatur. Libertatis religiosae coercitio et violatio dignitati atque ***obiectivis*** iuribus hominis adversantur. Quid huiusmodi coercitio et violatio significent, satis aperte declarat documentum Concilii, quod supra memoravimus. Haec profecto penitus laedunt ea, quae intima sunt hominis eique vere propria et peculiaria. Ipsa incredulitas enim, religionis neglegentia et atheismus, quatenus sunt res humanae, tantum comprehenduntur, prout ad religionem et fidem referuntur. Quam ob rem difficile est, etiam ex iudicio « simpliciter humano », sententiam probare, iuxta quam solus atheismus civitate, ut ita dicamus, in vita publica et civili fruatur, cum, contra, quasi ex statuta norma, homines credentes vix tolerentur vel cives inferioris ordinis habeantur et etiam — ut iam accidit — omnibus iuribus civitatis priventur.

Id quoque, quamquam breviter, tractandum est, cum et ipsum ad multiplices condiciones hominis in mundo huius temporis pertineat idemque testetur quantum huiusmodi rerum status praeiudicatis opinionibus variisque iniustitiis praegravetur. Si in hac ipsa re omittimus singula tangere — licet id facere Nostrum esset ius et officium — id propterea facimus, quod una cum omnibus tormenta discriminis et persecutionis parentibus propter nomen Dei, fide potentiae redemptricis, quae est in Cruce Christi, ducimur. Sed pro officio Nostro, nomine omnium hominum toto orbe terrarum in Deum credentium, ab iis, quorum est quoquo modo vitam socialem et publicam ordinare, efflagitamus vehementer, ut iura religionis et actionis Ecclesiae observent. Non privilegium aliquod petitur, sed solum primarii iuris respectus. Huius iuris exercitatio maxime probat hominem vere in omni regimine, in omni societate, in omni institutionis forma, in omni systemate vel ambitu profecisse.

IV

18. Haec, etsi necessario brevis, inspectio condicionis hominis in mundo nostri temporis efficit, ut magis adhuc mentes et corda ad Iesum Christum dirigamus, ad mysterium Redemptionis, quo quaestio, ad hominem spectans, peculiari vi veritatis et amoris concluditur. Si Christus « cum omni homine quodammodo se univit »,[115] Ecclesia, hoc mysterium eiusque uberes et universales rationes penitus perspiciens, altius e sua natura suoque munere vivit. Non frustra Apostolus de Corpore Christi, quod est Ecclesia, loquitur.[116] Si hoc Corpus Christi mysticum est Populus Dei — ut postea affirmavit Concilium Vaticanum II, Divinarum Litterarum et Sanctorum Patrum traditione innixum — patet quemlibet eiusdem Populi hominem repletum esse illo spiritu vitae, qui manat a Christo. Eo fit, ut Ecclesia ipsa, quatenus est corpus, compages, unum quiddam, hominem, eius vera problemata, spes et dolores, progressus et lapsus considerando, eadem accipiat incitamenta divina, eadem lumina, easdem vires Spiritus, quae a Christo Cruci suffixo et a mortuis excitato proficiscuntur: qua profecto de causa Ecclesia suam vitam vivit. Ecclesia non aliam habet vitam nisi eam, quam ei donat eius Sponsus ac Dominus. Nam, quia Christus in mysterio Redemptionis eam sibi iunxit, ob id ipsum oportet Ecclesia cum quolibet homine arcte coniungatur.

Haec Christi cum homine coniunctio est in se mysterium, unde « novus homo » nascitur, vocatus ad vitam Dei participandam,[117] denuo in Christo creatus ad accipiendam plenitudinem gratiae et veritatis.[118] Coniunctio Christi cum homine

[115] Const. past. *Gaudium et Spes,* 22 : *AAS* 58 (1966), p. 1042.

[116] Cfr. *1 Cor* 6, 15; 11, 3; 12, 12 s.; *Eph* 1, 22 s.; 2, 15 s.; 4, 4 s.; 5, 30; *Col* 1, 18; 3, 15; *Rom* 12, 4 s.; *Gal* 3, 28.

[117] Cfr. *2 Petr* 1, 4.

[118] Cfr. *Eph* 2, 10; *Io* 1, 14. 16.

est vigor et fons vigoris, sicut acute dicit Sanctus Ioannes in prooemio Evangelii sui: « [Verbum] dedit... potestatem filios Dei fieri ».[119] Haec est illa vis, quae interius hominem mutat, quasi principium novae vitae, nec evanescentis nec dilabentis, sed in vitam aeternam man entis.[120] Quae vita, singulis hominibus promissa et oblata a Patre in Iesu Christo, Filio aeterno et Unigenito, incarnato et nato, « ubi venit plenitudo temporis »,[121] e Virgine Maria, est extrema impletio vocationis hominis; est quodammodo impletio illius « sortis », quam ab aeternitate Deus homini praeparavit. Ea « sors » divina via efficitur, transgrediens arcana omnia, res incógnitas, sinus anfractusque ((sortis humanae » in hoc mundo temporali. Si enim haec omnia, ad vitam tempori obnoxiam et tamen bonis abundantem pertinentia, fatali necessitate ad terminum mortis perducunt et ad metam, ubi corpus humanum exstinguitur, Christus ultra illam metam nobis apparet: « Ego sum resurrectio et vita; qui credit in me... non morietur in aeternum ».[122] In Iesu Christo Cruci suffixo, in sepulcro condito et inde resuscitato, « nobis spes beatae resurrectionis effulsit», necnon «futurae immortalitatis promissio » ;[123] quam tamen homo assequitur ex corporis morte, ita cum universo mundo hanc necessitatem, cui materia subiecta est, participando. Cupimus Nobisque propositum est huius veritatis sensum altius in dies perscrutari, quae a Redemptore hominis his verbis est expressa : « Spiritus est qui vivificat; caro non prodest quidquam ».[124] Quae verba, quamvis id aperte non videatur, gravissimam affirmationem hominis enuntiant: affirmationem corporis, quod Spiritus vivificat.

Hanc ***realitatem*** Ecclesia vivendo experitur, ex hac veritate ad hominem attinente vivit; unde licet ei brevis huius temporis

[119] *Io* 1, 12.
[120] Cfr. *Io* 4, 14.
[121] *Cal* 4, 4.
[122] *Io 11,* 25 s.
[123] *Miss. Rom.,* Praefatio I in Missis Defunctorum.
[124] *Io* 6, 63.

spatium superare et pariter singulari amore et cura rebus omnibus consulere, quae, huius finiti temporis ducta ratione, magnum momentum habent ad vitam hominis, ad vitam spiritus humani, qui illa perenni sollicitudine movetur, quam Sanctus Augustinus his verbis expressit : [Domine], « fecisti nos ad te et inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te ».[125] In hac fecunda inquietudine quasi palpitât et pulsat id, quod potissimum in homine est : inquisitio veritatis, inexplebilis boni necessitas, libertatis appetitio, pulchri desiderium, vox conscientiae. Ecclesia, studiosa contemplandi hominem quodammodo « oculis ipsius Christi », magis magisque conscia fit se custodem esse magni thesauri, quem dilapidari non liceat, sed qui continenter debeat augeri. Nam Dominus Iesus Christus dixit: «Qui non congregat mecum, spargit».[126] Ille humanitatis thesaurus, inenarrabili mysterio honestatus, quo datur filios Dei fieri,[127] atque gratia recipitur « adoptionis filiorum »[128] in Unigenito Filio Dei, per quem clamamus ad Deum: « Abba, Pater »,[129] est et magna vis, quae potissimum intrinsecus Ecclesiam coadunat eiusque toti actioni tribuit sensum. Ea vi Ecclesia coniungitur cum Spiritu Christi, cum Spiritu Sancto, quem Redemptor promisit, quem continenter impertit, quique, ut die Pentecostes, semper descendit. Ita ostenduntur in hominibus virtutes Spiritus,[130] dona Spiritus,[131] fructus Spiritus Sancti.[132] Et Ecclesia in mundo nostri temporis acriore in dies fervore sanctaque instantia videtur iterum atque iterum dicere: « Veni, Sancte Spiritus ». Veni! Veni ! ((Lava, quod est sordidum ! Riga, quod est aridum ! Sana,

[125] *Confess.,* I, 1: *CSEL* 33, p. 1.
[126] *Mt* 12, 30.
[127] Cfr. *Io* 1, 12.
[128] *Gal* 4, 5.
[129] *Gal* 4, 6; *Rom* 8, 15.
[130] Cfr. *Rom* 15, 13; *1 Cor 1,* 24.
[131] Cfr. *Is* 11, 2 s.; *Act* 2, 38.
[132] Cfr. *Gal* 5, 22 s.

quod est saueium! Flecte, quod est rigidum! Fove, quod est f rigidum ! Rege, quod est devium » P

Haec ad Spiritum admota obsecratio, qua idem Spiritus impetretur, est refutatio earum huius temporis doctrinarum, quae omnia ad materiam referunt. Ex iis enim oriuntur multiplices cordis humani insatiabiles cupiditates. Precatio illa multis ex partibus auditur et diversimode videtur fructus afferre. Licetne affirmare non a sola Ecclesia eam fieri'? Licet, quia rerum, ad spiritum pertinentium, « necessitatem » non pauci etiam exprimunt, qui extra fines aspectabiles Ecclesiae versantur.[134] Nonne id veritate illa confirmatur, quam tam subtiliter recens Concilium explanavit in Constitutione Apostolica a verbis ***Lumen Gentium*** incipiente, ubi docet Ecclesiam esse « sacramentum seu signum et instrumentum intimae cum Deo unionis totiusque generis humani unitatis »?[135] Illa Spiritui et per Spiritum adhibita obsecratio idem valet ac penetrare assidue in plenam rationem totius mysterii Redemptionis, quo Christus, cum Patre et cum singulis hominibus coniunctus, sine intermissione illum Spiritum dat nobis, qui sensus Filii nobis infundit et ad Patrem nos dirigit.[136] Hac ipsa de causa Ecclesia nostrae aetatis — quae aetas est Spiritus avidissima, cum iustitiae, pacis, amoris, bonitatis, fortitudinis, officii conscientiae, dignitatis humanae sit appetens — oportet circa mysterium illud quasi se colligat et congreget, ut inde lumen viresque necessarias hauriat ad munus suum implendum. Si enim, ut supra diximus, homo est via vitae cotidianae Ecclesiae, oportet Ecclesia semper memor sit dignitatis adoptionis illius divinae, quam homo consequitur in Christo, gratia Spiritus Sancti,[137] necnon destinationis ad gratiam atque ad gloriam.[138] Haec om-

[133] *Miss. Born.,* **Sequentia in sollemnitate Pentecostes.**

[134] **Cfr. Const. dogm.** ***Lumen Gentium,*** **16 :** ***AAS 57*** **(1965), p. 20.**

[135] ***Ibid.*** **1:** ***loc. cit.,*** **p. 5.**

[136] **Cfr.** ***Rom*** **8, 15;** ***Gal*** **4, 6.**

[137] **Cfr.** ***Rom*** **8, 15.**

[138] **Cfr.** ***Rom*** **8, 30.**

nia semper considerando atque fide magis magisque conscia et amore in dies firmiore accipiendo, Ecclesia simul aptior fit ad ministerium hominis, ad quod Christus Dominus eam vocavit, cum dixit: « Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare ».[139] Ecclesia suum hoc munus exsequitur eo quod « triplex officium » Magistri sui Redemptoris cum eodem participat. Haec doctrina, in fundamento biblico innixa, a Concilio Vaticano II in pleno lumine est posita, non sine magna vitae Ecclesiae utilitate. Cum enim triplicis ministerii Christi nos esse participes intellegimus, triplicis nempe eius muneris: sacerdotalis, prophetici et regalis,[140] magis etiam intellegimus ea, quibus Ecclesia, ut societas et communitas Populi Dei in terra, serviat oportet, simul mente comprehendentes quomodo unusquisque nostrum huius missionis et ministerii esse particeps debeat.

19. Ita nobis, sacrae doctrinae Concilii Vaticani II lumine fulgente, Ecclesia apparet ***subiectum sociale,*** quod attinet ad conscientiae officium circa veritatem divinam. Vehementer commoti ipsum Christum audimus dicentem : « Sermo quem auditis, non est meus, sed Eius qui misit me, Patris ».[141] Nonne in hac Magistri nostri affirmatione illud conscientiae officium circa veritatem divinam perspicitur — quae est « ipsius Dei possessio » — si etiam ille, « Filius Unigenitus », qui vivit « in sinu Patris »,[142] quando ut propheta et magister eam tradit, asseverandum sibi esse arbitratur se prorsus congruenter Fonti suo divino agere? Eadem fidelitas qualitas constitutiva fidei Ecclesiae esse debet, sive cum eam docet, sive cum profitetur.

Fides, utpote specialis virtus supernaturalis in spiritum humanum infusa, efficit, ut cognitionis Dei participes simus,

[139] ***Mt*** **20, 28.**

[140] **Const. dogm. *Lumen Gentium,* 31-36: *AAS* 57 (1965), pp. 37-42.**

[141] ***Io*** **14, 24.**

[142] ***Io*** **1, 18.**

eius Verbo re velato respondentes. Quocirca postulatur, ut Ecclesia, cum fidem profitetur ac docet, veritati divinae arcte inhaereat,[143] et haec in vitae actionem traducatur, quae sit « rationabile obsequium ».[144] Christus ipse, ut hanc fidelitatem erga veritatem divinam in tuto collocaret, promisit Ecclesiae peculiare auxilium Spiritus veritatis, dono infallibilitatis[145] ornavit eos, quibus mandavit, ut hanc veritatem traderent atque ducerent[146] — quomodo, ceterum, iam definivit Concilium Vaticanum I[147] et postea confirmavit Concilium Vaticanum II[148] — et ille praeterea totum Populum Dei singulari sensu fidei donavit.[149]

Inde huius muneris Christi, prophetae, participes facti sumus et ex eodem munere cum eo servimus veritati divinae in Ecclesia. Officium circa hanc veritatem assumptum etiam idem valet atque eam amare et curare, quo penitius cognoscatur, ita ut ad eam, cum tota vi salvifica, qua pollet, cum splendore, quo nitet, cum profunditate simul et simplicitate, quibus distinguitur, propius accedamus. Hic amor et hoc perspiciendi veritatem studium simul oportet progrediantur, ut res gestae Sanctorum Ecclesiae fidem faciunt. Qui germana luce illa maxime illuminabantur — quae veritatem divinam illustrat ipsamque Dei ***realitatem*** ad mentes adducit — quia hanc veritatem complectebatur cum veneratione et amore: amore imprimis erga Christum, Verbum vivens e veritate divina, et simul erga eius humanam manifestationem, quam Evangelium, traditio et theologia produnt. Nunc quoque huiusmodi et intellegentia et in-

[143] Cfr. Const. dogm. *Dei Verbum* 5, 10, 21: *AAS* 58 (1966), pp. 819; 822; 827 s.

[144] Cfr. Conc. Oecum. Vat. I, Const. dogm. de Fide catholica *Dei Filius,* can. 3: *Conciliorum Oecumenicorum Decreta,* Ed. Istituto per le Scienze Religiose, Bologna 1973³, p. 807.

[145] Cfr. Conc. Oecum. Vat. I, Const. dogm. I de Ecclesia Christi *Pastor Aeternus: ed. cit.,* pp. 811-816; Const. dogm. *Lumen Gentium,* 25: *AAS* 57 (1965), p. 30 s.

[146] Cfr. *Mt* 28, 19.

[147] Cfr. Const. dogm. I de Ecclesia Christi *Pastor Aeternus: loc. cit.*

[148] Cfr. Const. dogm. *Lumen Gentium,* 18-27: *AAS* 57 (1965), pp. 21-33.

[149] Cfr. *Ibid.,* 12, 35: *AAS* 57 (1965), pp. 16-17; 40-41.

terpretatio Verbi divini sunt imprimis necessariae; tali theologia est opus. Theologia semper magni momenti fuit et est, ut Ecclesia, Populus Dei, fecunde et fructuose prophetici muneris Christi particeps efficiatur. Quapropter theologis, cum veritati divinae inserviant incumbendo in studia et opera, quo altius veritas comprehendatur, nefas est oblivisci quid eorum ministerium in Ecclesia significet, prout notione « intellectus fidei » exprimatur. Haec notio habet vim bipartitam — si ita fas est loqui — iuxta illud: « Intellege, ut credas; crede, ut intellegas »;[150] et tunc recte eam vim exserit, cum theologi servire nituntur Magisterio, quod Episcopis in Ecclesia est traditum, hierarchico vinculo devinctis cum successore Petri, et cum horum curam in doctrina et pastorali munere exercendo adiuvant et cum apostolica officia fovent totius Populi Dei.

Ut antecedentibus aetatibus ita hodie quoque — et fortasse multo magis — theologorum et hominum doctrinis ornatorum in Ecclesia est fidem iungere cum scientia et sapientia, necnon operam conferre, ut hae arctius inter se componantur, sicut legimus in collecta liturgica memoriae Sancti Alberti, Ecclesiae doctoris. Hoc munus hodie maxime est amplificatum propter progressum sive humanae scientiae sive eius methodorum sive inventarum rerum, ad cognitionem mundi et hominis pertinentium. Hoc tangit tam disciplinas naturales accuratissimas quam scientias humanas et philosophiam, cuius vincula cum theologia Concilium Vaticanum II memoravit.[151]

In hac humanae cognitionis regione, quae continenter latius patet atque simul diversa efficitur, oportet etiam fides assidue altius perspiciatur, ostendendo amplitudinem mysterii Revelationis et contendendo, ut veritas comprehendatur, cuius fons unicus et supremus est ipse Deus. Si licet — quod etiam exoptandum est — in huiusmodi immenso labore, iuxta hanc ratio-

[150] Cfr. S. Augustinus, *Sermo !3,* 7-9: *PL* 38, 257 s.

[151] Cfr. Const. past. *Gaudium et Spes,* 44. 57. 59. 62: *AAS* 58 (1966), pp. 1064 s.; 1077 ss.; 1079 s.; 1082 ss.; Decr. *Optatam Totius,* .15: *AAS* 58 (1966), p. 722.

nem exsequendo, quendam pluralismum, ut aiunt, attendere, nefas est tamen hunc laborem digredi a fundamentali unitate in doctrina fidei et morum tradenda, quae unitas est finis eiusdem institutionis proprius. Necesse igitur est theologiam Magisterio diligentissime operam adiutricem praebere. Quilibet theologus peculiari modo conscius sit oportet eorum, quae ipse Christus declaravit, cum dixit: « Sermo quem auditis, non est meus, sed Eius qui misit me, Patris ».[152] Nemini idcirco licet theologiam tractare, quasi de quibusdam agatur notionum eius collectaneis : sed quivis sciat oportet se arcte coniunctum esse debere cum hoc munere docendi, cum hoc munere veritatem docendi, quod Ecclesiae ipsi incumbat.

Haec prophetici muneris cum Christo ipso communicatio effingit vitam totius Ecclesiae iuxta eius formam fundamentalem. Peculiaris participatio huius muneris propria est Pastorum Ecclesiae, qui docent et continenter variisque modis nuntiant et tradunt disciplinam fidei morumque christianorum. Haec institutio, quatenus sive missionalis est sive ordinaria, confert ad Populum Dei circa Christum congregandum, praeparat animos ad Eucharistiam participandam, vitae sacramentalis indicat vias. Synodus Episcoporum, anno MCMLXXVII convocata, singularem curam intendit in catechesim huius aetatis, et maturi veluti fructus, ex disceptationibus, experientiis, suasionibus capti, mox, secundum sententiam illorum, qui Synodo interfuerunt, peculiari documento pontificio edentur. Catechesis profecto est perennis et simul primaria forma actionis Ecclesiae, in qua charisma eius propheticum apparet: testificatio enim et institutio nequeunt inter se seiungi. Et quamvis hic potissimum de sacerdotibus agatur, fieri tamen non potest quin etiam multi religiosi et religiosae memorentur, qui moti amore Divini Magistri, catechesi tradendae se dedunt, et quin

[152] *Io 14,* 24.

de tot laicis mentio fiat, qui hoc opere fidem suam suamque apostolicam conscientiam manifestant.

Praeterea magis magisque curandum est, ut variae catechesis formae eiusque varii campi — ante omnia autem praecipua catechesis « familiaris » forma, qua scilicet parentes filios catechizant — comprobent totum Populum Dei muneris prophetici ipsius Christi esse participem. Oportet, ad hoc quod attinet, officium Ecclesiae circa veritatem divinam implendum magis in dies variisque modis ab omnibus participetur. Et quid dicendum de hominibus diversarum scientiae partium peritissimis, de cultoribus disciplinarum naturalium et litterarum, de medicis, de iuris consultis, de artificibus et technicis, de praeceptoribus, in varios gradus distinctis et speciales disciplinas callentibus? Hi omnes — ut membra Populi Dei — muneris prophetici Christi suam partem habent et ministerii, eidem crediti, veritati serviendi, etiam se honeste gerendo erga veritatem, ubicumque haec invenitur, alios ad veritatem informando eosque amore et iustitia maturescere docendo. Ita igitur officii conscientia circa veritatem unus ex primariis locis est, quo Ecclesia cum quolibet homine quasi congreditur, eademque pariter unum ex fundamentalibus postulatis est, quae vocationem hominis in communitate Ecclesiae inducunt. Ecclesia nostri temporis, officii conscientia circa veritatem ducta, perseveret oportet fidelis esse naturae propriae, ad quam munus propheticum, ab ipso Christo manans, pertinet: « sicut misit me Pater, et ego mitto vos... Accipite Spiritum Sanctum».[153]

20. Intra Redemptionis mysterium, salutare videlicet opus a Iesu Christo impletum, Ecclesia non tantum particeps fit Evangelii Magistri sui per ipsam fidelitatem erga Verbum perque veritatis ministerium, sed pariter per subiectionem, spei et amoris plenam, participat virtutem redemptricis eius actionis, quam sacramentali forma, potissimum in Eucharistia, ex-

[153] *Io* 20, 21 s.

pressit ibique collegit.[154] Porro Eucharistia veluti centrum est totiusque sacramentalis vitae culmen, per quam nempe unusquisque Christianus Redemptionis vim accipit salutiferam, dum progreditur a mysterio baptismatis, in quo cum Christo consepelimur in mortem, usque ad Resurrectionis communicationem,[155] sicut Apostolus docet. Secundum hanc doctrinam magis etiam patet cur totius Ecclesiae ac singulorum Christianorum vita sacramentalis summam suam plenitudinemque attingat omnino in Eucharistia. In hoc enim Sacramento continenter ex Christi voluntate renovatur sacrificii mysterium, quo Patri se ipsum in ara Crucis obtulit; quod quidem sacrificium Pater suscepit ac vicissim pro eadem plena donatione Filii sui, qui erat « factus oboediens usque ad mortem »,[156] donationem suam paternam reddidit, nempe donum novae vitae immortalis in ipsa Resurrectione, quandoquidem primus fons Pater est et dator vitae iam inde a principio. Haec vita nova, quae corporalem glorificationem Christi Cruci affixi secum fert, facta pariter est signum efficax novi illius doni hominibus traditi, quod est Spiritus Sanctus, per quem vita divina, quam habet in se Pater et Filio dat,[157] cunctis tribuitur hominibus, qui Christo coniunguntur.

Perfectissimum huius coniunctionis Sacramentum est Eucharistia. Nam celebrantes nos unaque Eucharistiam participantes, sociamur cum Christo terrestri et caelesti, qui pro nobis apud Patrem intercedit;[158] at semper iungimur per redimentem sacrificii eius actum, quo is nos redemit, ita ut essemus « empti... pretio ».[159] Praeterea illud « pretium magnum » Redemptionis nostrae item comprobat momentum, quod ipse Deus adiudicat homini, confirmatque nostram in Christo dignitatem. Cum enim

***[154] Cfr. Const. *Sacrosanctum Concilium,* 10: *AAS* 56 (1964), p. 102.**
[155] Cfr. *Rom* 6, 3 ss.
[156] *PMl* 2, 8.
[157] Cfr. *Io* 5, 26; *1 Io* 5, 11.
[158] Cfr. *Hebr* 9, 24; *1 Io* 2, 1.
[159] Cfr. *1 Cor* 6, 20.

constituimur filii Dei[160] ac filii adoptionis,[161] simul nimirum ad eius imaginem efficimur « regnum et sacerdotes », adipiscimur ((regale sacerdotium »,[162] hoc est participes reddimur illius unicae et irrevocabilis restitutionis hominum mundique ad Patrem, quam is, aeternus Filius[163] ac verus pariter Homo, in perpetuum semel peregit. Eucharistia proinde Sacramentum est, in quo plenius nova nostra significatur vita et in quo Christus sine intermissione novaque semper ratione ipse in Spiritu Sancto « testificatur » spiritui nostro[164] quemque nostrum, velut mysterii Redemptionis consortem, accedere posse ad fructus filiorum reconciliationis cum Deo,[165] quam perfecerit ille continenterque inter nos perficiat ex Ecclesiae ministerio.

Est haec primaria veritas, non modo ad doctrinam verum etiam ad exsistentiam ipsam pertinens: Eucharistia aedificat Ecclesiam[166] eamque exstruit ut veram communitatem Populi Dei, ut fidelium congregationem, signatam eadem unitatis nota, cuius participes fuerunt Apostoli primique Domini discipuli. Hanc insuper communitatem et unitatem semper ab integro aedificat; moli tur semper eam ac reiicit per Christi ipsius sacrificium, quoniam mortem eius in Cruce commemorat,[167] cuius pretio sumus ab eo redempti. Idcirco in Eucharistia — ut ita dicamus — tangimus mysterium ipsum Corporis ac Sanguinis Domini, perinde ac testantur verba ipsa, institutionis eius momento prolata, quae ob eiusdem institutionis vim facta sunt etiam verba perennis celebrationis Eucharistiae ab iis, qui in Ecclesia ad hoc ministerium destinantur.

[160] *Io* 1, 12.
[161] Cfr. *Rom* 8, 23.
[162] *Ap* 5, 10; *1 Petr* 2, 9.
[163] Cfr. *Io* 1, 1-4. 18; *Mt* 3, 17; 11, 27; 17, 5; *Me* 1, 11; *Lc* 1, 32. 35; 3, 22; *Rom* 1, 4; *2 Cor* 1, 19; *1 Io* 5, 5. 20; *2 Petr* 1, 17; *Hebr* 1, 2.
[164] Cfr. *1 Io* 5, 5-11.
[165] Cfr. *Rom* 5, 10. 11; *2 Cor* 5, 18 s.; *Col* 1, 20. 22.
[166] Cfr. Const. dogm. *Lumen Gentium,* 11 : *AAS* 57 (1965), p. 15 s.; Paulus PP. VI, *Allocutio d.* 15 *m. Sept. a.* 1965 *habita: Insegnamenti di Paolo VI,* III (1965), p. 1036.
[167] Cfr. Const. *Sacrosanctum Concilium, 47: AAS* 56 (1964), p. 113.

Ecclesia vivit ex Eucharistia; vivit ex plenitudine huius Sacramenti, cuius mirabilis essentia ac significantia saepius illuminata est ab Ecclesiae Magisterio iam a temporibus antiquissimis ad nostros usque dies.[168] Verumtamen dicere certo possumus hanc ipsam doctrinam — sustentatam acribus theologorum ingeniis et a profundae fidei precationisque hominibus et ab ascetis ac mysticis secundum totam eorum fidelitatem erga eucharisticum mysterium — manere quasi in ipso limine, cum per eam comprehendi animo verbisque referri id non possit, quod Eucharistia in omni sua sit plenitudine, et id, quod significet quodque in ea eveniat. Reapse Eucharistia est ineffabile Sacramentum! Necessarium ideo officium atque imprimis gratia visibilis et origo supernaturalium virium Ecclesiae ut Populi Dei nominatim haec sunt: persistere et procedere constanter in eucharistica vita ac pietate, necnon spirituales profectus facere intra Eucharistiae ambitum. Quapropter nobis multo magis non licet — neque in cogitationibus neque in vita neque in actibus — auferre ab hoc Sacramento vere sanctissimo plenam suam naturam propriamque significationem. Est pariter Sacramentum-sacrificium, Sacramentum-communio, Sacramentum-praesentia. Et quantumvis constet Eucharistiam fuisse semper etiamque nunc esse debere maximam ostensionem ac celebrationem fraternitatis humanae discipulorum ac secta torum Christi, tamen ea tractari non potest solum velut « occasio » quaedam eiusdem fraternitatis declarandae. Cum enim Corporis et Sanguinis Domini celebratur Sacramentum, necesse est simul observetur integra mysterii divini ratio ac plena vis huius signi sacramentalis, in quo Christus praesens realiter adest, « mens impletur gratia et futurae gloriae nobis pignus datur ».[169] Hinc praeterea officium exoritur religiose implendi liturgicas normas eaque omnia, quae testantur communitatis ipsius cultum Deo redditum, eo vel magis quod in hoc sacramentali signo ille

[168] **Cfr. Paulus PP. vi, Litt. Enc. *Mysterium Fidei: AAS* 57 (1965), pp. 553-574.**

[169] **Cfr. Const. *Sacrosanctum Concilium,* 47: *AAS* 56 (1964), p. 113.**

se nobis tradit cum fiducia infinita, quasi non consideret nostram infirmitatem humanam, nostram indignitatem, consuetudines nostras moresque cotidianos, immo vero etiam violationes, quae fieri possunt. In Ecclesia igitur omnes, sed episcopi potissimum ac sacerdotes, vigilare debent, ut hoc amoris Sacramentum collocetur in media ipsa vita Populi Dei, ut per cunctos actus debiti cultus sic retribuatur Christo « amor pro amore », ut ipse revera fiat vita animarum nostrarum.[170] Neque ex altera parte oblivisci umquam poterimus horum Sancti Pauli verborum: ((Probet autem se ipsum homo, et sic de pane illo edat et de calice bibat ».[171] Quae Apostoli monitio saltem oblique coniunctionem arctam Eucharistiae cum Paenitentia indicat. Etenim, si prima Christi doctrinae sententia primaque Evangelii — id est « Boni Nuntii » — locutio fuit : « paenitemini et credite Evangelio» ***(metanoéite)***[172] sacramentum Passionis, Crucis, Resurrectionis videtur peculiari prorsus modo roborare et confirmare in animis nostris istam cohortationem. Sic quidem Eucharistia ac Paenitentia certo quodam sensu exhibentur velut duplex intusque simul coniuncta facies verae vitae secundum Evangelii spiritum: vitae reapse christianae. Nam Christus, qui ad Cenam nos eucharisticam invitat, idem ille ad paenitentiam incitat, dum verbum iterat: «paenitemini».[173] Sine continua hac semperque renovata animi intentione ad conversionem, participatio Eucharistiae privatur plena sua efficientia redemptrici, deficit vel saltem in ipsa minuitur peculiaris illa promptitudo Deo sacrificium spirituale offerendi,[174] in quo nostra participatio Christi sacerdotii patefit ratione essentiali et universali. In Christo enim iungitur sacerdotium cum proprio eius sacrificio et cum donatione Patri facta; quae vicissim donatio — quippe quae sine limite sit — efficit, ut nobis, qui homi-

[170] Cfr. *Io* 6, 52. 58; 14, 6; *Gal* 2, 20.
[171] 1 *Cor* 11, 28.
[172] *Me* 1, 15.
[173] *Ibid.*
[174] Cfr. *1 Pt* 2, 5.

nes sumus pluribus obnoxii angustiis, necesse sit ad Deum nos dirigamus modo usque maturiore et conversione constanti, semper quidem profundiore.

Proximis hisce annis plurima data est opera — ceterum omnino secundum antiquissimam Ecclesiae traditionem — ut extolleretur communitaria ratio Paenitentiae et praesertim ipsius sacramenti Paenitentiae in Ecclesiae usu. Perutiles sane sunt hi conatus multumque certe adiuvabunt, ut praxis paenitentialis Ecclesiae nostrorum dierum ditescat. Attamen non oblivisci licet conversionem esse actum interiorem singularis profecto altitudinis, in quo nemo vices gerere valeat alterius hominis, ubi communitas ipsa non suffici possit in locum uniuscuiusque hominis. Etsi fraterna communitas fidelium celebrationem paenitentialem simul peragentium insigniter provehit actum conversionis singulorum, nihilo minus oportet denique in hoc eodem actu se exprimat quisque homo ex intimis penetralibus conscientiae suae, immo cum toto sensu culpae suae fiduciaeque Dei, coram quo sistat psalmistae similis, ut confiteatur : « Tibi, tibi soli peccavi ».[175] Propterea Ecclesia, dum fideliter asservat productum plura per saecula usum Sacramenti Paenitentiae — hoc est usum confessionis singularis, copulatae cum actu doloris propositoque emendationis et satisfactionis — ius particulare animae humanae tuetur; quod scilicet ius refertur ad congressionem, uniuscuiusque hominis magis propriam, cum Christo Cruci affixo, qui ignoscit, cum Christo, qui per sacramenti Reconciliationis ministrum declarat: « dimittuntur peccata tua »[176] « vade, et amplius iam noli peccare ».[177] Uti plane perspicuum est, hoc pariter ius Christi est, quod is habet erga quemque hominem a se redemptum. Est nempe ius conveniendi unumquemque nostrum in illo decretorio tempore vitae animae, quod est momentum conversionis et

[175] *Ps 50 (51),* 6.
[176] *Me* 2, 5.
[177] *Io S,* 11.

condonationis. Ecclesia Sacramento Paenitentiae custodiendo profitetur aperte fidem suam in Redemptionis mysterium, ut in rem veram et vivificantem, quae etiam cum interiore veritate hominis congruit, cum humano culpae sensu et etiam cum humanae conscientiae desideriis. « Beati, qui esuriunt et sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur ».[178] Paenitentiae porro Sacramentum est instrumentum, quo homo illa iustitia satietur, quae ex eodem Redemptore emanat.

In Ecclesia, quae praesertim nostris temporibus maxime circa Eucharistiam congregatur quaeque exoptat, ut vera eucharistica communitas evadat signum omnium Christianorum coniunctionis, quae paulatim maturescit, vigere debet necessitas paenitentiae, quod attinet sive ad rem sacramentalem[179] sive etiam ad illam rationem, ex qua Paenitentia est virtus. Quae altera ratio a Pontifice Maximo Paulo VI in Constitutione Apostolica ***Paenitemini*** est explicata.[180] Unum officiorum Ecclesiae est in actum deducere doctrinam ibidem expositam; siquidem de argumento agitur, quod sine dubio a Nobis adhuc altius pervestigari oportebit per communem considerationem et circa quod plura alia consilia capienda erunt cum sensu collegialis formae pastoralis et cum observantia erga varias traditiones, huc spectantes, et erga diversa adiuncta vitae hominum nostrae aetatis. Quidquid autem id est, patet Ecclesiam novi Adventus, Ecclesiam, quae sese continenter praeparet ad novum Domini Adventum, esse plane debere Ecclesiam Eucharistiae et Paenitentiae. Secundum hanc solam visionem spiritualem sui vigoris suique operis ipsa est Ecclesia divinae missionis,

[178] ***Mt*** 5, 6.

[179] Cfr. S. Congregatio pro Doctrina Fidei, ***Normae pastorales circa absolutionem generali modo impertiendam: AA8*** 64 (1972), pp. 510-514; Paulus PP. VI, ***Allocutio ad nonnullos Episcopos e Foederatis Civitatibus Americae Septentrionalis, oblata occasione eorum visitationis «Ad limina» habita*** (20 Apr. 1978): ***AAS*** 70 (1978), pp. 328-332; Ioannes Paulus PP. II, ***Allocutio ad quosdam sacros Praesules nationis Canadensis habita, eorum visitationis « Ad limina » oblata occasione*** (17 Nov. 1978) : ***AAS*** 71 (1979), pp. 32-36.

[180] ***AAS*** 58 (1966), pp. 177-198.

Ecclesia ***in statu missionis,*** quemadmodum eius veluti vultum Concilium Vaticanum II ostendit.

21. Cum Vaticanum Concilium II ab ipsis fundamentis propriis imaginem Ecclesiae ut Populi Dei effingeret — indicato videlicet triplici munere Christi ipsius, cuius cum participes firmis, vere Populus Dei constituimur — extulit etiam qualitatem istam peculiarem christianae vocationis, quam nuncupari fas est « regalem ». Ut omnes divitiae et thesauri doctrinae Concilii recte explanarentur, hic iam necesse esset mentionem creberrimam facere complurium capitum et articulorum Constitutionis a verbis ***Lumen Gentium*** incipientis multorumque aliorum documentorum eiusdem Concilii. Attamen inter abundantiam istam doctrinarum una pars profecto eminere videtur : participatio regalis muneris Christi, quatenus unusquisque detegit in se et in aliis peculiarem vocationis nostrae dignitatem, quae « regalitas » potest nominari. Haec quidem dignitas monstratur in prompta serviendi alacritate secundum Christi exemplum, qui « non venit ministrari sed ministrare ».[181] Si igitur secundum illum Christi habitum vel affectum aliquis « regnare » proprie valet dumtaxat « serviendo », simul postulat illud ((serviendi » officium talem maturitatem spiritualem, quae dicenda sit prorsus significare aliquem « regnare ». Ut quis ideo digne efficaciterque ceteris inserviat, oportet is dominetur in semet ipsum possideatque virtutes, quae permittant, ut ita dominetur. Nostra participatio regalis missionis Christi — illius quidem « muneris regalis » — arcto vinculo cohaeret cum omni regione doctrinae moralis, tam christianae quam etiam humanae.

Concilium Vaticanum II, cum integram praebuit Populi Dei imaginem cumque docuit quem locum in ipso obtinerent non soli sacerdotes verum etiam laici nec soli participes sacrae Hierarchiae sed sodales etiam Institutorum vitae Deo conse-

[181] *Mt* 20, 28.

cratae, non sane duxit imaginem istam ex principiis dumtaxat sociologicis. Ecclesia quidem, quatenus humana est societas, potest investigari ac definiri secundum regulas seu criteria, quibus in doctrinarum disciplinis homines utuntur quoad quamvis societatem humanam. Attamen istae regulae haud sufficiunt. Etenim in tota communitate Populi Dei singulisque eius membris non iam agitur tantum de peculiari «vinculo sociali », sed potius requiritur, tamquam res unicuique et omnibus necessaria, specialis « vocatio ». Nam Ecclesia, ut Populus Dei — secundum memoratam Sancti Pauli doctrinam mirabiliter a Pio XII expositam — est etiam « Mysticum Corpus Christi ».[182] Ius ad illud Corpus pertinendi procedit ex particulari invitatione, ad quam actio salvifica gratiae accedit. Si vere conscii nobis esse cupimus huius communitatis Populi Dei — tam amplae maximeque variae — debemus Christum imprimis contemplari, qui aliquo modo cuique istius communitatis membro dicit: « sequere me »,[183] Haec est communitas discipulorum, quorum unusquisque, alia quidem ratione — interdum valde conscia sibique constanti, nonnumquam parum conscia et admodum inconstanti — sequitur Christum. Inde etiam commonstratur qualitas admodum « personalis » ac proprietas huius societatis, quae — licet multum deficiat ipsius communitaria vita, secundum sensum humanum istius verbi — idcirco tamen omnino communitas est, quod omnes illam efficiunt una cum Christo ipso, saltem eo quod in animis suis signum gerunt indelebile, proprium eius, qui Christianus est.

Idem Concilium Vaticanum II operam potissimum dedit, ut explicaret quomodo haec ***ontologica*** communitas discipulorum et confessorum magis usque fieri deberet — etiam « humana » ratione — communitas sibi conscia propriae vitae et actionis. Incepta Concilii hac in re iam continuantur in pluribus ulterioribusque operibus indolem synodalem et apostolicam

[182] Pius PP. XII, Litt. Enc. *Mystici Corporis: AAS* 35 (1943), pp. 193-248.
[183] *Io* 1, 43.

et ***organicae*** dispositionis prae se ferentibus. Ante oculos tamen semper hoc verum constituere debemus: eatenus quodlibet coeptum prodest sincerae renovationi Ecclesiae et eatenus idem adiuvat, ut diffundatur germanum « Lumen, quod est Christus »,[184] quatenus id innititur in consentanea conscientia tum vocationis tum officii circa hanc gratiam singularem, unicam minimeque iterabilem, per quam Christianus quisque in Populi Dei communitate Christi Corpus aedificat. Principium hoc, quod primaria norma est totius vitae et actionis christianae — vitae quidem apostolicae et pastoralis, vitae interioris et socialis — applicandum est, iusta proportione servata, ad cunctos homines et ad unumquemque eorum. Etiam Summus Pontifex, haud secus ac quisque Episcopus, illud debet ad se ipsum adhibere. Eidem praeterea principio pareant oportet sacerdotes, religiosi ac religiosae. Secundum hoc vitam suam instruere necesse est coniuges et parentes necnon mulieres et viros diversae quidem condicionis ac munerum perfunctionis, ab iis, qui in societate summa munera explent, usque ad eos, qui opera humillima curant. Hoc namque principium est illius « ministerii regalis », quo ex Christi exemplo singillatim officium accipimus eo pertinens, ut quisque a se ipse postulet id omnino, ad quod vocatus est et quo nominatim obstrictus est, ut, adiuvante Dei gratia, propriae vocationi valeat respondere. Haec deinde fidelitas erga vocationem a Deo per Christum receptam secum infert illud commune circa totam Ecclesiam officium conscientiae, ad quod Concilium Vaticanum II Christianos omnes studet educare. Etenim in Ecclesia, ut in Populi Dei communitate a Spiritu Sancto directa, « unusquisque proprium habet donum »,[185] quemadmodum Sanctus Paulus docet. Quod quidem « donum », tametsi vocatio personalis est ac forma, qua particeps aliquis fit operae salutiferae Ecclesiae, aliis tamen simul servit et

[184] Cfr. Const. dogm. *Zumen Gentium,* 1: *AAS* 57 (1965), p. 5.

[185] *1 Cor* 7, 7; cfr. 12, 7. 27; *Rom* 12, 6; *Eph* 4, 7.

Ecclesiam fraternasque communitates variis in provinciis vitae humanae in terris aedificat.

Fidelitas erga vocationem — id est animus constanter paratus et promptus ad « ministerium regale » — magnum pondus habet ad multiplicem illam aedificationem, praesertim quod ad maioris momenti munera spectat, quae altius vitam proximi totiusque societatis afficiunt. In tali fidelitate erga propriam vocationem excellere debent ipsi coniuges, uti postulatur ex indissolubili natura sacramentalis institutionis matrimonii. Similiter eminere decet sacerdotes pari fidelitate erga propriam vocationem; id quod poscit character indelebilis, quem Sacramentum Ordinis in ipsorum animis figit. Nam hoc Sacramentum cum recipimus, obstringimus nos, in Ecclesia Latina, conscii ac liberi officio vivendi in caelibatu; quocirca unusquisque nostrum debet, quantum sane in eo situm est, efficere, ut Dei gratia sustentatus, gratus de hoc dono sit ac semper fidelis officio, quo in omne tempus se obligavit. Neque aliud profecto flagitatur a coniugibus, qui contendere debent omnibus viribus, ut in vinculo matrimoniali perseverent utque per illam amoris testificationem exstruant communitatem familiae novasque generationes hominum educent, qui et ipsi vicissim valeant totam suam vitam dedicare propriae vocationi — videlicet « ministerio regali » — cuius speciem pulcherrimumque exemplum nobis,Iesus Christus praebuit. Ecclesia eius, quam omnes nos componimus, exsistit « propter homines », ea mente ut secundum Christi exemplum[186] ac per auxilium gratiae, nobis ab eo impetratae, possimus consequi tandem illud « regnare », nempe maturam humanitatem in nostrum unoquoque efficere. Matura vero humanitas significat usum plenum doni libertatis, quod a Creatore tum recepimus, cum ad vitam is hominem vocavit factum « ad imaginem suam ». Hoc insuper donum plane perficitur in donatione — quae sit sine ullis condicionibus — propriae totius personae humanae, ex affectu amoris sponsalis in Christum et cum Christo in eos omnes, ad quos

[186] Cfr. Const. dogm. *Lumen Gentium,* 36: *AAS* 57 (1965), pp. 41 s.

ipse mittit viros ac mulieres, qui penitus secundum consilia evangelica ei sunt consecrati. Ecce optimam vitae religiosae effigiem, quam Ordines et Congregationes — cum antiqui tum recentes — et Instituta Saecularia sibi asciverunt.

Hisce temporibus falso nonnumquam libertas creditur finis sibimet ipsi esse, homo tunc liber esse, cum libertate utitur, uti libet, huc igitur in vita singulorum hominum ac societatum esse contendendum. Attamen libertas est donum praestabile dumtaxat, cum eam consciii usurpare scimus ad omnia, quae vere bona sunt. Docet enim nos Christus optimum libertatis usum esse caritatem, quae in dono ac ministerio compleatur. « Hac libertate nos Christus liberavit »[187] semperque liberat. Hinc praeterea sine intermissione haurit Ecclesia incitamentum et invitamentum et impulsum ad exsequendum proprium munus ac ministerium inter omnes homines. Plena igitur veritas de humana libertate in Redemptionis mysterio est alte recondita. Hominum generi Ecclesia reapse inservit, cum eandem veritatem tuetur indefatigabili mentis intentione et ardenti amore et studio maturo atque cum in universa sua communitate, per fidelitatem erga vocationem cuiusque Christiani, transmittit et solida forma hanc veritatem in vita hominum exprimit. Hoc demum modo confirmatur id, quod iam superius memoravimus: nempe hominem esse fierique semper « viam » vitae cotidianae Ecclesiae.

22. Cum ergo ipso novi Pontificatus initio ad Redemptorem hominis cogitationes Nostras et cor Nostrum convertimus, hoc modo ingredi cupimus et penetrare in intimum cursum vitae Ecclesiae. Quodsi Ecclesia vitam sibi propriam vivit, id propterea fit quod illam haurit e Christo, qui id unum expetit, nempe ut vitam habeamus et abundantius habeamus.[188] Illa vero plenitudo vitae, quae est in ipso, simul in utilitatem hominis confertur. Quare Ecclesia, eo quod universis divitiis my-

[187] *Gal* 5, 1; cfr. *ibid.,* 13.
[188] Cfr. *Io* 10, 10.

sterri Redemptionis communicat, Ecclesia fit hominum viventium, qui vivunt, quia intus opera « Spiritus veritatis »[189] vivificantur, quia caritate, quam Spiritus Sanctus in cordibus nostris diffundit,[190] visitantur. Cuique ministerio in Ecclesia, sive apostolicum est sive pastorale sive sacerdotale sive episcopale, propositum est, ut hoc vinculum dynamicum mysterii Redemptionis cum unoquoque homine servetur.

Quodsi huiusmodi conscii sumus officii, melius intellegere videmur, quid significet Ecclesiam esse matrem[191] atque etiam quantum intersit Ecclesiam semper, ac quidem potissimum hisce temporibus, opus habere matre. Peculiarem gratiam debemus Patribus Concilii Vaticani II, quod in Constitutione, a verbis ***Lumen Gentium*** incipiente, uberi cum doctrina mariologica, quae illa continetur,[192] hanc veritatem edixerunt. Quoniam Paulus VI, hanc ipsam doctrinam secutus, Matrem Christi esse « Matrem Ecclesiae »[193] proclamavit atque tale nomen valde increbruit, liceat etiam indigno eius successori, in extrema parte harum considerationum, quas in exordio pontificalis ministerii ipsius proponi convenit, ad Mariam, ut Matrem Ecclesiae, se convertere. Maria est Mater Ecclesiae, quia ex ineffabili electione per ipsum Aeternum Patrem peracta atque peculiari[194] Spiritus Amoris operante virtute,[195] vitam humanam dedit Filio Dei, « propter quem omnia et per quem omnia »[196] et a quo totus Populus Dei gratiam et dignitatem electionis suae accepit. Proprius eius Filius maternitatem Genetricis suae expresse extendere voluit — atque eo modo extendere, ut omnibus animabus et cordibus facile pateret — cum discipulum, quem

[189] *Io* 16, 13.

[190] Cfr. *Rom* 5, 5.

[191] Cfr. Const. dogm. *Lumen Gentium,* 63-64: *AAS* 57 (1965), p. 64.

[192] Cfr. cap. VIII, 52-69 : *AAS* 57 (1965), pp. 58-67.

[193] Paulus PP. VI, *Allocutio in Vaticana Basilica habita, tertia exacta Oecum. Concilii Vaticani II Sessione* (21 Nov. 1964) : *AAS* 56 (1964), p. 1015.

[194] Cfr. Const. dogm. *Lumen Gentium,* 56: *AAS* 57 (1985), p. 60.

[195] *Ibid.*

[196] *Hebr* 2, 10.

potissimum diligebat, ei ut filium a summa Cruce ostenderet.[197] Spiritus Sanctus ei insinuavit, ut post Ascensionem Domini nostri in Cenáculo maneret, precationibus intenta et in exspectatione una cum Apostolis versans usque ad diem Pentecostes, quo Ecclesia visibiliter est nata, quasi ex obscuro in medium prodiens.[198] Exinde omnes generationes discipulorum et universorum, qui Christum profitentur et amant — quemadmodum Ioannes Apostolus fecit — spirituali ratione acceperunt in sua[199] eam Matrem, quae hoc modo ab ipsis initiis, id est a tempore Annuntiationis, in historiam salutis et in missionem Ecclesiae est inserta. Nos cuncti ergo, qui hac aetate generationem discipulorum Christi efficimus, peculiariter ei cupimus iungi. Quod quidem agimus penitus inhaerentes veteri traditioni et simul plane reverentes et amore complectentes membra omnium Communitatum christianarum.

Quod quidem facimus permagna necessitate fidei, spei et caritatis compulsi. Re enim vera, si hisce rerum ecclesiasticarum et humanarum temporibus difficilibus officiumque conscientiae postulantibus peculiariter nobis opus esse persenti mus, ut ad Christum convertamur, qui vi mysterii Redemptionis est Dominus Ecclesiae suae ac Dominus historiae hominum, probe arbitramur neminem ut Mariam nos inducere posse in rationem divinam et humanam eiusmodi mysterii. Nemo ut Maria eo introductus est ab ipso Deo. In hoc quippe singularis indoles gratiae maternitatis divinae consistit. Non solum est unica minimeque iterabilis huius maternitatis dignitas in humani generis historia, sed unica etiam — quod attinet ad eius profunditatem et ad amplitudinem eius actionis — participatio est, qua Maria, propter eandem maternitatem, consilio divino de salute humana communicavit per mysterium Redemptionis.

Hoc ipsum mysterium — si ita loqui possumus — sub corde

[197] Cfr. *Io* 19, 26.
[198] Cfr. *Act* 1, 14; 2.
[199] Cfr. *Io* 19, 27.

Virginis Nazarethanae est effectum, cum haec illud « fiat » pronuntiavit. Ex quo tempore virgineum eius simulque maternum Cor, peculiari Spiritus Sancti operante virtute, semper Filii sui opus persequitur et omnibus se obviam dat, quos Christus inexhausta caritate sua complexus est et continenter complectitur. Hac de causa etiam Cor Mariae item inexhausto affectu materno debet praeditum esse. Nota autem huiusce amoris materni, quo Dei Genetrix mysterium Redemptionis et vitam Ecclesiae prosequitur, exprimitur eo quod singulariter homini atque omnibus eius vicissitudinibus propius adest. In hoc enim mysterium Matris est positum. Ecclesia, quae eam amore et spe peculiari intuetur, huiusce mysterii modo in die latiore compos fieri desiderat. In hoc enim Ecclesia etiam viam vitae suae cotidianae, quae unusquisque est homo, agnoscit.

Aeternus Patris amor, qui in historia humani generis per Filium est manifestatus, quem Pater dedit, « ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam aeternam »,[200] nobis offertur per hanc Matrem atque hoc modo signa accipit ad intellegendum accommodatiora et faciliora cuique homini. Ita fit, ut Maria in omnibus viis cotidianae vitae Ecclesiae versetur oporteat. Eo quod ut Mater praesens adest, Ecclesia certum habet se reapse vitam vivere Magistri sui et Domini, se e mysterio vivere Redemptionis cum tota eius vivificatoria plenitudine. Eidem pariter Ecclesiae, quae in pluribus variisque campis vitae universorum, qui nunc sunt, hominum veluti radicatur, etiam compertum est eademque, ut ita dicamus, experitur se cum homine, cum unoquoque homine, esse coniunctam, se huius esse Ecclesiam, scilicet Ecclesiam Populi Dei.

Huiusmodi contuentes officia, quae Ecclesiae vias ferentibus oriuntur, illas dicimus vias, quas Paulus PP. VI in primis Pontificatus sui Encyclicis Litteris aperte commonstravit, Nos, probe conscii summae necessitatis omnium eiusmodi viarum simulque difficultatum, quae in iis superveniunt, eo magis opus nobis esse persentimus arctissimo vinculo, quo Christo iunga-

[200] *Io* 3, 16.

mur. Resonant in animo, quasi canora vocis imago, verba, quae ipse est elocutus : « sine me nihil potestis facere »,[201] Non solum necessitatem, sed etiam ***imperativum categoricum*** sentimus, unde fiat, ut tota Ecclesia magnopere, impense, crebrius in dies preces fundat. Solum enim precatio efficere potest, ne permagna haec officia et difficultates, quae accidunt continenter, in causas discriminum vertantur, sed ut fontes ac velut fundamenta evadant novorum egregie factorum, quae parentur atque in dies magis maturescant, in itinere Populi Dei Terram Promissionis versus, ac quidem hoc ipso rerum cursus tempore, quo ad finem alterius millennii appropinquamus.

Dum ergo huic quasi meditationi finem imponimus, acriter humiliterque ad precationem faciendam evocantes, cupimus, ut in hac oratione perseveretur cum Maria, Matre Iesu,[202] quemadmodum perseverarunt Apostoli ac discipuli Domini in Cenaculo Hierosolymitano post illius Ascensionem.[203] Enixe potissimum Mariam, caelestem Ecclesiae Matrem, deprecamur, ut in hac oratione, quae in novo Adventu fit humani generis, nobiscum manere dignetur, qui Ecclesiam efficimus, id est Corpus mysticum Filii eius Unigeniti. Speramus fore ut, huiusmodi precationis vi, accipiamus Spiritum Sanctum supervenientem in nos[204] et hoc modo testes fiamus Christi « usque ad ultimum terrae»,[205] quemadmodum illi, qui die Pentecostes e Cenáculo Hierosolymitano exierunt. Denique Benedictionem Apostolicam amantissime impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die iv mensis Martii, Dominica I in Quadragesima, anno MCMLXXIX, Pontificatus Nostri primo.

IOANNES PAULUS PP. II

[201] *Io* 15, 5.
[202] Cfr. *Act* 1, 14.
[203] Cfr. *Act* 1, 13.
[204] Cfr. *Act* 1, 8.
[205] *Ibid.*

An. et vol. LXXI 31 Martii 1979 N. 5

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Librerìa Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

HOLGUINENSIS

Detractis quibusdam territoriis ab archidioecesi S. Iacobi in Cuba, nova conditur dioecesis, « Holguinensis » appellanda.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Omnium Ecclesiarum sollicitudo, qua pro Apostolico munere Nostro urgemur, postulat ut quae Christifidelibus saluti bene, prospere, feliciter que eveniant, ea sedulo studio prosequamur. Quam ob rem, cum Conferentia Episcopalis Cubana ab hac Apostolica Sede petierit, ut, divisa archidioecesi S. Iacobi in Cuba, nova dioecesis constitueretur, Nos, audita hoc super negotio sententia sive Venerabilis Fratris Marii Tagliaferri, Archiepiscopi titulo Formiani atque in eadem Republica Pro-Nuntii Apostolici, sive Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium qui Sacrae Congregationi pro Episcopis praepositi sunt, sequentia decernimus. Ab archidioecesi S. Iacobi in Cuba totum territorium civilis provinciae vulgo Holguin nuncupatae separamus itemque partem territorii civilis provinciae cui nomen Las Tunas, id est, municipia : Iobabo, Majibacoa, Manatí, Menéndez, Puerto Padre et Tunas; quibus novam dioecesim condimus, *Holguinensem* appellandam iisdemque limitandam finibus quibus omnia municipia provinciae Holguin vulgo nuncupatae et provinciae cui nomen Las Tunas municipia illa, quae diximus,

terminantur. Eius Sedem in urbe « Holguin » collocari censemus, cathedram vero episcopalem in templo paroeciali, quod ibi exstat Deo sacrum in honorem S. Isidori Episcopi, Confessoris et Ecclesiae Doctoris, poni, cui sane iura cathedralium sacrarum aedium tribuimus. Novam Ecclesiam Sedi metropolitanae S. Iacobi in Cuba suffraganeam facimus ; Episcopum, Metropolitae. Canonicorum Collegium constituatur iuxta normas per alias Apostolicas Litteras edendas. Interea vero Consultores dioecesani deligantur Episcopum consilio atque ope iuvatur!. Ad mensam quod attinet, efficiatur Curiae emolumentis, fidelium collationibus, bonis iisque, quae ei obvenient ex praescripto canonis 1500 C.I.C., ad archidioecesim S. Iacobi in Cuba hucusque pertinentibus. De Seminarii constitutione atque iuvenum educatione qui ad sacerdotium tendant, serventur leges canonicae, ratione habita tum decreti Concilii Vaticani II « Optatam totius », tum regularum a Sacra Congregatione pro Institutione Catholica latarum; cum vero alumni eo aetatis pervenerint, ut studiis theologicis atque philosophicis iam operam dare debeant, qui meliores fuerint Romam mittantur, in Pontificium Collegium Pianum Latinum Americanum. Quod attinet ad novae dioecesis regimen et administrationem, item ad Vicarii Capitularis electionem, Sede vacante, similia, ius canonicum servetur. His praeterea Litteris ad exitum deductis, Sacerdotes ei Ecclesiae addicantur, in qua beneficium seu officium habeant ; ceteri clerici atque Seminarii tirones ei, in qua legitime degant. Acta denique et documenta congrua e tabulario Curiae S. Iacobi in Cuba ad Curiam Holguinensem transferantur, religiose custodienda. Haec quae praescripsimus ad effectum adducat Venerabilis Frater Marius Tagliaferri, quem diximus, vel ab eo delegatus sacerdos, perfectique negotii exarata documenta ad Sacram Congregationem pro Episcopis mittat, ex more signata sigilloque impressa. Praesentes vero Litterae firmae perpetuo erunt eifectusque habebunt, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die octavo mensis Ianuarii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo nono, Pontificatus Nostri primo.

© IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

© SEBASTIANUS Card. BAGGIO
S. Congr. pro Episc. Praefectus

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Loco £B **Plumbi**
***In Secret. Status tab. n.* 7707.**

II
TUXTEPECENSIS

Quibusdam locis ab archidioecesi Antequerensi distractis, nova conditur in Mexico dioecesis nomine « Tuxtepecensis ».

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Nuper sacer Pastor Ecclesiae Antequerensis, exoptans ut congruenter provideretur evangelizationi cunctorum etiam autochthonum, quos « Indios » dicunt, intra latissimos fines civilis regionis ((Oaxaca » degentium, cum ipsam consuluisset Conferentiam Episcoporum Mexicanorum, poposcit ab Apostolica hac Sede ut, quibusdam a memorata archidioecesi detractis locis nominatim descriptis, nova iisdem dioecesis erigeretur. Nos igitur, compertum quoque habentes idem esse in votis Venerabilis Fratris Hieronymi Prigione, Archiepiscopi titulo Lauriacensis atque in Natione Mexicana Delegati Apostolici, eandemque rem illis probari, quorum interest, necnon illis qui id sua interesse contendunt, hasce per Litteras haec, quae sequuntur, de plenitudine potestatis Nostrae Apostolicae decernimus et iubemus. Ab archidioecesi Antequerensi quattuordecim, eademque integra, distrahimus municipia, quibus constat civilis regio Tuxtepecensis (vulgo « distrito Tuxtepec))), duoque municipia « Sochiapan » et « Tlacoatzintepec », quae in civili regione ((Cuicatlán » sita sunt; iisdemque, quae diximus, sedecim omnino municipiis lege civili circumscriptis novam condimus dioecesim *Tuxtepecensem* cognominandam et archidioecesi Antequerensi suffraganeam, cuius Episcopum metropolitico subicimus iuri Archiepiscopi pro tempore Antequerensis. Episcopalem novae dioecesis sedem in urbe «Tuxtepec» constituimus templumque ibi exstans Deo in honorem S. Ioannis dicatum Nos cathedrale templum declaramus unoque tempore ei atque Tuxtepecensi pro tempore Episcopo honores tribuimus et insignia et privilegia atque iura, quae lege ecclesiastica ad cetera pertinent templa dioecesium cathedralia et ad ceteros Ecclesiarum Pastores; iisdem tamen oneribus et officiis Episcopo Tuxtepecensi impositis, quibus omnes ligantur dioecesani Episcopi. Donec Capitulum Cathedrale in nova dioecesi per alias Litteras rite constituetur, facultatem interea facimus ut ibi dioecesani Con-

sultores ad tempus deligantur. Ad mensam episcopalem quod attinet, statuimus ut Curiae emolumentis fideliumque stipibus efficiatur atque iusta bonorum portione, illi obventura ex divisione ad mentem can. 1500 C.I.C. facienda. De Seminarii dioecesani exstructione deque sacerdotali tironum educatione et institutione tum sacri canones serventur tum normae Decreti Concilii Vaticani II « Optatam totius » tum etiam peculiares Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica regulae. Selecti autem Seminarii eiusdem alumni disciplinis philosophicis et theologicis instruendi necnon presbyteri sua studia expleturi ad Pontificium Collegium Pianum Latinum Americanum mittantur in Urbe situm. De novae dioecesis regimine, de administratione, de eligendo Vicario Capitulari sede vacante deque aliis id genus, ea omnino serventur, quae de iisdem statuunt sacri canones. Nova erecta Ecclesia Tuxtepecensi, hoc de clero decernimus, ut presbyteri illi Ecclesiae adscripti censeantur, cuius in finibus officium vel beneficium habent; ceteri vero clerici necnon Seminarii alumni ei addicantur dioecesi, cuius in finibus habent domicilium. Mandamus insuper ut documenta aliaque acta, quae aut ad novam dioecesim eiusve clerum aut ad fideles aut ad temporalia bona pertinent, ea omnia a Curia Antequerensi ad Tuxtepecensem Curiam transferantur, in condendo tabulario religiose custodienda. Quae hic praescripsimus, ea ad effectum adducantur a Venerabili Fratre Hieronymo Prigione, quem diximus, vel a presbytero per eum subdelegato, necessariis et opportunis factis facultatibus. Perfecto denique negotio exaratisque actorum documentis, certa omnium exempla ad Sacram Congregationem pro Episcopis mittantur sueto more signata sigilloque impressa. Has Litteras Apostolicas sive nunc sive in posterum ratas esse volumus, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die octavo mensis Ianuarii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo nono, Pontificatus Nostri primo.

© CAROLUS Card. CONFALONIERI
Sacri Collegii Decanus

© SEBASTIANUS Card. BAGOIO
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Eugenius Sevi, *Proton, Apost.*
Amatus P. Frutaz, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi

In Secret. Status tab. n. 9219.

III

NETZAHUALCOYOTLENSIS

Quibusdam locis a Texcocensi dioecesi distractis, nova erigitur dioecesis Netzahualcoyotlensis, in Mexico.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Plane Nobis conscii sumus Mexicanam Conferentiam Episcopalem, collatis cum sacro Pastore Texcocensi consiliis de provehenda evangelizatione inter fideles civilem regionem « Estado de México » incolentes, haud dubitavisse petere ab Apostolica hac Sede ut, quibusdam locis a dioecesi Texcocensi distractis, nova iisdem particularis conderetur Ecclesia. Nos idcirco, considerantes idem probari Venerabili Fratri Hieronymo Prigione, Archiepiscopo titulo Lauriacensi atque in Mexico Delegato Apostolico, certiores etiam facti de eorum consensu, quorum intererat, eorumque qui id sua interesse contendebant, at praesertim mente Nostra rem agitantes istis profuturam Christifidelibus, constituimus, ut illae audirentur preces Nobis adhibitae. Eapropter, de consilio Venerabilium Fratrum Nostrorum S. E. E. Cardinalium negotiis Sacrae Congregationis pro Episcopis praepositorum deque plenitudine, qua fungimur, potestatis Apostolicae haec decernimus* et iubemus, quae sequuntur. Ea loca, quibus constant civilia municipia « Amecameca », « Atlahutla », « Ayapango », « Cocotitlán », « Chalco », « Ecatzingo », « Ixtapaluca », « Juchitepec », « La Paz - Los Reyes », « Netzahualcóyotl », « Ozumba », « Temamatla », « Tenango del Aire », « Tepetlixpa » et ((Tlalmanalco », a dioecesi Texcocensi separamus iisdemque quindecim omnino municipiis ita cognominatis legeque civili circumscriptis novam condimus dioecesim *Netzahualcoyotlensem* nuncupandam et Archidioecesi Mexicanae suffraganeam eiusque Episcopum metropolitico subicimus iuri Archiepiscopi pro tempore Mexicani. In urbe « Ciudad Netzahualcóyotl » episcopalem novae dioecesis sedem constituimus templumque paroeciale ibi exstans, Spiritui Sancto dicatum, Nos gradu et dignitate cathedralis templi praeditum declaramus, ei proinde sacroque Praesuli pro tempore Netzahualcoyotlensi honoribus et insignibus necnon privilegiis atque iuribus tributis, quae lege ecclesiastica omnibus cathedralibus dioecesium templis concessa sunt omnibusque Ecclesiarum Pastoribus ; iisdem tamen oneribus et officiis sacro novae dioecesis Praesuli impositis, quibus singuli astringuntur dioecesani Episcopi. Donec Netzahualcoyotlensis Ecclesia

expers erit collegii Canonicorum seu Capituli Cathedralis, quod per alias Litteras Nostras profecto olim instituetur, cupimus atque facultatem facimus ut in locum eorum interea dioecesanus sufficiatur Consultorum coetus. De mensa episcopali decernimus, ut Curiae emolumentis constet et fidelium stipibus atque iusta bonorum portione, quae ei iure obvenient ex divisione ad mentem can. 1500 C.I.C. facienda. De exstruendo Seminario dioecesano deque sacrorum alumnis instituendis non modo serventur sacri canones, sed etiam normae Decreti Concilii Vaticani II « Optatam totius » atque peculiares regulae a Sacra Congregatione pro Institutione Catholica statutae. Ii autem sacrorum alumni, qui selecti fuerint ut philosophicis et theologicis disciplinis aptius instruantur, aut presbyteri ad sua studia explenda acciti, ad Pontificium Collegium Pianum Latinum Americanum mittantur in Urbe situm. De regimine dioecesis hodie erectae deque eius administratione, de eligendo Vicario Capitulari sede vacante, de aliis id genus, omnia serventur, de quibus in iure canonico cautum est. Statuimus praeterea ut illic, ad effectum deducta novae dioecesis erectione, presbyteri eidem censeantur Ecclesiae adscripti, in cuius ipsius finibus officium vel beneficium habent ; ceteri vero clerici atque Seminarii alumni ei addicantur dioecesi, in cuius finibus domicilium habent. Mandamus denique ut actorum documenta, quae tum ad erectam dioecesim eiusve clerum aut ad fideles tum etiam ad bona pertinent temporalia, a Curia Texcocensi ad Curiam Netzahualcoyotlensem transferantur, ut ibi religiose in condendo tabulario custodiantur. Quae de singulis hic statuta praecepimus, ea omnia exsequatur memoratus Venerabilis Frater Hieronymus Prigione a Nobis deputatus huiusque rei causa facultatibus auctus, haud excepta facultate eiusdem mandati alicui presbytero subdelegandi. Omnibus peractis eorumque documentis exaratis, certa veraque singulorum actorum exempla, sueto more signata atque sigillo impressa, brevi ad Sacram Congregationem pro Episcopis transmittantur. Volumus has Litteras Apostolicas ratas esse et nunc et in posterum, quibuslibet contrariis non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quinto mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo nono, Pontificatus Nostri primo.

© CAROLUS Card. CONFALONIERI
Sacri Collegii Decanus

© SEBASTIANUS Card. RAGGIO
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Loco £8 **Plumbi**
In Secret. Status tab. n. 9915.

IV
CUAUTITLANENSIS

Quibusdam locis a Tlalnepantlensi aliisque a Texcocensi dioecesi distractis, nova conditur dioecesis nomine Cuautitlanensis, in Mexico.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Conferentia Episcopalis Mexicana, curam agens de expeditiore evangelizatione iis suppeditanda fidelibus, qui civilem regionem « Estado de México » incolunt, consentientibus autem in eadem re sacris Pastoribus, quorum intererat, petiit ab Apostolica hac Sede ut, quibusdam locis a Tlalnepantlensi aliisque a Texcocensi dioecesi distractis, nova iisdem erigeretur dioecesis. Nos igitur, utilitate capta, e sententia Venerabilis Fratris Hieronymi Prigione, Archiepiscopi titulo Lauriacensis atque in Natione Mexicana Delegati Apostolici, ipsoque considerato consilio Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Sacrae Congregationis pro Episcopis praepositorum, constituimus ut preces illae audirentur. Hac de causa, certiores quidem facti de eorum consensu, quorum interest, necnon illorum qui id sua interesse contendunt, at praesertim mentem Nostram intendentes ad Mexicanos in memorata regione degentes, vi et potestate Nostra Apostolica haec, quae sequuntur, hasce per Litteras decernimus atque iubemus. A dioecesi Tlalnepantlensi seiungimus loca, quibus constant civilia municipia « Coacalco », « Coyotepec », « Chapa de Mota », « Cuautitlán », « Cuautitlán Izcalli », « Huehuetoca », «Nicolás Romero», « Teoloyucan », « Tepozotlán », ((Tultitlán » et « Villa del Carbón » ; a dioecesi autem Texcocensi separamus loca quibus constant civilia municipia « Apaxco », « Hueypoxtla », « Melchor Ocampo », « Nextlalpan », « Tequisquiac », « Tultepec », « Xaltengo » et « Zumpango » ; iisdemque omnibus, quae diximus, undeviginti omnino municipiis nominatim descriptis legeque civili definitis novam condimus dioecesim *Cuautitlanensem* nuncupandam et archidioecesi Mexicanae suffraganeam eiusque Episcopum subicimus metropolitico iuri Archiepiscopi pro tempore Mexicani. Episcopalem novae dioecesis sedem in urbe « Cuautitlán » constituimus atque paroeciale templum ibi exstans Deo in honorem Sancti Bonaventurae Ep., Conf. et Eccl. Doct., dicatum Nos gradu et dignitate cathedralis templi exornamus, ei et Cuautitlanensi pro tempore Episcopo honoribus tributis et insignibus et privilegiis atque iuribus, quae lege ecclesiastica ad cetera pertinent templa dioecesium cathedralia atque ad ceteros Ecclesiarum Pastores; iisdem

tamen oneribus et officiis Episcopo Cuatitlanensi impositis, quibus omnes ligantur dioecesani Episcopi. Donec Capitulum Cathedrale in nova dioecesi per alias Litteras rite constituatur, facultatem facimus, ut interea eius loco dioecesanus Consultorum coetus ibi deligatur. Statuimus ut episcopalis mensa constet tum Curiae emolumentis tum fidelium stipibus tum etiam iusta bonorum portione, quae ei obveniet ex divisione iuxta can. 1500 C.I.C. facienda. De Seminarii dioecesani exstructione deque sacerdotali tironum educatione et institutione tum sacri canones serventur tum normae Decreti Concilii Vaticani II « Optatam totius » tum etiam peculiares regulae Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica. Selecti autem sacrorum alumni disciplinis philosophicis et theologicis instruendi necnon ii presbyteri, qui ad sua studia explenda acciti fuerint, ad Pontificium Collegium Pianum Latinum Americanum mittantur in Urbe situm. De regimine dioecesis hodie erectae, de administratione, de eligendo Vicario Capitulari sede vacante deque aliis id genus, ea omnino serventur, quae iure canonico statuta sunt. Decernimus praeterea ut ibi, erectione novae dioecesis ad effectum deducta, presbyteri censeantur ei adscripti Ecclesiae, in cuius finibus officium vel beneficium habent; ceteri vero clerici, necnon Seminarii alumni, ei addicantur dioecesi, in cuius finibus domicilium habent. Denique praecipimus, ut actorum documenta, quae aut ad novam dioecesim eiusve clerum aut ad fideles aut etiam ad bona temporalia pertinent, a Curiis Tlalnepantlensi et Texcocensi ad Curiam Cuautitlanensem transmittantur, ut ibi in condendo tabulario religiose custodiantur. Quae hasce per Litteras statuimus, omnia et singula exsequatur Venerabilis Frater Hieronymus Prigione, quem diximus, qui a Nobis deputatus est et facultatibus huius mandati causa instructus, haud excepta facultate eiusdem officii alicui presbytero subdelegandi. Omnibus peractis exaratisque actorum documentis, certa singulorum exempla, usitato more quidem signata sigilloque impressa, ad Sacram Congregationem pro Episcopis mittantur. Has Litteras Apostolicas sive nunc sive in posterum ratas esse volumus, contrariis haud obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quinto mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo nono, Pontificatus Nostri primo.

© CAROLUS Card. GONFALONIERI
Sacri Collegii Decanus

© SEBASTIANUS Card. BAGGIO
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Iosephus Del Ton, *Proton: Apost.*
Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Loco S **Plumbi**
In Secret. Status tab. n. 991J/.

EPISTULAE

I

Ladislao S. R. E. Card. Lékai Archiepiscopo Strigoniensi data ceterisque Hungariae sacris Praesulibus, qua peculiaris Summi Pontificis benevolentia erga eos ipsos cunctumque eiusdem Nationis populum significatur.

Paucos intra dies Rerevendissimus Dominus Aloisius Poggi denuo se istuc tamquam Apostolicae Sedis legatus recipiet, ut colloquia cum nationis vestrae auctoritatibus agat. Antehac semper, quotiens talia ibi negotia erat gesturus, ipse ad vos perferebat salutationem fervidam necnon coniunctionis spiritalis testificationem magni decessoris Nostri, deplorati Pontificis Maximi Pauli VI. Hoc igitur tempore Nos eandem observantes consuetudinem cupimus vobis, Fratres carissimi, similem omnino transmittere salutationem per istas litteras Nostras. Quod valde opportunum esse arbitramur, data videlicet ea occasione, quae novum consequitur pontificatum a Nobis modo initum. Porro idem Sedis Apostolicae legatus, qui, nomine Beatissimi Patris Pauli VI vos saepius invisit, nunc iam advenit nomine Ioannis Pauli II, qui e Christi voluntate, creatus est Beati Petri successor post triginta tres dumtaxat dies Ioannis Pauli I pontificatus, quem nulla umquam exstinguet oblivio. Volumus proinde, carissimi Fratres, ut Archiepiscopus Aloisius Poggi apud vos interpres sit in praesenti eiusdem curae pastoralis qua Supremus Pastor premitur de Ecclesia vestrae patriae, quae etiam priores Summos Pontifices tantum sollicitabat. Cuius quidem rei plurimae rationes sunt.

Attamen ad eas omnes superiores causas accedit nunc peculiaris consideratio originis Nostrae et civitatis et ipsius Sedis Cracoviensis, ex qua devocati sumus ad Cathedram Petri Romanam. Silentio non possumus haec cuncta praeterire ; immo magis Nos illa impellunt, ut vos, carissimi Fratres, hisce litteris alloquamur. Ortus enim Noster ex Polonia generisque communitas cum illa gente, quae cum Hungariae populo vinculis pluribus colligatur historiae communis et vicinitatis tum etiam domuum regiarum et consimilis fortunae, efficit plane, ut singula ista necessario ob oculos nobis obversentur, hac oblata opportunitate. Praeterea in cathedrali templo Cracoviensi, quod relinquere debuimus, ut Apostolorum hereditatem Romanam susciperemus, pie coluntur exuviae illius Hungariae filiae, Hedvigis Reginae, quam Ecclesia in Polonia iam multa saecula beatam appellat ; reginae, inquimus, meritorum illustrium, quam universi Poloni ac praesertim iuvenes perpetuo complectuntur amore.

Si harum ergo rerum memoriam celebramus, Venerabiles Nobisque dilecti Fratres, ideo facimus istud, ut quam plenissimam vim historicam addamus primae huic veluti congressioni Nostrae per litteras institutae. Aetates praeteritae assignaverunt populo vestro excellentem profecto locum in totius Europae historia maximeque in Ecclesiae et religionis Christianae progressu. Documentum autem atque certo quodam modo signum eiusdem praestantiae exstat Sanctus Stephanus Hungariae patronus, quem iure simul habemus patriae vestrae patronum simul vero fidei apostolum Ecclesiaeque conditorem in Hungaria. Millesimus nuper abiit annus a praeclaris istis primordiis, quae indicant pariter initium totius historiae tum Ecclesiae tum Populi tum Civitatis in patria vestra.

Cogitationes inde Nostras ad haec omnia facta et adiuncta convertentes, volumus eodem tempore declarare nobis persuasum esse Ecclesiam Catholicam, quae partes tanti momenti in Hungariae historia sustinuerit, posse etiam deinceps pergere quasi vultum spiritalem patriae vestrae conformare afferendo filiis ac filiabus suis eandem Evangelii Christi lucem, quae tot per saecula rationes vitae civium vestrorum illuminaverit. Exoptamus quidem, ut idem lumen — per episcopalem operam vestram, per industriam pastoralem vestrorum sacerdotum et familiarum religiosarum et laicorum catholicorum — pergere valeat magnam adhibere vim ad animos, conscientias, corda hominum, quos doceat sensum praecepti caritatis, observantiam dignitatis cuiusque hominis, affectum nobilis libertatis cum amore strenui laboris pro bono communi proque eis omnibus virtutibus singulorum cunctarumque familiarum ac totius societatis, quae pernecessariae sunt ad tale bonum consequendum. Contendite, Venerabiles ac dilecti Fratres, fructuose utiliterque universis his propositis deservire per apostolicam testificationem vestram et salutis animarum studium, per amorem traditionum vestrae nationis et coniunctionem cum successore Sancti Petri omnique Episcoporum collegio in Ecclesia Christi. Una demum cum salutatione hac fraterna transmittimus Apostolicam Benedictionem vobis et toti communitati ecclesiali, cui Christus vos praefecit pastores ac magistros (cfr. *Eph.* 4,11).

Sic enim per vos paternae benevolentiae Nostrae interpretes volumus Nostram vocem salutantem pervenire ad totum illum Hungariae populum cui Nos memores insignium eius rerum gestarum precamur a Deo pacis abundantiam et maiorem usque prosperitatem.

Ex Aedibus Vaticanis, die II mensis Decembris anno MCMLXXVIII, Pontificatus Nostri primo.

IOANNES PAULUS PP. II

II

Iacobo Roberto S. R. E. Card. Knox, Praesidi Consilii Permanentis Congressuum Eucharisticorum Internationalium, de Conventu Eucharistico Internationali in Galliae urbe Lapurdo habendo, anno 1981.

Le Congrès eucharistique international qui aura lieu à Lourdes en 1981 constituera pour l'Eglise un temps fort de prière et de renouveau spirituel. Son annonce est une source de joie et une invitation à le préparer déjà avec soin, non seulement au niveau du Comité que vous présidez, mais aussi de la part des nombreux Pasteurs et fidèles qui y prendront une part active.

((Jésus-Christ, pain rompu pour un monde nouveau » : tel est le thème qui a été retenu par le Comité permanent des Congrès eucharistiques internationaux et qui est aujourd'hui confirmé par le Pape. Pour bien saisir quelle nouveauté spécifique et radicale Jésus-Christ introduit en chaque participant à l'Eucharistie, dans l'Eglise et, partant, dans la société, le Congrès aura intérêt à bien remettre en lumière, tout d'abord, les bases de la doctrine eucharistique, telle qu'elle a été reçue, méditée et vécue sans interruption, depuis les Apôtres, par les martyrs, les Pères de l'Eglise, la chrétienté du Moyen Age, les Conciles, la piété moderne, les recherches légitimes actuelles. Comme saint Paul (cf. *1 Co* 11, 23), les pasteurs et les théologiens du Congrès devront transmettre ce qu'ils ont eux-mêmes reçu de la Tradition vivante, guidée par l'Esprit Saint. Ainsi apparaîtra, dans l'intégrité de son mystère, le sens plénier du ((Pain rompu » ; ce « Pain », en effet, se réfère tout entier, non pas seulement à un partage généreux émanant de l'exemple de Jésus, mais au sacrifice du Christ qui a livré son corps et versé son sang pour enlever le péché du monde, détruire le mur entre les frères ennemis et leur donner accès à l'Amour du Père. Telles sont les paroles fondamentales du Sauveur rapportées par saint Jean : « Le pain que je donnerai, c'est ma chair pour la vie du monde » *(Jn* 6, 51). Et l'Apôtre Paul de proclamer à son tour : « La coupe que nous bénissons, n'est-elle pas communion au sang du Christ? Le pain que nous rompons, n'est-il pas communion au corps du Christ? » *(1 Co* 10, 16). C'est à partir de cette Tradition vécue que le Congrès pourra approfondir et exprimer au monde d'aujourd'hui comment et pourquoi le ((monde nouveau » est lié à l'Eucharistie, et l'Eucharistie elle-même à la Passion et à la Résurrection du Christ.

Quelle grâce ce sera de mieux prendre conscience que ce Sacrifice nous

est rendu présent en chaque eucharistie, que les croyants peuvent en assimiler le fruit comme une nourriture quotidienne, et le prolonger dans leur propre vie ! Le premier temps, le temps primordial d'un tel Congrès, est donc celui de la contemplation du ((mystère de la foi », d'une adoration, en union avec la Vierge Marie qui conservait toutes ces choses dans son cœur (cf. *Le* 2, 51). C'est bien la force de ce message inouï, de cette « folie » et ((sagesse » de Dieu (cf. *1 Co* 1, 21), qui doit toucher le monde! Heureux rassemblement de Lourdes s'il sait promouvoir cette compréhension authentique de l'Eucharistie, susciter une action de grâce renouvelée à son sujet, conduire à une approche plus respectueuse, à une célébration plus digne, à un désir plus ardent d'y communier avec fruit, grâce à une meilleure préparation !

((Le Christ a livré sa vie pour nous, nous devons à notre tour livrer notre vie pour nos frères » *(1 Jn* 3, 16). Un « homme nouveau » *(Col* 3, 10), un monde nouveau marqué par des rapports filiaux envers Dieu et fraternels entre les hommes, disons une humanité nouvelle, tels sont les fruits attendus du Pain de vie que l'Eglise rompt et partage au nom du Christ. Est-il besoin de le dire : le niveau le plus profond où se réalise dans les communiants ce lien avec le Corps du Christ, cette ((osmose » de sa charité divine, échappe au sentiment et aux mesures humaines; il est de l'ordre de la grâce, d'une participation mystérieuse, dans la foi, à la vie du Christ ressuscité selon l'esprit de sainteté (cf. *Rom* 1, 4). Mais de grandes conséquences morales doivent normalement en découler, celles que saint Paul énumère dans la seconde partie de chacune de ses épîtres. Ces conséquences sont en même temps des exigences et des appels, car elles supposent la disponibilité et la responsabilité des participants. Que d'implications profondes pour les rapports entre communiants d'abord : ((l'Eucharistie fait l'Eglise », elle réunit comme les membres d'un Corps ceux qui participent au même Corps du Christ ; « que tous soient un » *(Jn* 17, 21) ! Que de conséquences aussi pour la société elle-même, pour la façon d'aborder les frères en humanité, surtout les plus pauvres, de les servir, de partager avec eux le pain de la terre et le pain de l'amour, de construire avec eux un monde plus juste, plus digne des fils de Dieu, et de préparer en même temps un « monde nouveau » à venir, où Dieu lui-même apportera le renouveau définitif et la communion totale et sans déclin (cf. *Ap* 21, 1-5; cf. Constitution *Gaudium et Spes,* nn. 39,45). Le Congrès de Lourdes aura pour tâche d'inventorier, en quelque sorte, tout le dynamisme spirituel et éthique qu'entraîne le Christ eucharistique chez ceux qui s'en nourrissent avec les dispositions

requises. Il veillera à situer toutes ces possibilités de transformation personnelle et sociale dans le cadre des attitudes et des béatitudes évangéliques, moyennant la conversion, car la conversion est au cœur du renouveau chrétien. Sur ce point, le message du Congrès eucharistique rejoindra le message permanent de Lourdes. Que la Vierge immaculée aide les cœurs à se purifier en vue de cette grande rencontre!

Si j'ai pris soin de rappeler ces orientations majeures, c'est que l'Eglise catholique en a particulièrement besoin aujourd'hui. J'encourage vivement le travail qui sera accompli dans ce sens par le Comité international et tous ceux qui, aux divers échelons, collaboreront à la préparation et à l'organisation de l'accueil, de la liturgie, de l'enseignement, des témoignages et des échanges. J'implore sur eux la lumière et la force de l'Esprit Saint. La Cité mariale, qui connaît déjà tant de pèlerinages admirables, constitue un cadre hors pair, quasi unique au monde, pour l'hommage au Christ eucharistique et le rayonnement de son message. A tous les responsables, je donne de grand cœur ma Bénédiction Apostolique.

Du Vatican, le 1" janvier 1979.

IOANNES PAULUS PP. II

III

Iacobo Roberto S. R. E. Cardinali Knox data, qua Missus Extraordinarius constitutus est et nominatus, ut praesideret celebrationibus Kampalae habendis post saeculum elapsum ex quo primi missionarii catholicam religionem in Ugandam intulerunt.

Africam Evangelio patentem animo intuemur, nominatim Ugandam, quae praeterito saeculo christianam veritatem studiose recepit, quin etiam praeclara germina protulit sanctitatis. Ibi enim, ut notum est, fidei testes sat multi mori maluerunt quam foedari et observantiam legis divinae sanguine profuso confirmarunt. E quorum numero Carolo Lwanga, Matthiae Kalemba Murumba seu Mulumba et XX sociis Paulus VI, Decessor Noster, anno MCMLXIV Sanctorum Caelitum honores sollemni ritu decrevit, inter quem haec verba est elocutus : « Hi igitur Martyres Africani albo victor um, quod est martyrologium, paginam addunt, qua res simul funestissimae et magnificae perhibentur : paginam dicimus, sane dignam, quae adiungatur egregiis illis narrationibus ve-

teris Africae, quas nos, hac aetate viventes, utpote homines modicae fidei, opinabamur numquam habituras esse aequam continuationem. Quis umquam suspicari potuit, ut exemplum afferamus, ad acta illa, animos commoventia, Martyrum Scillitanorum, Martyrum Carthaginiensium, Martyrum « Massae Candidae » Uticensis, de quibus Sanctus Augustinus et Prudentius commemorant, Martyrum Aegypti, quorum amplissimam laudem apud Ioannem Chrysostomum scriptam invenimus, Martyrum persecutionis Vandalicae, nostris temporibus novas historias accessuras esse, quibus res non minus fortiter gestae, res non minus fulgidae narrarentur?» *(AAS* 56 [1964], p. 905).

Est quidem prae nobis ferendum paucis annis hoc martyrium accidisse, postquam religio catholica in Ugandam esset illata. Recte igitur sentiendum est terram illam quodam modo iam proclivem fuisse ad religionem christianam suscipiendam, scilicet semen evangelicum quasi exspectasse, eoque immisso, brevi in agrum fructuum feracem excrevisse.

Laudandum ergo est consilium Praesulum Ugandensium, qui saeculum elapsum, ex quo primi missionarii regionem illam contigerunt, festis statuerunt caeremoniis celebrare et Eucharisticum ex tota Natione agere Conventum. Ad quae sollemnia apparanda novimus Venerabilem Fratrem Nostrum Emmanuelem S.R.E. Cardinalem Nsubuga, Archiepiscopum Kampalaënsem, operaeque socios diligenter incumbere, necnon cunctos sacrorum Antistites Ugandae communibus litteris datis et clerum et religiosos et fideles salubri exhortatione ad ea praeparasse.

Meminimus sane, eundem Decessorem Nostrum Paulum VI, anno **MCMLXIX**, primum e supremis Ecclesiae Pastoribus in Africam, ac quidem in Ugandam, se contulisse, ut Coetui Episcoporum illius terrae continentis interesset, praedictis Martyribus honorem in eorum patria adhiberet aliaque ad religionem spectantia exsequeretur. Nos vero cupimus celebritates, quae proxime ibi fient, saltem per Patrem Cardinalem, qui Nostram gerat personam, participare. Quapropter hisce Litteris te, Venerabilis Frater Noster, Missum Nostrum Extraordinarium constituimus et nominamus, mandantes, ut Nostro nomine statutis celebrationibus praesideas. Cum animi mentisque dotes, quibus ornaris, cognitas habeamus, non dubitamus quin huiusmodi munere ita sis functurus, ut gloria Dei augeatur et Ecclesiae in illa regione utilitates obveniant nec paucae nec leves.

«Quam speciosi pedes evangelizantium bona» *(Rom.* 10, 15). Primi viri, Christum Ugandensibus annuntiaturi, fuerunt Simeon Lourdel, sacerdos, et Amans Delmas, frater, sodales Societatis Missionariorum

Africae seu « Patrum Alborum », qui die xvn mensis Februarii anno MDCCCLXXIX, postquam per Lacum Victoriae navigarunt, ad locum « Entebbe » appulerunt ; quos, aliquot mensibus transactis, alii tres Evangelii praecones ex eadem religiosa Familia sunt subsecuti.

Sedem autem ii Nabulagalae collocarunt, ubi sacrificium eucharisticum in Uganda primum celebrarunt posteroque anno quattuor autochthonas salutari baptismi aqua primum tinxerunt. In hac ergo statione crux Christi est posita, hinc lumen eius radiavit. Quamquam difficultates gravissimae non semel subortae sunt, tamen res catholica laetis firmisque augescebat incrementis, propterea etiam quod novi operarii in vineam illam advenerunt. Curae etiam erat, ut ex ipsis Ugandensibus sacrorum administri asciscerentur. Ita factum est, ut anno MCMLIII, providentia Pii XII, item Decessoris Nostri, sacra Hierarchia in regione illa institui posset.

Itaque hoc saeculum, tam felici progressione insigne, respicientes, omnes filios Nostros, quos habemus carissimos, ibidem incolentes, paterne monemus, ut pretiosum fidei donum constantissime servent et, hoc iubilaeo impulsi, ex ea diligentius in dies vivere satagant, memores eam ali verbo praeconum legitimorum et vita liturgica, qua « mentes in Deum excitantur, ut rationabile obsequium Ei praestent, gratiamque Eius abundantius recipiant » *(Sacrosanctum Concilium,* 33). Sed ulterius etiam est progrediendum, nempe contendendum, ut Evangelium latius propagetur, quia « cuilibet discípulo Christi onus fidei disseminandae pro parte sua incumbit » *(Lumen Gentium,* 17) ; opus videlicet est, ut Ecclesia Ugandensis, a missionariis condita, iam ipsa sit missionaria.

Probando consilio, ut supra diximus, Conventus Eucharisticus agitur, sollemnium horum saecularium oblata occasione. Eecte quidem augustum hoc Sacramentum cultu sociali honoratur, in quo non solum gratia divina sed auctor ipse gratiae, Christus Dominus, continetur. Eucharistia est vinculum caritatis, siquidem « unus panis, unum corpus multi sumus, omnes enim de uno pane participamur » *(1 Cor.* 10, 17) ; merito ergo Sanctus Ioannes Chrysostomus adiungit : « Si autem ex eodem, et idipsum efiicimur omnes, cur non eamdem caritatem exhibemus, et ea ratione unum efiicimur? » *(In Epist. 1 ad Cor., Horn.* 24, 2; *PC* 61, 200). Sane optandum est quam maxime, ut in isto Conventu Eucharistico flamma verae fraternitatis exardescat, qua Christiani accendantur, ut aliorum vulneribus, sive ad animam sive ad corpus pertinentibus, medeantur, ut sublevent aerumnis afflictos, ut inopia vexatos reficiant.

Ut autem haec omnia tam praeclara et excelsa ad effectum deducantur,

expetendum erit etiam auxilium Beatae Mariae Virginis, quae est Mater Ecclesiae : eius curae praesentem vitam et futuram sortem totius communitatis catholicae Ugandensis fidenter committimus.

Haec habuimus, quae, sollemnibus istis instantibus, pastorali amore et studio ducti, scriberemus. Vota autem, quae facimus, ut inde fructus quam uberrimi percipiantur, confirmet Apostolica Benedictio, quam tibi, Venerabilis Frater Noster, necnon praedicto Patri Cardinali eidemque Kampalaënsi Archiepiscopo, ceteris Praesulibus, Magistratibus, sacerdotibus, religiosis et fidelibus universis, qui eiusdem iubilaei causa in unum congregabuntur, libentissime in Domino impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xvii mensis Ianuarii, anno **MCMLXxrx,** Pontificatus Nostri primo.

IOANNES PAULUS PP. II

HOMILIAE

I

In Basilica Vaticana habita, die festo Praesentationis Domini, cereos antequam benedixit.*

1. ((Lumen ad revelationem gentium ».[1]

La liturgia delia festa odierna ci ricorda, anzitutto, le parole del Profeta Malachia : ((Ecco entrerà nel suo tempio il Signore, che voi cercate ... ecco viene)). Di fatto queste parole si avverano in questo momento : entra per la prima volta nel suo tempio Colui che è il suo Signore. Si tratta del tempio dell'Antica Alleanza, la quale costituiva la preparazione per l'Alleanza Nuova. Dio stringe questa Nuova Alleanza col suo popolo in Colui, che « ha unto e mandato nel mondo », cioè nel suo Figlio. Il tempio dell'Antica Alleanza aspetta quell'Unto, il Messia. La ragione, per così dire, della sua esistenza è questa attesa.

Ed ecco, entra. Portato dalle mani di Maria e di Giuseppe. Entra come un Bambino di quaranta giorni al fine di adempiere alle esigenze della legge di Mose. Lo portano nel tempio come tanti altri bambini israeliti : il bambino di poveri genitori. Entra dunque inosservato e

*** Die 2 m. februarii a. 1979.**

[1] *Le. 2,* **37.**

— quasi in contrasto con le parole del profeta Malachia — non atteso da nessuno. « Deus absconditus ».[2] Nascosto nella carne umana, nato nella stalla nei pressi della città di Betlemme. Sottomesso alla legge del riscatto, come la sua Genitrice a quella della purificazione.

Benché tutto sembri indicare che nessuno qui, in questo momento, Lo attenda e nessuno Lo scorga, in realtà non è così. Il vecchio Simeone va incontro a Maria e a Giuseppe, prende il Bambino sulle braccia e pronuncia le parole che sono una viva eco della profezia di Isaia :

« Ora lascia, o Signore, che il tuo Servo / vada in pace secondo la tua parola, / perché i miei occhi han visto la tua salvezza, preparata da te davanti a tutti i popoli, / luce per illuminare le genti / e gloria dèi tuo popolo Israele ».[3]

Queste parole sono la sintesi di tutta l'attesa, la sintesi dell'Antica Alleanza. L'uomo, che le enuncia, non parla da se stesso. È profeta : parla dal profondo della Rivelazione e della fede di Israele. Annuncia il compimento dell'Antico e l'inizio del Nuovo.

2. La luce ! Oggi la Chiesa benedice le candele che danno luce. Queste candele sono, nello stesso tempo, simbolo dell'altra luce, della luce che è proprio Cristo. Egli ha incominciato ad esserlo dal momento della sua nascita. Si è rivelato come luce agli occhi di Simeone, il quarantesimo giorno dopo la sua nascita. Poi come luce è rimasto per trent'anni nel nascondimento di Nazareth. In seguito, ha iniziato ad insegnare, e il periodo del suo insegnamento è stato breve. Ha detto : « Io sono la luce del mondo; chi segue me, non camminerà nelle tenebre, ma avrà la luce della vita ».[4] Quando è stato crocifisso « si fece buio su tutta la terra »,[5] ma il terzo giorno queste tenebre hanno ceduto il posto alla luce della risurrezione.

È con noi la luce ! Che cosa illumina?

Illumina il buio delle anime umane, le tenebre dell'esistenza. Perenne e immenso è lo sforzo dell'uomo per aprirsi la strada e arrivare alla luce ; luce della conoscenza e dell'esistenza. Quanti anni, a volte, l'uomo dedica per chiarire a se stesso qualche fatto, per trovare la risposta a una determinata domanda. E quanto lavoro su noi stessi costa ad ognuno di noi affinché possiamo, attraverso tutto ció che in noi è

[2] Cfr. *Is.* 45, 15.

[3] *Lc.* 2, 29-32; cfr. *Is.* 2, 2-5; 25, 7.

[4] *Qv.* 8, 12.

[5] *Mt.* 27, 45 e par.

oscuro, tenebroso, attraverso tutto il nostro ((io peggiore », attraverso l'uomo soggiogato alla concupiscenza della carne, degli occhi, e alla superbia della vita,[6] svelare ciò che è luminoso : l'uomo di semplicità, di umiltà, di amore, di disinteressato sacrificio; i nuovi orizzonti del pensiero, del cuore, della volontà, del carattere, *a* Le tenebre stanno diradandosi e la vera luce già risplende », scrive S. Giovanni.[7]

Se chiediamo che cosa illumini questa luce, riconosciuta da Simeone nel Bambino di quaranta giorni, ecco la risposta. Ë la risposta dell'esperienza interiore di tanti uomini, che hanno deciso di seguire questa luce. È la risposta della vostra vita, miei cari Fratelli e Sorelle, Religiosi e Religiose, che oggi partecipate alla Liturgia di questa festa, tenendo nelle vostre mani le candele accese. È come pregustare la vigilia pasquale quando la Chiesa, cioè ognuno di noi, tenendo alta la candela accesa varcherà la soglia del tempio, cantando « Lumen Christi ». In modo particolare, è in profondità che Cristo illumina il mistero dell'uomo. Particolarmente e profondamente, e con quanta delicatezza, nello stesso tempo, discende nel segreto delle anime e delle coscienze umane. È il Maestro della vita, nel senso più profondo. È il Maestro delle nostre vocazioni. Eppure proprio Lui, Lui, l'unico, ha rivelato ad ognuno di noi e sempre rivela a tanti uomini la verità che ((l'uomo, il quale in terra è la sola creatura che Iddio abbia voluto per se stesso, non possa ritrovarsi pienamente se non attraverso un dono sincero di sé (cfr. *Lc.* 17, 33) ».[8]

Rendiamo grazie oggi per la luce che è in mezzo a noi. Rendiamo grazie per tutto ciò che, mediante il Cristo, è diventato in noi stessi luce ; ha cessato di essere <(il buio e l'incognito ».

3. Alla fine Simeone dice a Maria, prima nei riguardi del suo Figlio : « Egli è qui per la rovina e la risurrezione di molti in Israele, segno di contraddizione ». Poi nei riguardi di Lei stessa : « E anche a te una spada trafiggerà l'anima, perché siano svelati i pensieri di molti cuori ».[9]

Questo giorno è la sua festa: la festa di Gesù Cristo, nel quarantesimo giorno della sua vita, nel tempio di Gerusalemme secondo le prescrizioni della legge di Mose.[10] Ed è pure la festa di Lei : di Maria.

[6] **Of. *1 Gv.* 2, 16.**
[7] ***1 Gv.* 1. 8.**
[8] **Cost. past. *Gaudium et Spes, 24.***
[9] ***Lc 2,* 34-35.**
[10] **Cf. *Lc. 2,* 22-24.**

Lei regge il Bambino nelle sue braccia. Lui, anche nelle sue mani, è la luce delle nostre anime, la luce che illumina le tenebre della conoscenza e dell'esistenza umana, dell'intelletto e del cuore.

I pensieri di tanti cuori vengono svelati quando le sue materne mani portano questa grande Luce Divina, quando la avvicinano all'uomo.

4. Ave, Tu che sei diventata Madre della nostra luce a prezzo del grande sacrificio del Tuo Figlio, a prezzo del materno sacrificio del Tuo cuore ! E, infine, mi sia consentito, oggi, all'indomani del mio ritorno dal Messico, ringraziarti, o Madonna di Guadalupe, per questa Luce, che il Tuo Figlio è per i figli e le figlie di quel Paese e anche di tutta l'America Latina. La terza Conferenza Generale dell'Episcopato di quel Continente, iniziata solennemente ai Tuoi piedi, o Maria, nel Santuario a Guadalupe, dal 28 gennaio sta svolgendo a Puebla i suoi lavori sul tema dell'evangelizzazione nel presente e nel futuro dell'America Latina, e si sforza di mostrare le vie per le quali la luce di Cristo deve raggiungere la generazione contemporanea in quel grande e promettente Continente.

Raccomandiamo nella preghiera tali lavori, guardando oggi al Cristo portato in braccio da Sua Madre, e ascoltando le parole di Simeone : ((Lumen ad revelationem gentium ».

II

Habita in Romano templo Sanctae Sabinae, die Cinerum.*

1. « Ritornate a me con tutto il cuore con digiuni ... Ritornate al Signore vostro Dio ! ».[1]

Ecco, oggi annunciamo la Quaresima con le parole del Profeta Gioele, e la iniziamo con tutta la Chiesa. Annunciamo la Quaresima dell'Anno del Signore 1979 col rito che è ancor più eloquente delle parole del Profeta. La Chiesa benedice oggi le ceneri, ricavate dai rami benedetti nella domenica delle Palme dell'anno scorso, per imporle su ognuno di noi. Chiniamo quindi le nostre teste, e nel segno delle ceneri riconosciamo tutta la verità delle parole rivolte da Dio al primo uomo : « Ricordati ! polvere tu sei e in polvere tornerai ».[2]

Sì ! Ricordiamo questa realtà soprattutto durante il tempo di Quaresima, al quale la liturgia della Chiesa ci introduce quest'oggi. È un « tem-

* Die 28 m. februarii a. 1979.

[1] *Gl 2,* 12. 13.

[2] *Gn* 3, 19.

po forte ». In questo periodo le verità divine debbono parlare ai nostri cuori con un forza del tutto particolare. Debbono incontrarsi con la nostra esperienza umana, con la nostra coscienza. La prima verità, oggi proclamata, ricorda all'uomo la sua caducità, ricorda la morte, che è per ciascuno di noi la fine della vita terrena. La Chiesa insiste oggi grandemente su questa verità, comprovata dalla storia di ogni uomo : Ricordati che in polvere ritornerai ! Ricordati che la tua vita sulla terra ha un limite !

2. Ma il messaggio del Mercoledì delle Ceneri non finisce qui. Tutta la liturgia odierna avverte : ricordati di quel limite ; e in pari tempo : non fermarti su quel limite ! La morte non è soltanto una necessità naturale ; la morte è un mistero. Ecco : entriamo nel tempo particolare, in cui tutta la Chiesa, più che mai vuole meditare sulla morte come mistero dell'uomo in Cristo. Il Cristo-Figlio di Dio ha accettato la morte come necessità di natura, come parte inevitabile della sorte dell'uomo sulla terra. Gesù Cristo ha accettato la morte come conseguenza del peccato. Sin dall'inizio la morte si è congiunta col peccato : la morte del corpo (((in polvere tornerai ») e la morte dello spirito umano a causa della disubbidienza a Dio, allo Spirito Santo. Gesù Cristo ha accettato la morte in segno di ubbidienza a Dio, al fine di restituire allo spirito umano il pieno dono dello Spirito Santo. Gesù Cristo ha accettato la morte per vincere il peccato. Gesù Cristo ha accettato la morte per vincere la morte nella essenza stessa del suo perenne mistero.

3. Perciò il messaggio del Mercoledì delle Ceneri si esprime con le parole di San Paolo : « Noi fungiamo da ambasciatori per Cristo, come se Dio esortasse per mezzo nostro. Vi supplichiamo in nome di Cristo : lasciatevi riconciliare con Dio. Colui che non aveva conosciuto peccato, Dio lo trattò da peccato in nostro favore, perché noi potessimo diventare per mezzo di lui giustizia di Dio Collaborate con Lui !

Profecto Concilium Vaticanum II in memoriam redegit atque luculenter illustravit ministerium hoc, tametsi est officium uniuscuiusque nostrum proprium, apte in totius Collegii seu « Corporis » episcopalis Ecclesiae fraterna communione impleri. Si ergo, idque iure, quemvis hominem atque eo magis omnem Christianum alloquentes, « fratrem » dicimus, hoc tamen verbum singulari prorsus significatione ditatur, cum refertur ad nos Episcopos et ad nostras mutuas necessitudines : nam ab illa fraternitate quodammodo proxime manat, quae Apostolos prope Christum coegit, ab illa amicitiae consuetudine, qua Magister eos honoravit quaque eos coagmentavit, ut verba Evangelii, quae rettulimus, egregie testantur.

Expetamus igitur, Venerabiles ac Dilecti Fratres, oportet hac praesertim die, ut quaecumque Concilium Vaticanum II in nostra conscientia tam mire renovavit, ea maturiorem formam collegialem assequantur — tum qua principium communis operae nostrae (quae collegialitas effectiva dicitur) tum qua signum fraterni vinculi cordium (quod collegialitas affectiva vocatur) — ad Corpus Christi mysticum aedificandum et unitatem universi populi Dei arctiorem reddendam.

Vobis autem in cathedralibus aedibus Sacerdotes vestros dioecesanos ac religiosos, qui presbyterium Ecclesiarum particularium seu dioecesium singularum constituunt, convenientibus, hi — ut statutum est — promissa renovabunt olim ordinationis sacerdotalis suae prolata die inque vestris ut Episcoporum manibus veluti deposita. Huc respicientes, iisdem Epistulam propriam dari curavimus, quae — ut probe confidimus — efficiet, ut et vos et illi etiam altius ex ea unitate vivatis, id est ex vinculo illo arcano, quo in unico Christi sacerdotio inter nos coniungimur; quod per Crucis sacrificium est perfectum, ut Ille <(in Sancta »[5] introire mereretur.

[5] *Hebr* 9, 12.

Spe autem tenemur, Venerabiles Fratres, fore ut haec verba Nostra, quae initio ministerii Nostri in beati Petri Cathedra Sacerdotibus facimus, vos quoque adiuvent ad illam communionem atque totius presbyterii[6] unitatem magis in dies confirmandas, quae in collegiali nostra communione et Ecclesiae unitate tamquam in fundamento innituntur.

Renovetur quidem etiam vestra erga Sacerdotes dilectio, quos Spiritus Sanctus vobis dedit atque credidit veluti muneris vestri pastoralis intimos socios. Curate eos quasi filios maxime dilectos, fratres, amicos. Necessitates eorum omnes animadvertite; de eorum spirituali progressione atque de illorum perseverantia in gratia sacramenti sacerdotii peculiari modo estote solliciti.

Quoniam ipsi in manibus vestris proferunt — ac quotannis renovant — promissa sacerdotalia et praesertim officium pertinens ad caelibatum, id agite, ut illa adimpleant, sicut sanctae Ecclesiae traditio poscit, ab ipso Evangelii spiritu orta.

Eadem, qua Fratres nostros in ministerio sacerdotali, cura prosequamur etiam oportet Seminaria ecclesiastica, totius Ecclesiae eiusque singularum partium vigorem atque fecunditatem spiritualem probantia, quae quidem Deo tantum et animabus alacriter serviendo manifestantur. Omnia, quae fieri possint, hodie iterum experienda sunt, ut vocationes excitentur novaeque classes candidatorum sacerdotii, futurorum Sacerdotum, formentur; quod spiritu evangelico est faciendum, simul recte « signa temporum » legendo, ad quae Concilium Vaticanum II tam acriter attendit. Plena in universa Ecclesia vitae Seminariorum restitutio erit praeclarissimum indicium effectae renovationis, ad quam Concilium Ecclesiam direxit.

Venerabiles ac Dilecti Fratres! Haec omnia, quae vobis scribimus, dum sacrum diem Cenae Domini penitus vivere paramus, « diem festum Sacerdotum », arcte coniungere cupi-

[6] Const. dogm. *Lumen Gentium,* 20.

mus cum fausto omine, quod Apostoli eodem die ex ore amatissimi Magistri audierunt: « ut eatis et fructum afferatis et fructus vester maneat ».[7] Quem fructum nonnisi in Ipso, in vite,[8] manentes afferemus. Hoc videlicet Paschae suae antecedente die in oratione dixit, quam habuit discessurus: « Qui manet in me et ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere ».[9] Quid maius vobis, Dilecti Fratres, exoptemus, quidve maius exoptemus inter nos nisi hoc ipsum: ut in Eo, Iesu Christo, maneamus et fructum, manentem quidem fructum, afferamus?

Haec accipite vota. Nitamur unitatem nostram magis magisque firmare; nitamur ex hoc Sacro Triduo Paschae Domini Nostri Iesu Christi etiam ardentius vivere.

Ex Aedibus Vaticanis, die VIII mensis Aprilis, Dominica in Palmis de Passione Domini, anno MCMLXXIX, Pontificatus Nostri primo.

IOANNES PAULUS PP. II

II

Ad universos Ecclesiae Sacerdotes, adveniente Feria V in Cena Domini.

Dilecti Nobis Fratres Sacerdotes,

1. VOBIS SUM EPISCOPUS, VOBISCUM SACERDOS

Novo incipiente Nostro in Ecclesia ministerio, oportere prorsus existimamus vos ipsos Nos alloquamur, vos — inquimus — omnes, nullo quidem excepto, Sacerdotes tam dioecesanos quam religiosos qui Nostri estis fratres propter Ordinis sacramentum. Iam a principio Nostram testificari volumus fi-

[7] *Io* 15, 16.
[8] Cfr. *Io* 15, 1-8.
[9] *Io* 15, 5.

dem erga illam vocationem quae vos cum Episcopis vestris consociat peculiari in quodam sacramenti ministeriique consortio quo Ecclesia aedificatur, Christi mysticum corpus. Ad vos igitur universos qui ex peculiari gratia singularique Salvatoris nostri dono « pondus diei et aestum » portatis,[1] Nosmet inter multiplices curas sacerdotalis ac pastoralis officii convertimus Nostras cogitationes et mentem inde a primo die quo ad hanc Nos Christus vocavit Sedem, ubi Beatus Petrus quondam debuit per vitam suam et mortem usque ad extremum respondere interroganti : « diligis me plus his ? ... amas me? ».[2]

Vos scilicet sine intermissione cogitamus, pro vobis precamur, vobiscum conquirimus vias spiritalis coniunctionis operaeque adiutricis, quoniam vi Ordinis sacramenti, quod etiam Nos ex manibus recepimus Episcopi Nostri (metropolitae Cracoviensis Adami Stephani Cardinalis Sapieha, periturae numquam memoriae), vos Nostri estis fratres. Accommodatis proin ad rem notis Sancti Augustini verbis, cupimus hodie dicere vobis: «Vobis sum Episcopus, vobiscum sum Sacerdos».[3] Insignis enim hodie offertur occasio quae Nos adducit ut nonnullos animi sensus Nostros per'hanc vobis epistulam commendemus, instante scilicet Feria V in Cena Domini. Haec annua sunt sacerdotii nostri sollemnia quae totum congregant cuiusque dioecesis Presbyterium circa Episcopum proprium communi in Eucharistiae celebratione. Hoc pariter die cuncti rogantur Sacerdotes ut coram et cum Episcopo suo renovent promissa iam Ordinationis sacerdotalis tempore data. Id Nobis vicissim permittit ut una cum singulis Fratribus in Episcopatu Nostris praesentes adsimus inter vos speciali vobiscum constructi vinculo unitatis, ac praesertim ut in medio ipso Iesu Christi intersimus mysterio cuius omnes nos sumus participes.

[1] Cfr. *Mt* 20, 12.

[2] Cfr. *Io* 21, 15 ss.

[3] « Vobis enim sum episcopus, vobiscum sum christianus » : *Serm.* 340, 1 : *PL* 38, 1483.

Concilium Vaticanum II, quod tam perspicuo modo extulit Episcoporum rationem collegialem in Ecclesia, novam quoque formam dedit vitae ipsi communitatum sacerdotalium, peculiari inter se fraternitatis nexu colligatarum et cum propriae localis Ecclesiae Episcopo sociatarum. Vita omnis ministeriumque sacerdotale eo nempe spectant ut idem corroboretur vinculum altioresque agat radices. De variis autem muneribus vitam illam et ministerium amcientibus praecipuum inter alia officium quoddam explent Consilia Presbyteralia quae secundum Concilii mentem ac Litteras ***Ecclesiae Sanctae*** a Paulo VI motu proprio editas debent in quaque dioecesi actuosas partes habere.[4] Quae quidem omnia eo contendunt ut singuli Episcopi, cum suo quisque coniuncti Presbyterio, efficientius valeant magnae evangelizationis causae inservire. Per istud porro ministerium complet Ecclesia munus suum, immo et propriam naturam. Quale propterea momentum hic habeat sacerdotum coniunctio cum Episcopis, confirmatur verbis Sancti Ignatii Antiocheni : « hortor, ut in concordia Dei omnia peragere studeatis, episcopo praesidente loco Dei et presbyteris loco senatus apostolici, et diaconis mihi suavissimis concreditum habentibus ministerium Iesu Christi ».[5]

2. CHRISTI NOS ECCLESIAEQUE AMOR CONIUNGIT

In animo sane non habemus hasce in Litteras omnia conferre quae sacerdotalis vitae ministeriique divitias constituunt. Hac enim in re ad totam Magisterii Ecclesiae traditionem referimur ac praesertim ad Concilii Vaticani II doctrinam quae pluribus continetur in eius documentis, maxime vero in Constitutione ***Lumen Gentium*** et in Decretis ***Presbyterorum Ordinis*** necnon ***Ad Gentes divinitus.*** Item revocamur ad Pauli VI Decessoris Nostri Encyclicas Litteras ***Sacerdotalis Caelibatus.***

[4] **Cfr. I, art. 15.**

[5] *Ep. ad Magnesios,* VI, 1: *Patres Apostolici* I, **ed. Funk, p. 235.**

Denique multum ponderis tribuere volumus documento illi « De Sacerdotio ministeriali » quod idem Paulus VI approbavit velut summam disceptationum Synodi Episcoporum anno MCMLXXI actae; nam, licet illa sessio Synodi, unde prodiit documentum, habuerit munus dandi consilii tantum, reperimus tamen in eo pronuntiationem maximi momenti de illis omnibus quae attinent ad indolem propriam vitae ac ministerii sacerdotalis in mundo huius aetatis.

Cunctis itaque fontibus istis, iam vobis ceterum notis, adhaerentes, cupimus ista in Epistula perstringere quaedam dumtaxat argumenta quae Nobis videntur plurimam prae se ferre gravitatem his in temporibus tum Ecclesiae tum hominum generis. Voces autem hae Nostrae ex amore nascuntur erga Ecclesiam quae officiis suis de mundo satisfacere solum poterit, si, quantumvis universa obstet debilitas humana, suam conservaverit in Christum fidelitatem. Scimus cum iis Nos loqui quibus unus Christi amor concesserit ut secundum definitam vocationem sese devoverent Ecclesiae ministerio et in Ecclesia ministerio hominum ad maiores solvendas quaestiones, potissimum vero eas quae aeternam eorum respiciunt salutem.

Etiamsi in exordio harum considerationum Nostrarum commemoramus plures scriptos fontes ac publica documenta, volumus tamen in primis ad viventem illum redire fontem qui communis noster est amor erga Christum eiusque Ecclesiam, qui porro amor ex sacerdotalis vocationis gratia profluit summumque est donum Spiritus Sancti.[6]

3. « Ex HOMINIBUS ASSUMPTUS, PRO HOMINIBUS CONSTITUITUR »[7]

Plenius explanavit Concilium Vaticanum II ipsam notionem sacerdotii, cum id intra magisterii sui summam praebuit

[6] Cfr. *Rom* 5, 5; *1 Cor* 12, 31; 13.

[7] *Hebr* 5, 1.

veluti exteriorem declarationem virium inferiorum, videlicet illorum « motuum dynamicorum » per quos totius Populi Dei munus in Ecclesia conformata. Hic necesse omnino est ad Constitutionem ***Lumen Gentium*** recurratur eiusque diligenter relegan tur partes ad rem attinentes. Missio Populi Dei impletur per communicationem muneris et officii Iesu Christi ipsius quod — ut constat — triplicem habet proprietatem: est missio et munus Prophetae et Sacerdotis et Regis. Si loci conciliares accurate inspiciantur, patet loquendum potius esse de triplici ratione ministerii ac muneris Christi quam de tribus diversis officiis. Haec enim inter se penitus cohaerent ac mutuo pariter explicant, afficiunt, illustrant. Quocirca ab eadem triplici unitate proficiscitur nostra communicatio missionis munerisque Christi. Nos, ut Christiani et membra Populi Dei et dein ut Sacerdotes hierarchici ordinis participes, exorimur tota ex summa missionis ac muneris Magistri nostri qui Propheta, Sacerdos est et Rex ut peculiare ipsi in Ecclesia testimonium reddamus et coram mundo.

Sacerdotium quod per Ordinis sacramentum participamus quodque in perpetuum est animis in nostris « impressum » per singulare Dei signum, id est characterem, explicato modo cohaeret cum sacerdotio communi fidelium, omnium nempe baptizatorum, a quo tamen simul differt « essentia et non gradu tantum ».[8] Hac quidem ratione vim plenam suam verba accipiunt auctoris Epistulae ad Hebraeos de sacerdote qui « ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur ».[9]

Melius autem hic relegere est Concilii locum praeclarum omnem qui principales illuminat veritates de nostra in Ecclesia vocatione :

> «Christus Dominus, Pontifex ex hominibus assumptus (cfr. *Hebr* 5,1-5) novum populum "fecit ... regnum, et sacerdotes Deo et Patri suo" {*Ap* 1, 6; cfr. 5, 9-10). Baptizati enim, per regenerationem et

[8] **Const. dogm. *Lumen Gentium,* 10.**

[9] ***Hebr* 5, 1.**

Spiritus Sancti unctionem consecrantur in domum spiritualem et sacerdotium sanctum, ut per omnia opera hominis christiani spirituales offerant hostias, et virtutes annuntient Eius qui de tenebris eos vocavit in admirabile lumen suum (cfr. *1 Pt* 2, 4-10). Ideo universi discipuli Christi, in oratione perseverantes et collaudantes Deum (cfr. *Act* 2, 42-47), seipsos hostiam viventem, sanctam, Deo placentem exhibeant (cfr. *Rom* 12, 1), ubique terrarum de Christo testimonium perhibeant, atque poscentibus rationem reddant de ea, quae in eis est, spe vitae aeternae (cfr. *1 Pt* 3, 15).

Sacerdotium autem commune fidelium et sacerdotium ministeriale seu hierarchicum, licet essentia et non gradu tantum differant, ad invicem tamen ordinantur ; unum enim et alterum suo peculiari modo de uno Christi sacerdotio participant. Sacerdos quidem ministerialis, potestate sacra qua gaudet, populum sacerdotalem efformat ac regit, sacrificium eucharisticum in persona Christi conficit illudque nomine totius populi Dei offert ; fideles vero, vi regalis sui sacerdotii, in oblationem Eucharistiae concurrunt, illudque in sacramentis suscipiendis, in oratione et gratiarum actione, testimonio vitae sanctae, abnegatione et actuosa caritate exercent ».[10]

4. SACERDOS CHRISTI DONUM COMMUNITATI DESTINATUM

Funditus etiam atque etiam ponderare nos decet non tantum significationem theoricam, verum usum etiam et effectum illius mutuae « necessitudinis » quae inter sacerdotium hierarchicum exsistit ac sacerdotium commune fidelium. Si ea inter se non gradu solo sed essentia differunt, hoc contingit profecto ob eximiam ubertatem ipsius sacerdotii Christi qui unicus fons est et quasi centrum tum participationis cunctorum baptizatorum propriae tum alterius participationis quae nobis per sacramentum peculiare tribuitur: videlicet per Ordinis sacramentum. Istud porro sacramentum, dilecti Fratres, quod nobis peculiare est necnon fructus singularis gratiae vocationis et fundamentum identitatis nostrae, efficit — suapte ex natura et ex iis omnibus quae in vita nostra operaque id agit — ut fideles sibi

[10] Const. dogm. *Lumen Gentium,* 10.

conscii fiant communis sacerdotii sui illudque compleant;[11] nam commonet eos esse Populum Dei et aptos reddit ad offerendas « spiritales hostias » illas[12] per quas Christus ipse nos Patri offert tamquam donum aeternum.[13] Quod tum maxime evenit cum sacerdos « potestate sacra qua gaudet... sacrificium eucharisticum in persona Christi conficit illudque nomine totius populi Deo offert »,[14] sicut in memorato conciliari loco legitur.

Nostrum propterea sacerdotium sacramentale est sacerdotium « hierarchicum » simulque « ministeriale ». Peculiare quidem ministerium constituit, nempe « servitium » credentium communitati exhibendum. Attamen originem suam non ducit ex illa communitate, quasi huius sit « vocare » vel « delegare ». Ipsum vero donum est ad eiusdem communitatis utilitatem, quod ex Christo ipso exoritur, nempe ex sacerdotii eius plenitudine. Quae quidem plenitudo in eo declaratur quod Christus, dum universos idoneos perficit ad sacrificium spirituale offerendum, quosdam vocat et praeparat ut ministri sint eiusdem Domini sacrificii sacramentalis, Eucharistiae videlicet, ad quam offerendam cuncti fideles concurrunt et in quam spiritalia Populi Dei sacrificia inseruntur.

Haec omnia explorata habentes, intellegimus quo pacto sacerdotium nostrum sit « hierarchicum » — scilicet colligatum cum ipsa potestate efformandi ac regendi sacerdotalis populi[15] — et hanc prorsus ob causam « ministeriale ». Officium istud implemus nos quo ipse Christus perpetuo servit Patri in opere nostrae salutis. Cuncta sacerdotalis vita nostra penetratur ac debet quidem pervadi servitio illo, si convenienter volumus sacrificium eucharisticum in persona Christi conficere.

Postulat sacerdotium peculiarem vitae ac ministerii integri-

[11] Cfr. *Eph* 4, lis.
[12] Cfr. *1 Petr 2,* 5.
[13] Cfr. *Ibid.* 3, 18.
[14] Cfr. Const. dogm. *Lumen Gentium,* 10.
[15] Cfr. *ibid.*

tatem; immo talis integritas summe congruit cum sacerdotali nostra identitate. In ea simul patefit magnitudo nostrae dignitatis ac « promptitudo » ei consentanea: agitur enim de animo demisso alacriterque parato ad Spiritus Sancti dona suscipienda aliisque largiendos fructus amoris ac pacis, ad communicandam cum eis certitudinem illam fidei ex qua penitus comprehendere possint vitae humanae sensum valeantque moralem rerum ordinem inducere in vitam singulorum et in hominum convictum.

Quandoquidem nobis sacerdotium conceditur ut sine intermissione ceteris inserviamus, quemadmodum Christus Dominus fecit, idcirco non licet illud subterfugi propter difficultates quas offendimus aut sacrificia quae a nobis poscuntur. Haud secus atque ipsi Apostoli, nos reliquimus omnia et secuti sumus Christum;[16] quocirca perstare iuxta eum debemus etiam per ipsam crucem.

5. In Boni Pastoris Ministerio

Scribentibus haec Nobis occurrunt animo vastissimae maximeque variae regiones hominum vitae, ad quas, dilecti Fratres, tamquam operarii in vinea Domini mittimini.[17] Verum ad vos pariter pertinet gregis similitudo,[18] quoniam ob sacerdotalem characterem participes estis charismatis pastoralis quod ex singulari quadam coniunctione signum est similitudinis Christi, Boni Pastoris. Proprietate hac vos ipsi modo prorsus peculiari signamini. Quamvis cura aliorum salutis sit iam esseque debeat officium cuiusque membri in magna Populi Dei communitate — proinde omnium etiam fratrum nostrorum ac sororum ex ordine laicorum, sicut Concilium Vaticanum II abunde explicavit[19] — nihilo minus a vobis sacerdotibus postulatur cura

[16] Cfr. *Mt* 19, 27.
[17] Cfr. *Ibid.* 20, 1-16.
[18] Cfr. *Io* 10, 1-16.
[19] Cfr. Const. dogm. *Lumen Gentium,* oap. II.

maior maiorque industria et diversa ab opere cuiusvis laici hominis ; quod ideo accidit, quia vestra participatio sacerdotii Iesu Christi discrepat ab illorum participatione « essentia et non gradu tantum ».[20]

Revera Iesu Christi sacerdotium prima origo est ac significatio perseverantis semperque efficacis curae de nostra salute quae nos sinit ipsum contemplari ut Bonum Pastorem. Nonne voces illae: « bonus pastor animam suam ponit pro ovibus »,[21] referuntur ad Crucis Sacrificium, id est ad postremum actum sacerdotii Christi? Nonne demonstrant omnibus nobis, quos per Ordinis sacramentum Christus Dominus sui participes effecit Sacerdotii, viam etiam nobis percurrendam? Nonne etiam nos docent vocationem nostram esse peculiarem curam de proximi nostri salute? eam vero curam esse profecto singularem rationem cur vitam nostram sacerdotalem agamus? eam denique curam tribuere sensum vitae nostrae ac per eam solam nos reperire posse plenam significationem vitae nostrae, perfectionem nostram et sanctitatem? Argumentum illud pluribus locis tractatur in Decreto Concilii ***Optatam Totius.***[22]

Haec autem quaestio melius intellegi potest, luce affulgente eiusdem Magistri verborum, cum dicit : « Qui enim voluerit animam suam salvam facere perdet eam; qui autem perdiderit animam suam propter me et evangelium, salvam eam faciet M.[23] Arcana profecto sunt haec dicta, quin immo videntur communi opinioni repugnare. Atqui arcana esse desinunt, si ea ad effectum deducere conamur. Tum enim omne evanescit mirum illud planeque maxima patescit simplicitas eorum significationis. Concedatur nobis cunctis gratia haec in sacerdotali nostra vita ministerioque fervoris pleno.

[20] **Const. dogm. *Lumen Gentium,* 10.**

[21] ***Io* 10, 11.**

[22] **Cfr. 8-11; 19 s.**

[23] ***Me* 8, 35.**

6. «ARS EST ARTIUM REGIMEN ANIMARUM »[24]

Sollicita haec particularis curatio aliorum salutis et veritatis et amoris et sanctitatis totius Populi Dei necnon unitatis spiritalis Ecclesiae — quae nempe cura nobis a Christo cum potestate ipsa sacerdotali est concredita — variis sane modis expletur. Diversae sine dubio viae sunt quibus vos, dilecti Fratres, sacerdotalem vestram exsequimini vocationem. Alii namque versamini cotidiana in pastorali opera paroeciae; alii in missionum sacrarum regionibus; alii institutionis in provincia, docentes et educantes iuventutem, ponendo industriam in variis curae vestrae commissorum ordinibus et consociationibus et adiuvando progressionem vitae socialis et culturalis ; alii demum operamini apud aegros, dolentes, derelictos; interdum vos ipsi morbis gravati lecto tenemini. Diversae igitur sunt istae viae, nec singillatim hic iam recenseri possunt. Complures necessario quidem sunt inter seque distinctae, quoniam multiplex condicio ipsius hominum vitae est ac reperitur varietas cursus rerum socialium et traditionum historicarum necnon patrimonii cultus humani civilisque formarum. Nihilo setius inter cunctas differentias illas vos semper estis et ante omnia gestatores peculiaris vestrae vocationis : Christi enim, aeterni Sacerdotis, gratiam portatis et charisma Boni Pastoris. Id quod numquam vobis oblivisci licet, numquam negare, sed quod omni tempore, loco, modo perficere debetis. Nam in eo opere consistit « ars artium » illa ad quam Christus vos vocavit. « Ars est artium regimen animarum», scripsit Sanctus Gregorius Magnus.

Secundum haec igitur verba eius dicimus Nosmet vobis : nitimini pastoralis operae esse « artifices », quales in Ecclesiae historia multi fuerunt. Num necesse est illos memorare? Ad unumquemque nostrum loquuntur, verbi gratia, Sanctus Vincentius a Paulo, Sanctus Ioannes de Abula, Sanctus Ioan-

[24] S. **Gregorius Magnus,** *Regula pastoralis,* I, 1: ***PL*** 77, 14.

nes Maria Vianney, Sanctus Ioannes Bosco, Beatus Maximilianus Kolbe et tot reapse alii. Eorum quisque a reliquis distinguebatur, erat is ipse suaeque aetatis filius et « accommodatus » ad propria tempora. Verum « accommodatio » illa erat responsio peculiaris Evangelio reddita, responsio necessaria illis ipsis diebus, responsio videlicet sanctitatis et ardoris apostolici. Nulla autem alia extra hanc invenitur regula qua quis « accommodetur », in vita nostra et actione sacerdotali, ad haec tempora et ad res istius mundi. Sine dubio iudicari ut consentanea « accommodatio » non possunt varia consilia et conamina vitam sacerdotalem reddendi « laicalem ».

7. DISPENSATOR AC TESTIS

Sacerdotalis vita superstruitur fundamento ipsius sacramenti Ordinis quod in anima nostra signum insculpit indelebilis characteris. Quod quidem signum, in naturae nostrae humanae penetralibus impressum, habet vim dynamicam suam ipsius « personalitatis » propriam. Etenim « personalitas » sacerdotalis signum aliis atque indicium esse debet clarum et liquidum. Haec prima nimirum condicio ministerii pastoralis est nostri. Homines ex quibus assumimur et pro quibus constituimur,[25] cupiunt in nobis potissimum conspicari tale signum ac tale indicium: ad quod praeterea ius habent. Interdum videri nobis possunt id nolle vel etiam malle ut omnibus rationibus ((similes sibi » simus; immo nonnumquam videntur istud a nobis postulare. Sed opus hic est omnino peracri « sensu fidei » ac « dono discretionis ». Perfacile enim evenit ut quis duci se patiatur specie rerum et in deceptionem quandam fundamentalem incidat. Illi qui flagitant ut vita sacerdotis reddatur laicalis quique plausum tribuunt diversis significationibus talis mutationis, nos certe destituent, cum invitamento isti cesserimus; ac tunc necessarii et populares esse desinemus. Aetas

[25] Cfr. *Hebr* 5, 1.

nostra variis signatur formis « machinationis » et « usurpationis » quae homini ipsi parantur; sed nulli eiusmodi abusui nobis concedere licet.[26] Denique necessarius hominibus ille semper comprobabitur sacerdos solus qui conscius sibi est plenae significationis proprii sacerdotii : sacerdos qui radicitus credit, qui fidem fortiter profitetur, qui vehementer precatur, qui persuasa omnino sibi docet, qui famulatur, qui Beatitudinum principia in vita propria implet, qui cum suae utilitatis contemptione diligere scit, qui omnibus proximus adest, praesertim vero egenis.

Pastorale opus nostrum poscit ut hominibus ipsis omnibusque eorum difficultatibus adsistamus tum singularibus et familiaribus tum etiam socialibus; atqui iubet pariter nos interesse quaestionibus illis et casibus « ut sacerdotes ». Tum tantum inter cuncta negotia illa manemus nos ipsi. Si ergo revera prodesse aliquid velimus causis illis humanis, subinde admodum implicatis, conservemus proprietatem nostram vereque fideles perstemus nostrae vocationi. Magno cum ingeniorum acumine oportet nos una cum omnibus hominibus quaeranlus veritatem et iustitiam, quarum tamen verum et immutabilem modum solo in Evangelio deprehendere valemus, immo in Christo ipso. Nostrum scilicet est deservire veritati et iustitiae secundum condiciones « temporalis » hominum vitae, at semper in salutis aeternae prospectu. Haec porro agendi ratio reveretur temporales victorias mentis humanae intra provinciam ipsius conscientiae ac moralis doctrinae, sicut admirabi-

[26] «Ne nos decipiamus arbitrantes nos Evangelio servire, si charisma nostrum sacerdotale "dissipare" conemur eo quod nimio studio in late patentem regionem quaestionum temporalium incumbimus, si ad "laicalem formam" modum vivendi nosque gerendi redigere cupimus, si etiam signa externa vocationis nostrae sacerdotalis abolemus. Servare enim •debemus sensum singularis nostrae vocationis; quae "singularis ratio" etiam veste exteriore debet manifestari. Ne nos huius pudeat! Sane quidem, sumus in mundo, sed non sumus de mundo! » : cfr. Ioannes Paulus PP. II, *Allocutio ad Clerum Romanum habita* (9 Nov. 1978), n. 3: diarium «L'Osservatore Romano» (10 Nov. 1978), p. 2.

Ii ter docuit Concilium Vaticanum II,[27] sed alia demum est atque illa eamque vere superat: « Quod oculus non vidit nec auris audivit ... praeparavit Deus his qui diligunt illum».[28] Homines nostri in fide fratres atque etiam non credentes petunt a nobis ut semper commonstrare sibi possimus hunc ipsum rerum prospectum, ut eius simus germani testes, ut gratiae simus dispensatores ac ministri Verbi Dei. Volunt simus homines precationi dediti.

Inter nos praeterea inveniuntur etiam illi qui vocationem suam sacerdotalem peculiari vinculo coniunxerunt cum vita adsiduae precis ac paenitentiae secundum formam stricte contemplativam quorundam ordinum religiosorum. Meminerint ii ministerium sacerdotale suum etiam sub hac forma insigniter ordinari ad maximam curam Boni Pastoris, sollicitam videlicet curam salutis cuiusque hominis.

Omnes nos istud memoria oportet tenere: minime licere cuiquam nostrum nomen sibi mereri « mercennarii », illius nempe « cuius non sunt oves propriae », illius qui « videt lupum venientem et dimittit oves et fugit — et lupus rapit eas et dispergit — quia mercennarius est, et non pertinet ad eum de ovibus ».[29] Interest enim omnis boni Pastoris ut homines « vitam habeant et abundantius habeant »,[30] ne quisquam eorum pereat,[31] sed vitam consequatur aeternam. Efficiamus itaque ut cura eadem haec per animas nostras penitus permeet: studeamus ipsam vivendo complere. Personam nostram ipsa conformet sitque fundamentum identitatis nostrae sacerdotalis.

8. DE CAELIBATUS SIGNIFICATIONE

Sinite Nos hoc loco sacerdotalis caelibatus quaestionem attingere. Quam summatim tantum perstringemus, quippe quae

[27] Cfr. Const. past. *Gaudium et Spes,* 38, s.; 42.
[28] *1 Cor* 2. 9.
[29] *Io* 10, 12 s.
[30] *Ibid.* 10, 10.
[31] Cfr. *Io* 17, 12.

iam alte absoluteque pertractata sit in Concilio ac deinde in Litteris Encyclicis ***Sacerdotalis Caelibatus*** et postremo in ordinaria sessione Synodi Episcoporum anno MCMLXXI celebratae. Deliberatio talis plane necessaria habita est tum ut quaestio tota etiam maturius exponeretur, tum ut certioribus etiam rationibus confirmaretur ipse sensus illius voluntatis quam Ecclesia Latina tot ante saeculis susceperat cuique fidelis esse contendit et cui posthac pariter vult fidelitatem praestare. Momentum quidem et pondus huius quaestionis tantum reapse est tamque arcte coniunctum cum sermone ipsius Evangelii ut de eadem re cogitare nequeamus nisi modis ac formulis illis quibus utuntur Concilium et Episcoporum Synodus et magni nominis Pontifex Paulus VI. Conari solum possumus hanc quaestionem altius perspicere ac deliberatius ad eam respondere, liberati scilicet a variis obiectationibus, quae semper — haud secus atque hodie accidit — motae sunt contra sacerdotalem caelibatum, et a diversis interpretationibus quae iudicandi normas sequuntur alienas ab Evangelio et a Traditione et a Magisterio Ecclesiae : normas, addimus, quarum veritas soliditasque « anthropologica » valde dubia videtur et incerti omnino ponderis.

Ceterum mirari non nimium debemus his de obiectationibus et reprehensionibus universis quae post Concilium acriores invaluerunt sed quae hodie passim mitescere iam videntur. Iesus Christus ipse, discipulis proposita matrimonii renuntiatione « propter Regnum caelorum », nonne significantia illa verba subiunxit: «Qui potest capere capiat?».[32] Voluit Ecclesia Latina etiamque nunc vult ut, secundum eiusdem Christi Domini exemplum et apostolicam doctrinam cunctamque traditionem sibi propriam, omnes illi qui Ordinis recipiunt sacramentum amplectantur renuntiationem hanc propter Regnum caelorum. Traditio autem ea sociatur cum observantia erga diversas ceterarum Ecclesiarum traditiones. Ipsa enim efficit

[32] *Mt* 19, 12.

notam quandam ac proprietatem et hereditatem Ecclesiae catholicae Latinae cui plurimum haec refert acceptum et in qua perseverare ei est propositum, quantumvis omnes obsistant difficultates quibus exponi talis fidelitas potest, et quamvis etiam in singulis sacerdotibus plura emergant debilitatis ac discriminis indicia. Illud enim nobis omnibus persuasum sane est: « Habemus ... thesaurum istum in vasis fictilibus »;[33] quidquid autem id est, probe scimus ipsum quidem esse thesaurum.

Quare thesaurus est? Num ita loquentes deminuere cupimus matrimonii pretium aut vocationem ad vitam familiarem? Num Manichaeorum despicientia capimur ipsius humani corporis eiusque officiorum? Num aliquo pacto amorem contemnere volumus qui virum ac mulierem ad matrimonium adducit corporumque iunctionem conubialem ut ita fiant « duo in carne una? ».[34] At quomodo ita cogitare et ratiocinari possemus qui Sanctum Paulum sequentes novimus et credimus et edicimus matrimonium esse « sacramentum magnum », praedicatum nempe de Christo et Ecclesia.[35] Causarum vero nulla veritati respondet istarum quibus interdum nobis conantur « persuadere » inopportunum esse caelibatum quem Ecclesia extollat contendatque in vita ipsa efficere per vinculum et onus quod ante ordinationem sacram in se recipiunt Sacerdotes. Ratio, contra, essentialis, propria, congruens continetur in veritate illa quam Christus aperuit, cum de matrimonii renuntiatione propter Regnum caelorum est locutus quamque Sanctus Paulus protulit, cum scripsit unumquemque proprium habere donum ex Deo.[36] Caelibatus autem ipsum nominatim est « donum Spiritus ». Simile quidem, etsi diversum, continetur donum in vocatione ad verum fidelemque amorem conubialem qui intra permagnum Matrimonii sacramenti ambitum dirigitur ad pro-

[33] Cfr. *2 Cor* 4, 7.
[34] *Gen* 2, 24; *Mt* 19, 6.
[35] Cfr. *Eph* 5, 32.
[36] Cfr. *1 Cor* 7, 7.

creationem secundum carnem. Patet nimirum quanti momenti hoc donum sit ad amplam aedificandam Ecclesiae communitatem, scilicet Populi Dei. Si vero eadem illa communitas plene satisfacere voluerit suae in Iesu Christo vocationi, necesse pariter erit simul in ea compleatur — congruenti servata proportione — alterum etiam « donum » : caelibatus donum « propter Regnum caelorum »,[37]

Sed quam ob rem Ecclesia catholica Latina devincit hoc donum non tantum cum eorum hominum vita qui severum vivendi genus consiliorum evangelicorum persequuntur in Religiosis Institutis, sed etiam cum ipsa vocatione ad sacerdotium simul hierarchicum ac ministeriale? Idcirco nimirum hoc facit, quia caelibatus « propter Regnum caelorum » non signum dumtaxat eschatologicum est, verum prae se quoque fert non leve momentum sociale hac in vita praesenti ad Populo Dei exhibendum ministerium. Sacerdos enim ipse per suum caelibatum « homo pro aliis » redditur, non eodem tamen modo atque ille qui per iunctionem conubialem cum muliere item efficitur, tamquam maritus ac pater, « homo pro aliis », praesertim intra propriae domus ac familiae fines : nempe pro sua uxore ac, simul cum ea, pro liberis quibus dat vitam.

Sacerdos autem, huic renuntians paternitati ipsorum coniugum propriae, profecto aliam quandam quaerit paternitatem, immo quasi aliam maternitatem, memor scilicet Apostoli dictorum de filiis quos parturiens genuit.[38] Hi sunt spiritus eius filii, homines nempe quos Pastor Bonus illius curis commisit; et multi sunt, quin etiam plures quam familia una simplex humana valet complecti. Pastoralis Sacerdotum vocatio permagna est, quam Concilium docet immo esse universalem, nam ad cunctam spectare Ecclesiam,[39] ac propterea esse etiam missionalem. Plerumque vocatio illa cum certae cuiusdam com-

[37] *Mt* 19, 12.

[38] Cfr. *1 Cor* 4, 15; *Gal* 4, 19.

[39] Cfr. Decr. *Presbyterorum Ordinis,* 3. 6. 10. 12.

munitatis ministerio Populi Dei sociatur in qua unusquisque curam sacerdotis sibi exoptat et diligentiam et amorem. Ut autem sacerdotis cor ad tale officium valeat promptum patere et ad eiusmodi curam atque amorem, liberum sit oportet. Caelibatus vero ipse est signum alicuius libertatis quae vicissim ad ministerium destinatur. Propter istud signum sacerdotium hierarchicum, id est ministeriale, secundum Ecclesiae nostrae traditionem, propius ordinatur ad commune fidelium sacerdotium.

9. PROBATIO ET OFFICIUM

Ambiguitatis error est — si minus iam malae fidei — opinio ista latius saepe diffusa quae nihil aliud in Ecclesia catholica sacerdotalem caelibatum esse affirmat nisi quoddam simplex institutum lege illis iniunctum qui Ordinis sacramentum suscipiant. Atqui novimus sane omnes non ita se rem habere. Quilibet Christianus, Ordinis recepturus sacramentum, officio sese caelibatus obstringit plena quidem cum conscientia ac libertate, postquam plurium annorum praeparationem absolvit in eamque rem deliberationem accuratam et precem plurimam contulit. Tunc solum init consilium vitae in caelibatu ducendae, cum firmiter sibi persuasit Christum sibi « donum » illud concedere ad totius Ecclesiae emolumentum aliorumque famulatum. Illo dumtaxat tempore in se recipit per omnem reliquam vitam caelibatum se esse servaturum. Perspicuum hinc est consilium sic captum iam obligare non tantum ob aliquam legem ab Ecclesia latam, sed etiam ex ipsa conscientia officiorum nominatim ab homine susceptorum. Interest propterea ut stetur datis Christo atque Ecclesiae promissis, Fidelitas erga illam propriam promissionem simul officium est, simul probatio interioris maturitatis ipsius sacerdotis, simul etiam huius dignitatis indicium. Id quod clarissime quidem demonstratur, quotiens fides illa Christo praestita per conscium liberumque consilium observandi

caelibatus in vitae perpetuitatem occurrit difficultatibus vel probatur vel aliunde etiam temptatur; quae omnia Sacerdoti minime par eunt, sicut non alii cuivis homini et Christiano. Illis discriminis temporibus adiumentum conquirere sibi quisque debet in fervidissima prece. Per precationem videlicet reperire eum oportet in se habitum illum et affectum humilitatis ac sinceritatis erga Deum propriamque conscientiam, qui fons ipse sit virium ad vacillantia sustentanda. Tum omnino fiducia nascitur similis illi quam Sanctus Paulus patefecit dicens : « Omnia possum in eo qui me confortât » Haec insuper vera confirmata sunt plurimorum Sacerdotum experientia rebusque vitae ipsius comprobata. Consensio autem de iis fundamentum est fidelitatis erga promissa Christo et Ecclesiae data, quae vicissim comprobat germanam fidelitatem erga se ipsum et suam conscientiam, erga propriam humanitatem ac dignitatem. Cogitanda ergo haec singula sunt potissimum instantibus discriminibus ; nec protinus ad dispensationem conf ugiendum tamquam ad <(interventum administrativum », quasi reapse, ex contrario, non agatur de maxima quaestione conscientiae ac de humanitatis probatione. Deus ipse ius habet talis probationis in unoquoque nostrum, si quidem verum constat terrenam vitam omni esse homini tempus certaminis. Deus tamen cupit simul ut talibus ex certaminibus victores nos discedamus, cuius rei causa consentaneum auxilium tribuit.

Fortasse hic non sine iusta ratione addi decet officium ipsum conubialis fidelitatis, a Matrimonii sacramento profectum, inferre secum consimiles obligationes atque interdum fieri etiam campum parium probationum et experientiarum pro coniugibus ipsis — viris ac mulieribus — qui ita etiam « igne examinati » opportunitatem accipiunt firmitudinis experiendae sui amoris. Singulis enim in partibus suis amor non sola vocatio est, verum etiam obligatio. Confitemur postremo fratres nostros

[40] *PMl* **4, 13.**

et sorores matrimonio vinctos posse iusto iure exspectare a nobis, Sacerdotibus et Pastoribus, exemplum bonum ac testimonium fidelitatis erga vocationem usque ad mortem; fidelitatis, inquimus, in vocationem quam per sacramentum Ordinis degimus nos, sicut illi eam deligunt per Matrimonii sacramentum. Hoc etiam loco modoque debemus percipere sacerdotium ministeriale nostrum velut « subordinationem » communi sacerdotio omnium fidelium, laicorum, maxime autem eorum qui in conubio vivunt familiamque efficiunt. Hoc denique pacto servimus nos « in aedificationem corporis Christi »;[41] alioqui non solum nihil conducimus ad corpus illud aedificandum sed etiam spiritalem ipsius compagem debilitamus.

Qua cum corporis Christi aedificatione proxime cohaeret vera progressio et explicatio « personalitatis » humanae singulorum Christianorum — haud secus ac singulorum Sacerdotum — quae secundum mensuram donationis Christi perficitur. Dissolutio spiritalis compagis Ecclesiae certissime non prodest humanae personae progressibus nec eam recte confirmat.

10. CONVERSIO EST COTIDIE NECESSARIA

<(Quid ergo faciemus? »:[42] hoc, dilecti Fratres, quod toties quaerebant ab ipso Christo Domino discipuli eumque audientes, quaerere videmini. Cum sacerdotes deesse videntur, cum eorum penuria praesertim nonnullae regiones et plagae orbis terrarum afficiuntur, quid faciet Ecclesia? Quomodo immensis evangelizationis necessitatibus occurremus et famem Verbi ac Corporis Domini explebimus ? Ecclesia, quae sacerdotum caelibatum veluti donum propter Regnum Dei curat servandum, in suo Magistro, Redemptore et Sponso et simul in Eo qui est « Dominus messis » et « dator doni »[43] fidem profitetur et spem decla-

[41] ***Eph* 4, 12.**
[42] ***Lc* 3, 10.**
[43] ***Mt* 9, 38; *1 Cor* 7, 7.**

rat. Nam « omne datum optimum de sursum est, descendens a Patre luminum o.[44] Quam fidem, quam spem non licet nobis humana dubitatione nostra vel pusillanimitate nostra infirmare.

Oportet igitur quotidie nos ipsos convertamus, scientes hanc esse Evangelii fundamentalem postulationem, ad omnes quidem homines pertinentem,[45] sed multo magis eam ad nos pertinere cogitantes. Si nostrum est ceteros ut se convertant adiuvare, idem nobis ipsis continenter per totam vitam est faciendum. Nos con vertere non aliud valet quam ad ipsam vocationis nostrae gratiam redire, de Christi infinita bonitate et infinito amore meditari; qui ad unumquemque nostrum se conferens et unumquemque nomine appellans, dixit: « Sequere me ». Nos ipsos convertere idem est ac ministerii nostri, nostrae diligentiae, nostrae fidelitatis coram cordium nostrorum Domino « rationem reddere », cum simus « ministri Christi et dispensatores mysteriorum Dei »;[46] at etiam « rationem reddere » neglegentiarum nostrarum et peccatorum nostrorum, pusillanimitatis, defectus fidei et spei, nostri tantum « simpliciter humane » nec « divine » cogitandi modi. Meminerimus hac in re quid Christus ipsum Petrum monuerit.[47] Eiusmodi conversio postulat ut sacramento Reconciliationis iterum atque iterum veniam et virtutem Dei quaeramus, et sic semper denuo incipiamus, cotidie progrediamur, nos contineamus, spiritales victorias reportemus, hilare donemus, « hilarem enim datorem diligit Deus ».[48]

Se ipsos convertere idem est ac « semper orare et non deficere ».[49] Oratio est quodammodo conversionis, spiritalis profectus, sanctitatis prima et ultima condicio. Novissimis his annis — saltem in nonnullis hominum ordinibus et circulis — nimis

[44] *Iac* 1, 17.
[45] Cfr. *Mt* 4, 17; *Mc* 1, 15.
[46] *1 Cor* 4, 1.
[47] Cfr. *Mt* 16, 23.
[48] *2 Cor* 9, 7.
[49] *Lc* 18, 1.

fortasse de sacerdotio est disputatum, de sacerdotis « identitate », de momento eius praesentiae in mundo huius temporis hisque similibus, cum, contra, parum sit oratum. Impar fuit studium ipsum sacerdotium orando perficiendi eiusque veram evangelicam virtutem dynamicam reddendi efficacem, sacerdotalem « identitatem » confirmandi. Oratione significatur sacerdotii habitus essentialis, qui sine illa deformatur. Oratione adiuvamur ut illam semper reperiamus lucem quae nos ab initio sacerdotalis nostrae vocationis duxit quaeque continenter nos ducit, etsi interdum tenebris obscurari videtur. Oratione datur ut continuo nos ad Deum convertamus, in adsidua animi intentione ad Deum perseveremus quae nobis omnino opus est, si alios ad eum adducere volumus. Oratione iuvamur ad credendum, ad sperandum, ad amandum, tum etiam cum humana nostra fragilitate impedimur.

Oratione praeterea sine intermissione perspicimus rationes illius Regni pro quo, ut veniat, cotidie ipsis quae Christus nos docuit verbis precamur. Tunc intellegimus quod nostrum sit munus in hac petitione « Adveniat Regnum tuum » implenda quamque necessarii simus ut ea ad effectum adducatur. Et orantes facilius fortasse videbimus eas « regiones quia albae sunt ad messem »,[50] et percipiemus quid verba sonent quae, ipsas aspiciens, Christus dixit : « Rogate ergo Dominum messis ut mittat operarios in messem suam ».[51]

Oratio autem continenter iungenda est operae qua nos ipsos exerceamus quaeque est formatio permanens. Ut iure monet Documentum, hac de re a Sacra Congregatione pro Clericis editum,[52] oportet eiusmodi formatio interior sit seu ad altius excolendam sacerdotis vitam spiritalem et etiam pastoralem et intellectualem (philosophiam et theologiam) pertinens. Si ergo pastoralis actio nostra, si Verbi annuntiatio totumque sacer-

[50] *Io* 4, 35.
[51] *Mt* 9, 38.
[52] Cfr. Litterae Circulares 4 Nov. 1969 datae: *AAS* 62 (1970), pp. 123ss.

dotale ministerium in ardore interioris vitae nostrae sunt posita, haec vita pariter sedulo studio est fulcienda. In iis quae olim in Seminario didicimus acquiescere non sufficit, etsi ad studia in Athenaeis incubuimus, ad quae exercenda Sacra Congregatio pro Institutione Catholica firmiter hortatur. Haec ratio excolendi ingenium totius vitae cursum debet complecti, maxime his temporibus nostris quorum — saltem in multis orbis terrarum regionibus — proprium est publicae institutionis et humani cultus universale incrementum. Coram hominibus, qui huius progressus commodis fruuntur, oportet testes nos simus Iesu Christi, congruentibus doctrinarum studiis conspicui, et, veluti veritatis et disciplinae moralis magistri, persuasibiliter et efficaciter spei quae nos vivificat[53] iis rationem reddamus. Id ipsum quidem spectat etiam ad illam cotidianam conversionem ad amorem quae per veritatem efficitur.

Dilecti Fratres ! Vos qui « portatis pondus diei et aestum »j[54] qui manum misistis ad aratrum et non aspicitis retro,[55] et fortasse vos potius qui in dubitatione versamini qui sensus sit vocationis vestrae vel quid vestrum valeat ministerium, loca illa cogitate ubi homines sacerdotem vehementer exspectant et ubi multos iam annos, cum eius afficiantur desiderio, eum sibi adesse non desinunt optare! Accidit enim interdum ut in sacrarium aliquod derelictum conveniant et in altari stolam adhuc servatam ponant et liturgiae eucharisticae omnes preces pronuntient; et ecce, eo momento quod transubstantiationis puncto respondet, altum fit silentium, aliquando fletu raptum tam ardenter cupiunt ea verba audire quae unum sacerdotis os potest efficaciter effari ! Tam vehementer exoptant Cenam Dominicam cuius solo sacerdotali ministerio possunt participes reddi; ac pari fervore expetunt audire veniae verba divina: « Ego te absolvo a

[53] **Cfr. *1 Petr* 3, 15.**
[54] **Cfr. *Mt* 20, 12.**
[55] **Cfr. *Lc* 9, 62.**

peccatis tuis ». Tam graviter ex desiderio sacerdotis a se absentis laborant... Profecto non desunt eiusmodi loca in orbe terrarum. Si quis vestrum igitur de sensu sacerdotii sui dubitat, si aestimat illud ((sociali ratione » infructuosum esse atque inutile, haec prorsus consideret!

Opus est cotidie nos convertamus, cotidie donum recuperemus quod ab ipso Christo in Ordinis sacramento accepimus, sive vim muneris salutiferi Ecclesiae perspicientes sive, huius muneris luce affulgente, altam significationem vocationis nostrae animo volutantes.

11. De Sacerdotum Matre

Dilecti Nobis Fratres ! Ministerium Nostrum ineuntes Christi Matri vos commendamus quae peculiari ratione est Mater nostra : Mater Sacerdotum. Re enim vera discipulus, quem Dominus potissimum diligebat quique, cum esset unus e Duodecim, in Cenáculo haec dicta audierat : « hoc f acite in meam commemorationem »,[56] a Christo, e cruce pendente, Matri ipsius est commonstratus hisce verbis: « ecce filius tuus ».[57] Vir ille qui die, qua Cena est facta, potestatem Eucharistiae celebrandae accepit, his ipsis verbis Redemptoris morientis traditus est Matri eius ut ((filius ». Nos ergo omnes qui vi sacramentalis ordinationis eandem facultatem sumus adepti quodammodo prae ceteris iure fruimur illam Matrem nostram habendi. Quapropter cupimus ut vos universi, una Nobiscum, Mariam agnoscatis matrem sacerdotii quo a Christo sumus donati. Cupimus praeterea ut sacerdotium vestrum singulari modo eidem Deiparae committatis. Sinite Nos ipsos hoc facere, unumquemque vestrum — nullo excepto — ratione sollemni et simul simplici atque demissa Matri Christi concredendo. Rogamus vos etiam, dilecti Fratres, ut unusquisque vestrum ipse privatim hoc praestet,

[56] *Lc* **22, 19.**

[57] *Io* **19, 26.**

quemadmodum eius animus, maxime vero amor in Christum Sacerdotem atque etiam propria infirmitas, quae desiderium serviendi et ad sanctitatem contendendi comitatur, suaserint vobis. Id scilicet flagitamus a vobis.

Ecclesia quae nunc est de se ipsa loquitur praesertim in Constitutione dogmatica a verbis ***Lumen Gentium*** incipiente. In ea et quidem in extremo capite profitetur se Mariam intueri ut matrem Christi, quia Ecclesia se ipsam matrem appellat et mater esse desiderat, Deo homines ad novam generans vitam.[58] O dilecti Nobis Fratres, quam arcte cum hac causa Dei vos estis coniuncti! Quantopere haec insidet in vocatione vestra, in ministerio atque missione! Quam ob rem in medio Populo Dei qui summo amore et spe oculos ad Mariam attollit, vos oportet Mariam aspicere cum amore et spe prorsus singulari. Etenim vos Christum, qui eius est filius, annuntiare debetis: quis autem veritatem, quae est de eo, melius vobis tradet quam Mater ipsius? Vos nutrire debetis hominum corda Christum iis praebendo: quis autem efficiet ut magis conscii reddamini huius officii, quod obitis, nisi illa quae eum nutrivit? « Ave, verum Corpus natum de Maria Virgine ». Inest in sacerdotio nostro ministeriali miranda et permovens ratio proximitatis Matris Christi. Nitamur igitur ad hanc rationem vitam ducere nostram! Si licet hic etiam ad ea Nos referri quae Nosmet sumus experti, dicemus vobis Nos, scribentes ad vos, potissimum ad ipsam experientiam Nostram revocari.

Haec vobiscum communicantes initio ministerii Nostri quo Ecclesiae universali deservimus, non desinimus Deum rogare ut vos, Sacerdotes Iesu Christi, omni benedictione et gratia repleat, et, quasi pignus et confirmationem dantes eiusmodi communionis precibus solidatae, ex animo vobis benedicimus in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Accipite hanc benedictionem, accipite verba novi Successoris

[58] Cfr. Const. dogm. *Lumen Gentium,* cap. VIII.

beati Petri cui Dominus praecepit: « et tu, aliquando conversus, confirma fratres tuos ».[59] Nolite desistere pro Nobis una cum universa Ecclesia orare ea mente ut iis respondeamus quae principatus postulat amoris quem Dominus veluti fundamentum muneris beati Petri voluit esse, cum ei dixit: « Pasce oves meas ».[60] Amen.

Ex Aedibus Vaticanis, die VIII mensis Aprilis, Dominica in Palmis de Passione Domini, anno MCMLXXIX, Pontificatus Nostri primo.

IOANNES PAULUS PP. II

[59] *Lc* 22, 32.
[60] *Io* 21, 16.

LITTERAE APOSTOLICAE

In Insularum Antillarum Civitate Granatensi seu vulgo « Grenada » Nuntiatura Apostolica constituitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Auspico che i vostri alunni sappiano, con sano discernimento, cogliere e far tesoro di tutti questi elementi per la propria formazione umana e sacerdotale. Ma, d'altra parte, auspico anche che Roma sappia sempre offrire queste ricchezze spirituali e non deluda mai le attese e le speranze di questi giovani e non deformi o distrugga l'immagine che se n'erano fatta. Possano essi far proprie e ripetere della diocesi di Roma le parole che, con fervido entusiasmo, le rivolgeva S. Ignazio di Antiochia : « La Chiesa amata e illuminata nella volontà di Colui che

[1] Cfr. ***Bf*** 5, 25.

[2] Decr. ***Optatam Totius,*** 9.

[3] ***Ef*** 5, 27.

ha voluto tutte le cose che esistono, ... degna di Dio, di venerazione, di lode)).[4]

3. Vorrei infine rivolgere il sincero augurio perché la vita comune che si pratica nei Collegi Ecclesiastici non si riduca ad un semplice complesso di rapporti esteriori, ma sia esemplata sullo spirito, che animava quella degli Apostoli e dei primi discepoli nel Cenacolo : « Tutti ... erano assidui e concordi nella preghiera insieme con ... Maria, la Madre di Gesù)).[5] Ecco, proprio questo debbono essere i Seminari, i Collegi, i Convitti Ecclesiastici di Roma : dei veri Cenacoli, in cui si respiri una vita di intensa preghiera, personale e comunitaria ; una vita di carità vicendevole, fattiva ed operosa; una vita di reciproco aiuto spirituale ad essere sempre fedeli alla vocazione, ed ai sacri impegni assunti davanti a Dio, alla Chiesa, alla propria coscienza.

Ed in voi, Rettori, i giovani sappiano scorgere e scoprire non soltanto il Superiore che deve preoccuparsi del buon andamento, ordinato e disciplinato, di una casa, ma la guida serena, il padre, il fratello, l'amico, e soprattutto il Sacerdote, che nel suo comportamento irradia la presenza di Cristo.[6]

Con questi voti, a voi tutti e ai giovani dei vostri Collegi imparto di gran cuore una speciale Benedizione Apostolica.

VIII

Ad Exc.mum Virum Ioannem los. Vidaurre Pinto, apud Sedem Apostolicam constitutum Legatum Boliviae, crediti muneris testes Litteras tradentem Summo Pontifici.*

Señor Embajador:

En este acto de presentación de las Cartas que lo acreditan como Embajador Extraordinario y Plenipotenciario de Bolivia ante la Santa Sede, deseo dar a Vuestra Excelencia mi más sincera y cordial bienvenida.

He escuchado con ánimo grato sus expresivas palabras de recono-

[4] *Lettera ai Romani,* Introd.
[5] *At 1,* 14.
[6] Cfr. *Gal 2,* 20.

* Die 17 m. martii a. 1979.

cimiento a la labor de la Iglesia en su País ; una labor que ha quedado plasmada en tantas obras del pasado —a las que aludía Vuestra Excelencia— y que se continúa actualmente en numerosas iniciativas, cuyo único objetivo es el de servir a Bolivia en sus hombres y propulsar su madurez integral, informando su vida y su quehacer diario con los principios del Evangelio.

La Iglesia, fiel a su misión evangelizadora y siempre sensible a las preocupaciones y aspiraciones humanas, no cesará de fomentar con todos los medios a su alcance —como lo ha confirmado en la reciente Conferencia de Puebla— todo aquello que conduce no sólo al desarrollo de la persona, primordialmente en su dimensión moral y religiosa, sino también a la consolidación de aquellos valores que comportan un crecimiento de los derechos básicos para un progreso en la convivencia social y, de acuerdo con las exigencias de un ordenamiento cristiano, en la solidaridad y fraternidad.

Sé perfectamente que la Iglesia en Bolivia, a través de sus Obispos, bien secundados por sacerdotes, religiosos y seglares entregados, no cesa de prodigarse, poniendo sus desvelos y mejores energías al servicio de los más necesitados, suscitando en ellos esperanzas fundadas de promoción de sus condiciones de vida religiosa, social y cultural. A la vez que manifiesto aquí mi sentido reconocimiento por este servicio, expreso el deseo de que este compromiso evangélico sea apreciado y sostenido por quienes sientan los imperativos de una sociedad cada vez mejor, garantía de paz activa y de auténtico progreso cristiano.

Sé bien que uno de los problemas que más profundamente afectan al Gobierno y pueblo de Bolivia es la aspiración referente a volver a tener una salida al mar; problema de tanta importancia por lo que se refiere también al desarrollo del País y a la consiguiente perspectiva de mejores condiciones de vida para sus habitantes. Puedo asegurar a Vuestra Excelencia que la Santa Sede sigue con cordial interés los esfuerzos de Bolivia para llegar, a través de un entendimiento pacífico con los otros Países interesados, a ver hecha realidad esta viva aspiración.

Señor Embajador : Al formularle mis mejores votos por el feliz cumplimiento de su misión, le ruego transmita a las Autoridades bolivianas mi sincero agradecimiento por su deferente saludo, junto con la seguridad de que tendré muy presentes en mis plegarias a todos los amadísimos hijos bolivianos.

IX

Ad Exc.mum Virum Alhaji Bocar Ousman Semega-Janneh, apud Sedem Apostolicam constitutum Legatum Gambiae, crediti muneris testes Litteras tradentem Summo Pontifici.*

M r Ambassador,

Be assured that the good wishes you bring from the President, the Government and people of The Gambia are much appreciated. I ask you to take back to His Excellency Sir Dawda Kairaba Jawara my own cordial and respectful greetings. Less than a year ago he was received here by my predecessor Paul VI, and thus firsthand he knows the willingness of the Holy See to be of assistance in the great questions of basic needs and human dignity.

You have kindly spoken of "the relentless efforts of the Church" in the sphère of peace and harmony, of human rights and fundamental freedoms. Through your public attestation it is also gratifying to know just how much the contribution of the Catholic Church, from the time of the first missionaries, is appreciated by the Gambian people. Solicitude for the total well-being of man will always characterize the Church's activity. Just recently in my first Encyclical I endeavoured to emphasize this fact before the world. In this document I stated that "the Church considers an essential, unbreakably united element of her mission this solicitude for man, for his humanity, for the future of man on earth and therefore also for the course set for the whole of development and progress".[1] In setting forth this principie I thereby intended to maintain absolute fidelity to the Second Vatican Council and continuity with its teaching, wherein man is presented as the centre and summit of ali création.[2]

Thus, Your Excellency will constantly find the Church profoundly solicitous for the destiny of your people and for their true progress. And the motivation of the Church in all her activity was likewise publicly expressed in the words of the Encyclical : "She finds the principie of this solicitude in Christ himself".[3] This is why the Church

* **Die 23 m. martii a. 1979.**

[1] *Redemptor Hominis,* **15.**

[2] **Cf.** *Gaudium et Spes,* **12.**

[3] *Redemptor Hominis,* **15.**

is irrevocably committed to this lof ty service of man ; this explains why she cannot reverse her course in history.

With the earnest hope that through your new tasks at the Holy See you will indeed render outstanding service to your country, I assure you of my prayers, invoking upon the authorities and Citizens of The Gambia the uplifting blessings of integral development and lasting peace.

X

Ad Exc.mum Virum Zulfiqar Ali Khan, constitutum Legatum Pakistaniae apud Sanctam Sedem, crediti muneris testes Litteras tradentem Summo Pontifici.*

Mr** Ambassador **y

The greetings that you bring me from His Excellency President Mohammad Zia-ul-Haq and the people of Pakistan are much appreciated. I am grateful also for your words about the récognition that the Catholic Church in your country has won for her response to her vocation to work for the betterment of human life.

The Church, as Your Excellency knows, considers it her duty to con tribute to the fulfilment of man's capabilities. The supreme and essential fulfilment lies in man's relationship with God, in accepting and carrying out the design of his Creator. This design involves many capabilities granted to man for the development of his personal life and his relations with others. The Church therefore feels that she is doing no more than her God-given duty when she plays her part in helping to ensure for human beings everywhere the good health, nourishment and shelter needed for their bodily welfare, and the éducation, culture and freedom required for the development of their mental faculties, and when she strives to advance the reign of justice, peace and friendship between individuáis and groups. All this she sees as part of her mission of working to establish right relationships on the part of human beings with God, in whom we live and move and have our being.

Your Excellency may therefore be confident that the Church will continue to co-operate with the striving of the people of Pakistan for a better way of life and for under standing, harmony and peace. I pray that the Almighty will guide and assist your f ello w-Citizens and their

*** Die 30 m. martii a. 1979.**

leaders in this endeavour. It is an endeavour to which the exigencies of hnman dignity call, and one that, if worthily pursued, cannot fail to receive the blessing of God.

I ask God also to bestow his f avours on Yonr Excellency and your important mission at the service of your country and of humanity, for the fulfilment of which you can count on my willing collaboration and that of the Holy See.

XI

Ad Exc.mum Virum Brennum Clarentium Hill, constitutum Australiae apud Sedem Apostolicam Legatum, crediti muneris testes Litteras Summo Pontifici tradentem.*

***Mr** Ambassador,*

It is gratifying to note the sense of personal privilège and responsibility with which you undertake your diplomatie mission at the Holy See. Be assured of my cordial welcome and of my desire to assist you in the service you are called to render to your country. I also thank you for the good wishes you bring from your Government, which I willingly reciprocate.

You have spoken kindly about the beginning of my pontificate, about my predecessors, and about the role of the Holy See. These words are ali appreciated. Your référence to human diversity as a stimulus for cooperative and creative relationships, and your référence to human concern, are particularly meaningful for both the Catholic Church and Australia.

The Catholic Church by her very nature embodies diversity to the point of universality, and, while respecting it, she incorporâtes it into organic unity. Diversity is likewise part of the very make-up of your country, which has become host to peoples from many lands and has been enriched by their contribution. Düring his visit to Sydney, Paul VI enunciated this principie when speaking to a group of Australiae first inhabitants. "Society itself", he said, "is enriched by the présence of différent cultural and ethnie éléments".[1] On that occasion he also spoke of human and civic rights in the matter of diversity, and of brotherhood and collaboration for the sake of the common good.

* Die 5 m. aprilis a. 1979.

[1] Address on 2 December 1970.

The question of human concern is likewise an issue of great importance. Just yesterday, in Saint Peter's Square, I spoke about the need for this concern, for solidarity with every human being throughout the world—with those who suffer from hunger, want, mistreatment, humiliation, torture, imprisonment and social discrimination. I mentioned, moreover, the Church's mission to protect the universal dimension of this human solidarity. In pursuing her own commitment, the Church willingly lends her support to the nations of the world for all their worthy initiatives in the service of man and in the cause of human dignity. In this regard, a particular word of praise is due to Australia for the welcome that it has recently afforded to large numbers of refugees.

Today I ask God to bless Australia, and to enable it to accomplish to the full its important destiny. I pray also that your own mission here will be successful and happy.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI

DECLARATIO

Circa librum R. P. Iacobi Pohier: « Quand je dis Dieu »

Sacra Congregatio pro Doctrina Fidei muniis suum promovendi atque tutandi doctrinam fidei et morum in universa Ecclesia adimplens, iuxta propriam « Agendi rationem »[1] examini subiecit librum R. P. Iacobi Pohier : *Quand je dis Dieu,* in eoque affirmationes Revelationi et Magisterio Ecclesiae manifeste non consentaneas deprehendit.

Exitus huiusmodi examinis per Superiorem Generalem significatus est auctori iam die 21 Aprilis 1978 litteris, quibus ipse invitatus est ad suas opiniones publice corrigendas necnon ad suam plenam adhaesionem doctrinae Ecclesiae manifestandam. Iteratis huius Congregationis petitionibus auctor respondit, clarificationes non sufficientes afferens; praeterea circa puncta quae ipsi significata sunt, explicitam fidei Ecclesiae professionem non emisit.

Propterea S. Congregatio pro Doctrina Fidei nunc ad sequentia declaranda cogitur :

1) Inter errores manifestiores huius libri notanda est negatio veritatum quae sequuntur : intentio Christi passioni suae valorem redemptivum et sacrificalem attribuendi; resurrectio corporalis Christi necnon continuatio Ipsius tamquam subiecti realis post consummatam existentiam historicam ; vita post mortem, resurrectio, vita aeterna cum Deo tamquam hominis vocatio; praesentia in Sacra Scriptura verae doctrinae sensu obiectivo praeditae, quem fides in ipsa percipere et Magisterium Ecclesiae, Spiritu Sancto auxiliante, authentice determinare potest.

[1] Cf. *Nova agendi ratio in doctrinarum examine,* in *AAS* 63 (1971), p. 234-236.

2) Supradictis erroribus plures aliae adiunguntur et miscentur propositiones periculosae, quippe quae tam ambiguae talisque naturae sint, ut in animis fidelium incertitudinem circa fundamentales articulos fidei catholicae gignere possint, cuiusmodi sunt : conceptus christianus Dei transcendentis,- praesentia realis Christi in Eucharistia uti a Concilio Tridentino et recenter a Paulo VI in Encyclica « Mysterium Fidei » proposita est ; munus specificum sacerdotis in hac praesentia reali efficienda; exercitium infallibilitatis in Ecclesia. Quod ad divinitatem Christi spectat auctor modo tam inusitato sese exprimit, ut determinari nequeat, an ipse talem veritatem adhuc sensu catholico traditionali profiteatur.

Hac Declaratione S. Congregatio pro Doctrina Fidei, bonum fidelium prae oculis habens, gravitatem errorum hic denuntiatorum patefacit necnon impossibilitatem eosdem considerandi tamquam opiniones quae liberae theologorum discussioni relinquantur.

Hanc Declarationem in Conventu ordinario huius S. Congregationis deliberatam, Summus Pontifex Ioannes Paulus Pp. II, in Audientia infrascripto Cardinali Praefecto concessa, adprobavit et publici iuris fieri iussit.

Romae, ex Aedibus S. Congregationis pro Doctrina Fideli, die 3 Aprilis 1979.

FRANCISCUS Card. SBPER, ***Praefectus***

L. © S.

ffî Fr. Hieronymus Hamer, O.P., Archiep. tit. Loriensis, ***Secret.***

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

DECRETUM

IUDICIFORENSIS - LEOPOLDINENSIS

De mutatione finium.

Quo aptius christifidelium pastorali curae consuli possit Exc.mus P. D. Iuvenal Roriz, C.SS.R., Archiepiscopus Iudiciforensis et Exc.mus P. D. Gerardus Ferreira Reis, Episcopus Leopoldinensis, unanimi con-

sensu, ab Apostolica Sede postulaverunt, ut suarum Ecclesiarum fines aliquantulum immutarentur.

Sacra Congregatio pro Episcopis, praehabito favorabili voto Exc.mi P. D. Carmeli Rocco, Archiepiscopi Iustinianopolitani in Galatia et in Brasilia Apostolici Nuntii, rata huiusmodi mutationem christifidelium bono profuturam, vigore specialium facultatum a Summo Pontifice Ioanne Paulo, Divina Providentia Pp. II, sibi tributarum, oblatas preces accipiendas esse censuit.

Quapropter suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, hoc Decreto distrahit ab archidioecesi Iudiciforensi atque in perpetuum dioecesi Leopoldinensi adnectit integrum territorium, prout in praesens lege civili circumscribitur, municipiorum vulgo nuncupatorum : Além Paraiba, Estrela Dalva, Pirapetinga, Santo Antonio do Aventureiro et Volta Grande.

Quamobrem documenta et acta praefatorum municipiorum clericos, fideles ac bona temporalia forte respicientia a Curia Iudiciforensi ad Curiam Leopoldinensem, quam primum, transmittantur.

Ad clerum quod attinet, simul ac praesens Decretum ad effectum deductum fuerit, sacerdotes Ecclesiae illi adscripti censeantur in cuius territorio ecclesiasticum beneficium aut officium detinent; ceteri autem sacerdotes, clerici seminariique tirones dioecesi illi incardinati maneant vel incardinentur in cuius territorio legitimum habent domicilium.

Ad haec perficienda Sacra Congregatio pro Episcopis memoratum Exc.mum P. D. Carmelum Rocco deputat, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Sacram Congregationem, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Quibus super rebus praesens edit Decretum, perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent. Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 29 mensis Martii, anno 1979.

L. *fB* S.

& Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicensis, *a Secretis*

PROVISIO ECCLESIARUM

Decretis a Sacra Congregatione pro Episcopis latis, Ioannes Paulus Pp. II iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit. Videlicet :

Die 5 Martii 1919. — Titulari episcopali Ecclesiae Iuncensi in Mauretania R. D. Sebelium Peralta Alvarez e clero dioecesis Villaricensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Philippi Benitez Avalos, Episcopi Villaricensis.

Die 8 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Covingtonensi Exc.mum P. D. Villelmum A. Hughes, hactenus Episcopum titularem Insulae Cathensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Capritanae R. D. Stanislaum G. Schlarman, parochum ad Sanctum Patricium in oppido vulgo Cairo dioecesis Bellevillensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Villelmi M. Cosgrove, Episcopi Bellevillensis.

Die 22 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Iunellensi R. D. Michaelem Kenny, cancellarium curiae episcopalis dioecesis Sanctae Rosae in California.

Die 23 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Grossetanae Exc. P. D. Adelmum Tacconi, hactenus Episcopum titularem Sinnensem.

Die 26 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Divinopolitanae Exc.mum P. D. Iosephum Costa Campos, hactenus Episcopum Valentinum in Brasilia.

Die 28 Martii. — Titulari episcopali Ecclesiae Alexanensi R. D. Villelmum Houck, parochum apud Sanctum Franciscum Xaverium in dioecesi Birminghamiensi, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Iosephi B. Brunini, Episcopi Iacksoniensis.

— Metropolitanae Ecclesiae Sancti Ioannis Terrae Novae Exc.mum P. D. Alfonsum L. Penney, hactenus Episcopum Grandfallensem.

— Cathedrali Ecclesiae Chicoutimiensi Exc.mum P. D. Ioannem-Vidonem Couture, hactenus Episcopum Altaripensem.

Die 2 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Ammeniensi, R. D. Iosephum Ferdinandum Penteado, e clero Sancti Pauli in Brasilia, quem deputavit Auxiliarem Em.mi ac Rev.mi P. D. Pauli Evaristi S.R.E. Cardinalis Arns, Archiepiscopi Sancti Pauli in Brasilia.

— Titulari episcopali Ecclesiae Marturanensi R. D. Decium Pereira, e clero Sancti Pauli in Brasilia, quem deputavit Auxiliarem Em.mi ac

Rev.mi P. D. Pauli Evaristi S. R. E. Cardinalis Aras, Archiepiscopi Sancti Pauli in Brasilia.

Die 7 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Tulanensi R. D. Emmanuelem Sobreviñas, curionem et magistrum spiritus in seminario minori archidioecesis Manilensis, quem deputavit Auxiliarem Em.mi P. D. Iacobi S.R.E. Cardinalis Sin, Archiepiscopi Manilensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Tlöensi R. D. Anicetum Paciano, curionem in archidioecesi Sancti Fernandi, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Theodulfi Domingo, Archiepiscopi Tuguegaraoani.

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

DECRETA

I

COREANA

Canonizationis Beatorum Laurentii Imbert, Simeonis Berneux, Andreae Kim et centum Sociorum, Martyrum.

SUPER DUBIO

An eorum Causa resumenda sit

Medium circa saeculum xix adeo saeva facta est in Christifideles persecutio, ut Coreana regio plurimorum ferax martyrum facta fuerit. Septuaginta et novem tunc Christi athletae, quos inter beatus Lambertus Imbert, episcopus tit. Capsensis, tresque alii sacerdotes missionales Europaei, cete»i vero autochtones, inter quos Andreas Kim, supplicio sunt affecti. Quos omnes, servatis de iure servandis, Pius Papa XI Beatorum fastis die 5 Iulii anno 1925 adscripsit.

Novae autem Christianorum insectationes illis in partibus annis 1866 et 1867 concitatae sunt, quae novos pietatis flores et martyrii

fructus ediderunt. Viginti quattuor sunt fortissimi héroes, quorum agmen duo duxerunt episcopi, Simeon Berneux et Antonius Daveluy, natione Galli et in Societatem Parisiensem missionum ad exteras gentes cooptati, in Coream ut missionales se contulerunt. Ceteri sunt quinque sacerdotes item ex Gallia oriundi et eiusdem missionalis Societatis alumni, reliqui autem septemdecim autochtones ex laicorum ordine. Quos omnes Paulus Papa VI die 6 Octobris anno 1968 in Beatorum album rettulit.

Hos Ínclitos Fidei héroes post beatificationis sollemnia maiore veneratione prosecuti sunt fideles atque per eorum apud Deum intercessionem nonnullae obtentae feruntur gratiae, inter quas quaedam miraculi notas prae se ferre videntur.

Quapropter sacrorum Coreanae Ditionis Antistites a Summo Pontifice enixe postularunt ut Causa canonizationis eorundem Beatorum resumeretur, ita quidem ut de omnibus superius recensitis centum et tribus Beatis Martyribus una simul consociatis una eademque Causa canonizationis pertractari valeret.

Instante igitur Rev.do Domino Ludovico Pak Chun Yong, Causae eorundem Beatorum Martyrum legitime constituto postulatore, infrascriptus Cardinalis Sacrae huius Congregationis pro Causis Sanctorum, in Congregatione Peculiari die 7 Februarii anno hoc 1978 celebrata, sequens dubium proposuit discutiendum, nimirum : *An resumenda sit Causa canonizationis in casu et ad effectum de quo agitur* deque ea rettulit. Et Patres Cardinales, attenta quoque favorabili opinione Congressus Ordinarii eiusdem Sacrae Congregationis diei 13 mensis Decembris prioris anni 1977, omnibus mature perpensis, adfirmando responderunt de resumenda Causa, si Summo Pontifici placuisset.

Quibus de rebus facta postmodum, die subscripto, Paulo Papae VI per infrascriptum Cardinalem relatione, Sanctitas Sua sententiam Patrum Cardinalium ratam habuit et confirmavit.

Datum Romae, die 13 Aprilis A. D. 1978.

CONRADUS Card. BAPILB, *Praefectus*

L. 68 S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

II

ALBINGANEN.

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Augusti Czartoryski, sacerdotis professi Societatis S. Francisci Salesii.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

((Si vis perfectus esse, vade, vende quae habes et da pauperibus, et habebis thesaurum in caelo » *(Mt.* 19, 21).

Haec evangelica verba, quae peculiares *Christi sequelae* notas admodum insculptas ostendunt, tamquam summam vivendi rationem suscipere sibi voluit Augustus Czartoryski, sacerdos et Piae Salesianae Societatis sodalis. Eidem enim instanti adhortationi, qua Christus suorum discipulorum animos succenderat, et ipse, mente ab omnibus vitae lautitiis demota saeculique spretis divitiis, penitus adhaesit eamque secutus est plena fidelitate erga religiosae vocationis charisma.

Augustus natus est Lutetiae Parisiorum die 2 Augusti A. D. 1862 ex illustri Poloniae familia, quae procul a patria in Gallia vitam degebat. Parentes eius fuerunt Ladislaus, vir Princeps, et Maria Amparo, filia Mariae Christinae, Hispaniarum Reginae. Post biduum per sacras Baptismi aquas renatus est; decimum tertium annum agens sacramentum Chrismatis accepit ac primum ad sanctissimam Eucharistiam accessit.

Iam inde a prima aetate religiosam institutionem, attenta cura traditam, recipere potuit sive ex ipsa familiae consuetudine sive etiam ex optime selectis praeceptoribus, qui mira sedulitate non solum curaverunt, ut tener discipulus ad munera suae propria civilis condicionis obeunda digne et convenienter pararetur, sed praesertim operam dederunt, ut altiores vitae christianae ascensiones ferventi corde persequi conaretur. Inter autem hos praeceptores peculiarem in Augustum efficaciam exercere valuit, propter etiam utriusque singularem vicissitudinum spiritualium vicinitatem, Servus Dei Iosephus Kalinowski, qui

deinde Ordinem Carmelitarum Disealceatorum, assumpto nomine Raphaelis a S. Ioseph, ingressus est.

Puerili iam volvente aetate ac praesertim adulescentiae currentibus annis, Augustus multas Europae peragravit urbes et regiones, non solum ut illam caeli salubritatem inveniret, quae pro constanter infirma valetudine utilior esse videretur, sed etiam ut optimatum illius temporis coetus necnon rerum civilium peritos homines convenire atque cognoscere posset eo consilio — quod familiae summopere cordi erat — ut ad munera in patria postea explenda congrue sese pararet.

Quamvis hisce peregrinationis annis de eximiis eius indolis ac personae notis nullum fere testimonium palam eluxerit, tunc temporis tamen ille interior cruciatus in animo enasci coepit, unde factum, quod in Augusti vita maximi momenti fuit, originem habuit. Sub enim claro vitae cultu et exquisita elegantia reapse abdita latebat anxietas quaedam animae viam Domini inquirentis.

Is enim ad manum habebat quidquid sumptuosus principis apparatus ipsi praebere posset; sed, cum saepius ac diutius aegrotaret, adeo ut procul a patria, et haud raro a familia quoque, vitam agere cogebatur, magnopere molesta solitudine afficiebatur simulque prorsus fastidiebat mundanas festorum conviviorumque varietates, quibus deesse omnino nequibat. Una tamen fides ante eum mire elucebat certumque iter animae ostendebat : ipsa enim fidei claritas sic efficiebat, ut magis in dies humanarum dignitatum vanitatem intellegeret, solacium in vitae acerbitatibus perpetiendis inveniret, sustineretur in consumendis diebus, quos consecrandos usque curabat orationum assiduitate ac frequenti Sacramentorum usu, omni studio satagens, ut iugiter coram Deo vitam duceret, intemeratos custodiens mores, animi humilitatem et benevolentiam erga omnes colens.

Operante igitur Domini gratia, rerum terrenarum taedium cepit animumque pandit ad caelestes voluptates; itaque propositum illud in eius corde maturescere incepit, quod veram ac definitam suae ipsius vitae significationem allaturum erat.

Cum enim anno 1883 S. Ioannes Bosco Lutetiae Parisiorum commoraretur, ad sanctae Missae Sacrificium offerendum apud familiam Czartoryski invitatus est, tunc Augustus opportunitatem habuit eum adeundi breviterque cum eo colloquendi. Haud dubitandum videtur, quin Divinae Providentiae consilio colloquium illud contigerit; nam S. Ioannes Bosco plenam ac perpetuam Principis fiduciam iam tum sibi conciliavit, quae postea increvit intima utriusque spirituali consuetudine.

Tunc Augustus, qui iam pridem valde inclinaba! ad vitam christianam plenius et impensius agendam, admiratione in virum Dei captus eiusque vitae sanctitate devinctus, intuitu animi percepit se a Domino vocari ad vitam religiosam in Salesiana Congregatione amplectendam. Hac de re saepius et instantius sermonem cum Sancto habuit; qui primo, prudentia qua erat, eum a proposito avertere conatus est, sed postea, ipsius Summi Pontificis Leonis XIII auctoritate permotus, eius petitionem accipiendam probavit.

Tunc autem omnibus viribus ac vero cordis martyrio Augustus cum familia contendere debuit, quae, cum suis exspectationibus se destitui putaret, fortiter repugnabat ; is tamen nullis difficultatibus cessit Deumque vocantem sequi constituit. Propterea, omnibus primogeniti iuribus repudiatis, anno 1887 clericalem vestem induit sibi ab ipso S. Ioanne Bosco impositam ac summo cordis gaudio, quod numquam elanguit, servire Domino inchoavit.

Sacra vota emisit die 2 Augusti A. D. 1888 in Beati Michaelis Rua manibus, qui S. Ioanni Bosco successerat. Die 2 Aprilis A. D. 1892 presbyteratum inivit; attamen illa sacerdotalis apostolatus munera, quae vitae Salesianae sunt propria, actuose explere non potuit; nam corporis infirmitas, quae iam antea in eum ingruerat, vehementior in dies fieri coepit; quare Alaxii, in dioecesi Albinganensi, die 8 Aprilis A. D. 1893 ad caelestis Patris praemium accipiendum vocatus est, vix anno transacto post susceptum sacerdotium.

Servi Dei vivendi cursus non longus fuit, vitaeque religiosae prorsus exiguus ; tamen Augustus Czartoryski sese Domino plene ac generose obtulit, evangelicae perfectionis virtutes in gradu heroico exercendo.

Heroicum enim illud plane dicendum est, quod illibatos servare valuit mores atque ardentiorem in dies efficere spiritualium ascensuum fervorem per eos periculosos iuventutis annos in huiusmodi rerum circumstantiis transactos, quae, etiamsi non proprie ad mala, certe ad mundana trahebant. Heroica fuit a familia atque a divitiis disiunctio, necnon renuntiatio illi vitae generi, quod grandia in futurum pollicebatur; ut religiosae eiusmodi Congregationi ascriberetur, cuius initia adhuc in incerto habebantur quaeque ei alienigena erat vitamque in paupertate et angustiis ducendam et prorsus eius valetudini incommodam offerebat nec eminentioris dignitatis apostolatum explendum ei concredere valebat, sed humilem laborem inter adulescentes ex classibus socialibus indigentibus impendendum.

Heroica fuit animi deditio, qua novas vitae religiosae exigentias obeun-

das, tam diversas a praecedentibus usibus, oppetiit. Inde maxime enituit eius humilitatis ac serenae oboedientiae spiritus, intima cum Deo coniunctio — quam ipse una cum sodali suo Venerabili Andrea Beltrami in fraterna animorum communione alere satagebat —, sincera cordis benignitas in omnes, verum gaudium Domino in Salesiana Congregatione plene et in perpetuum inserviendi, ceteris omnibus ad familiam et fortunam et ipsam vitam pertinentibus posthabitis.

Postremo suam ipsius vitam velut holocaustum devovit, ad Christum sese conformans in omnibus sive corporis sive animi doloribus suscipiendis et in caritatis actibus semper in Deum eliciendis.

Vicissitudines, quae Augusti Czartorysky vitam intexunt, veram cuiusdam vocationis historiam constituunt inter angores succretae, invicta fortitudine ad maturitatem perductae et plena in Deum donatione consummatae.

Huiusmodi vitae exemplum praeclarius ac suadentius ostendit nostrorum temporum hominibus bona caelestia longe terrena antecellere et vera gaudia iis omnibus parari, qui, generose ac fortiter terrenis spretis, caelestia praetulerint.

Sanctitatis fama, qua Servus Dei vivens quoque decoratus fuit, post obitum non deferbuit, imo aucta est eamque Deus caelestibus signis confirmare visus est. Quam ob rem factum est ut Causa de Beatorum Caelitum honoribus eidem decernendis ageretur. Instructi sunt igitur episcopali potestate annis 1921-1927, apud Curiam Albinganensem, et per rogatorias litteras apud Curias Taurinensem, Cracoviensem et Matritensem, canonici processus atque Romam sunt transmissi. Scriptis vero Servi Dei perpensis, decretum exiit die 20 Novembris anno 1940 ut ad ulteriora procederetur, atque die 23 Martii anno 1941 Causa ipsa, probante Pio Papa XII, apud Apostolicam Sedem fuit introducta. Constructi deinde fuerunt annis 1943-1948 apostolica auctoritate, apud Curiam Taurinensem et apud Urbis Vicariatum, processus super Servi Dei virtutibus in specie. De omnium autem processuum iuridica forma et validitate per Decretum diei 4 Novembris anno 1951 constat.

Servatis itaque omnibus de iure servandis, instituta est, die 11 Octobris anno 1966, apud Sacram tunc Rituum Congregationem, in coetu, qui dicebatur, antepraeparatorio, disceptatio super virtutibus Servi Dei theologalibus et cardinalibus eisque adnexis ; et deinde, die 24 Ianuarii hoc anno 1978, in Congressu Peculiari Sacrae huius Congregationis pro Causis Sanctorum, et postea, die 25 Aprilis eodem anno, in Congregatione Plenaria Cardinalium, ponente seu relatore Rev.mo Domino Francisco

Cardinali Carpino. Die 2 mensis Septembris a. 1978 Summus Pontifex Ioannes Paulus I sententiam affirmantem Patrum Cardinalium confirmavit, mandans ut decretum super heroicis Servi Dei virtutibus rite appararetur.

Hoc denique die Summus Pontifex Ioannes Paulus II, accitis Cardinalibus infrascripto Praefecto et Francisco Carpino, Causae relatore, meque Antistite a secretis ceterisque convocari solitis, eisque adstantibus edixit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Augusti Czartoryski, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta huius S. Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 1 Decembris A. D. 1978.

CONRADUS Card. B**APILE,** *Praefectus*

L. $ S.

ffl Iosephus Casoria, Archiep. tit.. Foronovan., *a Secretis*

III

PERUSINA **SEU** TRECEN.

Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Franciscae Salesiae Aviat, Confundatricis Sororum Oblatarum S. Francisci Salesii.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Leonia Aviat Sezannae in Gallia septentrionali, intra fines dioecesis Catalaunensis, a Theodoro et Aemilia Caillot, honestis negotiatoribus, die 16 Septembris anno 1814 orta est et postridie baptizata. Novem annos nata Monialibus a Visitatione in urbe Trecensi instituenda et educanda traditur; apud quas, Servis Dei Sorore Maria Salesia Chappuis et sacerdote Aloisio Brisson adiuvantibus, ad primam Communionem et ad sacramentum Confirmationis animum paravit : quae simul die 2 Iulii anno 1856 ab episcopo Trecensi recepit.

Per quinque adhuc annos in Monasterio suas humanitatis et mentis dotes exeoluit, sed in primis divinae gratiae splendoribus amplissimum aditum dedit, hortante Maria Salesia Chappuis, quae, ut mystica caelestium rerum contemplatrix fuit, ita etiam eximia sagacitate eminuit necessitatibus illius aetatis percipiendis, indeque munificos suscitabat beneficiorum auctores ut operibus pro puellis operariis vulgo « Oeuvres ouvrières », subvenirent.

Cum familiae se reddidisset, parentes eam spectato divitique iuveni nuptum dare in animo volvebant; at ea, se Deo consecratum, noluit; usque ad primum et vigesimum annum impletum tamen ei exspectandum fuit. Interea ad se iuvenibus operariis applicandam informabatur.

Iis temporibus, cum Trecia magnis afflueret officinis, multae agrestes puellae urbem petebant ut in operas exciperentur, non paucis periculis, turpitudinis praesertim, in eas impendentibus.

Dum sacerdos Brisson has ruris filias ab huiusmodi periculis prohibere nitebatur, misit ei Deus auxilio Leoniam Aviat, quae idem habebat charisma et ingenii acumine et sollertia erat ornata.

Cum Leonia, vigesimum secundum annum agens, ad Monasterium Visitationis se contulit ut, in pia exercitia incumbens, in supremo de sua vocatione consilio capiendo illuminaretur, sacerdos Brisson eius poposcit auxilium. Tum eodem sacerdote atque Maria Salesia Chappuis id suadentibus quod ipsa proposuerat, ad familiam non rediit, sed ad opera pro puellis operariis die 18 Aprilis anno 1866 perrexit.

Die 30 Octobris anno 1868, cum aliis puellis in convictu comitibus, novae Congregationis Sororum Oblatarum a S. Francisco Salesio habitum accepit ab episcopo Genevensi, qui ei nomen, quasi vitae rationem, quam erat perfecte expletura, imposuit Franciscam Salesiam.

Die 11 Octobris anno 1871 coram episcopo de Ségur professionem religiosam emisit, aliaeque ei se aggregaverunt, quibus futurum erat ut ipsa semper dein earum esset exemplar. Novae Congregationis prima Moderatrix Generalis fuit Serva Dei electa die 20 Septembris anno 1872.

Novo ignotoque adhuc modo increbruerunt inde opera pro puellis operariis, sodalicia scilicet et domus ubi illae educarentur et vitae usu ad futuram familiae disciplinam formarentur.

Francisca Salesia Aviat, desiderio ardens se pro ceteris neglegendi ac miro suo fervore alias alliciens, operaría fiebat cum operariis quas, etsi minimum erat salarium, de bene patrato munere gaudere docebat. Hae namque, quarum nonnullae nonnisi duodecim erant annorum, laeta iunctae amicitia, et quanta esset laboris dignitas paulatim intellege-

bant, et iam illum operariae pro operaría apostolatum incipiebant, quem ipsae ((apostolatum officinae » vocabant; et ex his 400 vel 500 piis annuis exercitiis, a sacerdote Brisson habitis, intererant.

Cuius sacerdotis Francisca Salesia Aviat ea optima et prestantissima fuit adiutrix, quam optaverat.

Hi duo Institutores concorditer operibus pro puellis operariis ludos litterarios et deinde convictus pro puellis adiecerunt.

Operibus Trecensibus pro puellis bene firmatis, Francisca Salesia Lutetiam Parisiorum se contulit, ubi octo annos mansit, ut convictum pro puellis familiarum fortunae bonis praestantium oeconomica ruina fere collapsum reficeret; nam sacerdos Brisson cupiebat omnes societatis ordines spiritu Sancti Francisci Salesii frui et imbui. Opera relinquens, quae suae vocationis primus fuerant finis, multum Famula Dei doluit; sed non parva suavitate affecta est Dei adhaerens voluntati. Qui Dei voluntati assensus ab officio et fidelitate non disiungebatur, quemadmodum ipsamet scribebat : « *Soyons au moment présent pour en recevoir toute la grâce qui s'y trouve renfermée. Il ne faut rien désirer, ni hâter, le moment présent renferme la lumière qu'il faut suivre et le secours nécessaire en chaque circonstance* ».

Post Lutetiae mansionem, ubi ei apud amplas et honestas familias pariter bene processit, ac in operibus pro puellis operariis, Francisca Salesia Trecam anno 1889 rediit, ubi machinatione quarundam Sororum, quae eidem infensae erant, ad simplicis sororis condicionem restituta fuit.

Anno 1893 iterum Antistita Generalis creata est; et hoc munere, quo usque ad mortem erat functura, usa est ut opera iam fundata, Missiones in Africa Australi, sedes in Aequatoria constitutas sisteret.

In Europa discipulas eius Helvetia, Austria, Anglia et Italia receperunt. Quod Congregatio mox in Galliam ruitura procella, nempe bonorum religiosarum Congregationum spoliatione, fracta non est, Dei consilium fuit. Anno 1903 leges de hoc valuerunt : eodem die multae Congregationis domus in Gallia clausae sunt. Quod puellas operarías earumque familias maxime consternavit et afflixit.

Sacerdos Brisson, iam septimum et octogesimum annum agens, cum de patria migrare non posset, ad domum familiae suae, in oppido cui vulgo nomen *Plancy,* secessit.

Tum Francisca Salesia Aviat rerum gravitatem tenuit. Omnes discipulae, eius animi magnitudine motae, omnia consilia ei crediderunt. Earum has postulavit ut veste civili uterentur, ut in Gallia quidquid ope-

rum et scholarum servari poterat, in tuto collocarent ; has peregre proficiscerentur. Ipsa, cum suo Consilio, Perusiam in Italia migravit, quo domum principem transtulit. Hinc novum suum Institutum perfecit, in quo omnia revixerunt et recreata sunt.

Extremus eius animi dolor fuit mors sacerdotis Brisson, quae die 2 Februarii anno 1908 obvenit.

Per sex reliquos annos vitae suae in Constitutiones perficiendas incubuit, ut a Sancta Sede semel confirmaren tur. Quas anno 1911 Summus Pontifex S. Pius X comprobavit.

Iam officio suo expleto Maria Salesia Aviat ad Deum erat ire parata. Die 10 Ianuarii anno 1914, cum breviter aegrotasset atque oleum infirmorum et sanctam Eucharistiam accepisset, mortua est, placido et aequo animo Dei voluntati confisa.

Dum animam ageret, serena mansit ; cumque sacerdos eam monuisset ut Litanias Beatae Mariae Virginis secum pronuntiaret, ultimo pro Dei Genetrice, quam tam ardenter amaverat, dulce risit.

Fama sanctimoniae Servae Dei, qua et vivens fruita est ob eximias virtutes, praesertim humilitatem, caritatem et fortitudinem, quamque Deus miris signis visus est comprobare, in dies inclarescens aditum aperuit inquisitionibus informativis super ea conficiendis in Curiis Perusina et Trecensi anno 1929, et rogatorialibus, qui dicuntur, processibus Versaliis, Parisiis, Catalauni, Lincii et Vindobonae, Romamque deinde anno 1934 transmissis. Eiusdem Servae Dei scriptis diligenter revisis, editum est decretum die 8 Iulii anno 1936 nihil obstare quominus ad ulteriora procedi posset. Servatis igitur de iure servandis, Pius Papa XII commissionem introductionis Causae beatificationis eiusdem Servae Dei die 9 Aprilis anno 1957 propria manu, ut moris tunc erat, signavit. Deinde annis 1959-1961 in Curiis ecclesiasticis Perusina et Trecensi adornati sunt apostolica auctoritate processus super virtutibus in specie; de omnium autem processuum iuridica validitate decretum est editum die 14 Ianuarii anno 1967. Quaestio itaque super virtutibus agitata est apud hanc Sacram Congregationem pro Causis Sanctorum, et quidem primum, die 20 Martii anni huius 1978, in Congressu Peculiari, in quo Officiales Praelati Patresque Consultores proposito dubio num Dei Famula théologales et cardinales virtutes iisque adnexas heroum in modum exercuisset, adfirmando responderunt. Quod Patres Cardinales, in Congregatione Plenaria die 23 Maii eodem anno celebrata, suis suffragiis confirmarunt.

Summus autem Pontifex Ioannes Paulus I, fel. rec., de praedictis omnibus certior factus per infrascriptum Cardinalem Praefectum in Audientia diei 22 Septembris anno 1978, vota Patrum Cardinalium rata habens, ut Decretum super heroicis Servae Dei virtutibus rite conscriberetur mandavit.

Hoc tandem die Beatissimus Pater Ioannes Paulus II, accitis Cardinalibus infrascripto Praefecto atque Gabriele Maria Garrone, Causae ponente seu relatore, meque Antistite a Secretis ceterisque de more convocandis, iisque astantibus edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum,, necnon de -cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Franciscae Salesiae Aviat, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 1 Decembris A. D. 1978.

CONRADUS Card. B **AFILE,** *Praefectus*

L. © S.

83 Iosephus Casoria, Archiep. tit, Foronovan., *a Secretis*

IV

VICENTINA

Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Iosephinae Bakhita, Sororis professae Instituti Filiarum a Caritate.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Filiorum Dei dignitatem et adoptionem per Baptismum recipit homo, qui ad imaginem Dei creatus est : « *Quicumque enim in Christo baptizati estis. Christum induistis)) (Gal.,* 3, 27). Quo fit, ut differentiae dispareant quibus vetus homo distinguebatur unusque appareat in singulis Christus, omnium ipse typus et exemplar. « *Non est Iudaeus neque Graecus, non est servus neque liber, non est masculus neque femina.*

Omnes vos unum estis in Christo Iesu » (Ibid., 3, 28) : unus videlicet homo, sublato vetere discrimine condicionis quoad nationem, civitatem, genus et sexum. Huiusmodi pulcherrima verba, ante Christum natum prorsus inaudita, maximae in universo terrarum orbe immutationi et socialis ordinis metamorphosi impulsum dederunt.

Profecto Causa beatificationis Servae Dei Iosephinae Bakhita iterum clariusque omnibus ostendit et probat Paulinae sententiae veritatem.

Ignoratur quando et ubi Serva Dei definite ac distincte ortum duxerit, nosque latet quinam eius fuerint parentes. Omnibus tamen perspectis, praesumptum est eam in vitam venisse inter annos 1869 et 1872, in Africae terra, quae Sudania appellatur, et quidem in parte ad occidentem vergenti, e paganis parentibus, bonis temporalibus sat ditatis. Servae Dei tribus, sicut apud gentes inconditas solet, praecariam et incertam vitam ducebat sub continuo et maximo praedonum periculo. Adhuc puella clam spectatrix adstitit raptui sororis natu maioris pluriumque concivium opera quorundam hominum mercaturam mancipiorum exercentium. Biennio post, circiter novennis, in eandem miseram sortem ipsamet incidit, et adeo nimio correpta fuit terrore, ut tum loci nativitatis tum proprii nominis memoriam penitus amiserit. Multitudini servorum adgregatam, crudeles raptores, veluti per ironiam et sarcasmum, infelicem puellam *Bakhita,* quae eorundem praedonum dialecto Fortunata seu Beata audit, nuncuparunt. Infandis saevitiis aerumnisque vexata longissimum iter septemtrionem versus una cum pluribus concaptivis et mercatoribus aggredi coacta est, et media in via paucis diebus elapsis cum alia puella fugam arripuit, per lucum quemdam et desertum pererrans, ubi parum abfuit quin a belluis occideretur. Tandem ab aliis mercatoribus capta, divendita est cuidam militum Turcarum duci, qui eam propriae uxori et matris tyrannico imperio subiecit. Ibi saepius durissimis flagris est percussa, atque iussu crudelis herae eius corpus plurimis caesuris, intus sale refertis, vulneratum signatumque est, quod vulgo *tatuaggio* dicunt. Forti animo omnia tormentorum genera sustinuit et numquam de iis conquesta est ; natura se mitem et submissam semper se praebuit. Anno transacto penes illam Turcarum familiam, miserentissimus Deus, qui Creator est omnium et Pater, Servae Dei praesto fuit. Namque anno 1884, in urbe *Khartum,* servorum maxime celebrato foro, ab Italico Consule empta fuit, qui, etsi suam servam sibi retinuisset, blande et humaniter eam tractavit, atque biennio post in Italiam reversus secum adduxit donavitque amico valde diviti, qui plura negotia in Africa gerebat. Hic apud se habebat, in pago cui nomen *Mirano Veneto j* villicum valde

pium et propagandae religionis studiosum, qui mentem servae nigritanae praecipuis fidei christianae veritatibus vere illuminavit eiusque voluntatem ad divinam gratiam ultro recipiendam disposuit. Venetiis deinde in Pium Institutum Catechumenorum, cui tunc praeerant Filiae a Caritate, vulgo Canossianae appellatae, recepta fuit. Christianae religionis amore capta, apud Sorores Canossianas commorari deinde maluit potius quam in Africam reverti una cum eius hera, prae timore ne Deum, supernum suum Patronum amitteret. Gravissimis inde dissensionibus evictis et superatis, ope Italicae legis, Serva Dei libertate est anno 1889 donata et in civilium populorum consortium admissa *

Rite instituta, die 9 Ianuarii anno 1890, sacra Baptismi unda Deo regenerata est et cum Christo in Ecclesia coniuncta, impositis nominibus Iosephina Margarita Fortunata Bakhita, eodemque die et sacro chrismate illi ta et eucharistico pane primum nutrita est.

Meminisse sane iuvat Famulam Dei nullam religionem ante susceptum Baptismum coluisse; fuisse tamen testimonium animae naturaliter christianae, ut verbis utamur Tertulliani *(Apologeticum,* XVII, 6), quandoquidem, testante ipsamet, cum caelum stellis, luna soleque ornatum aspiceret, ea omnia veluti opera digitorum (cf. *Ps.* 8, 1) habuisse supremi cuiusdam Artificis ; effactamque Christianam peculiari tribuisse divinae Providentiae atque Deiparae Virginis protectioni quod variis in vitae adiunctis incolumis servata atque a quovis impudicitiae periculo et peccato praeservata fuerit.

Vocem Dei deinde ad religiosam vitam eam invitantis intime persentiens, ut Institutum Sororum Canossianarum ingredi posset, instanter postulavit. Et voti compos facta, novitiatus periodo absoluta, die 8 Decembris anno 1896 votis religiosis se Deo obstrinxit. In oppidum cui vulgo nomen *Schio* missa, plura ex ordine ei commissa fuere munia, uti coquae, ianitricis, rerum sacrarum custodis, atque militum aegrotantium curae fuit addicta ; in quibus officiis obeundis Famulae Dei virtus egregie enituit, praesertim angelica puritas, plena propriae voluntatis abdicatio, humilitas, fervensque in Deum et proximum caritas.

Per biennium 1933-1935, ut Missionibus proprii Instituti religiosi adiutricem praestaret operam, ex oboedientia singulas eiusdem Instituti domos, non sine incommodis, aequo animo tamen toleratis, perlustravit. Qua peregrinatione peracta, ad religiosam domum loci *Schio* reversa est ibique ad mortem usque est commorata. Deo favente et magno cum animi gaudio, anno 1943 decem lustra vitae religiosae feliciter explevit.

Serva Dei, ob saevitias aerumnasque quas captivitatis tempore est

passa, plura valetudinis incommoda sustinuit et iam diu arthritide et spirandi ambulandique difficultate laborabat. Quibus in morbis tolerandis vividiore luce virtutes eius eminebant eiusque cum Deo coniunctio magis magisque perficiebatur. Tandem hieme anni 1947 duplici, quae dicitur, pulmonitide correpta vitaeque finem persentiens, Ecclesiae sacramenta efflagitavit magnoque spiritus fervore recepit ; et Famula Dei, quae per quinquaginta et duos annos in religione Christo serviit, ea quidem suavitate et gaudio quae primitivum Christianorum fervorem redolent, in gaudium Domini die 8 Februarii eodem anno 1947 intravit, non parvam sanctitatis famam relinquens.

Qua autem perdurante, immo in dies crebrescente, canonicae inquisitiones ordinaria potestate in Curia episcopali Vicentina annis 1955-1958 instructae sunt ac Eomam transmissae, quas Sacra tunc Rituum Congregatio diligenter perpendit. Omnibus vero excussis, die 12 Iunii anno 1959, decretum super scriptis editum fuit ut ad ulteriora procedi posset. Postea, die 14 Iulii anno 1967, probante Paulo Papa VI, decretum exiit quo Causa ipsa apud Apostolicam Sedem introducta est. Adornatus est postmodum processus auctoritate ipsius Apostolicae Sedis apud eandem episcopalem Curiam Vicentinam, annis quidem 1968-1969, super virtutibus in specie Servae Dei ; de omnium autem processuum iuridica forma et validitate constat per decretum Sacrae huius Congregationis pro Causis Sanctorum die 16 Iulii anno 1971 datum.

Servatis igitur omnibus de iure servandis, concessaque a Summo Pontifice dispensatione a canone 2101 Codicis Iuris Canonici, quaestio instituta est apud eandem Sacram Congregationem super virtutibus in specie praedictae Servae Dei, et quidem primum, die 28 Februarii anno hoc 1978, in Congressu Peculiari Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum ; postea vero, die 25 Aprilis eodem anno, in Congregatione Plenaria, in qua Rev.mus Cardinalis Bernardinus Gantin, Causae huius ponens seu relator, dubium posuit discutiendum : *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.* Et omnes, qui convenerant, Patres adfirmando responderunt.

De praemissis omnibus certior factus, per infrascriptum Cardinalem Praefectum die 22 mensis Septembris anno hoc 1978, Summus Pontifex Ioannes Paulus I, fel. rec., responsum eorundem Patrum ratum habens, mandavit ut decretum super heroicis Servae Dei virtutibus rite appararetur.

Quod cum factum esset, Beatissimus Pater Ioannes Paulus II, accitis hodierno die Cardinalibus infrascripto Praefecto et Bernardino Gantin, Causae relatore, meque Antistite a Secretis ceterisque de more con vocandis, eisque astantibus edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Iosephinae Bakhita, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum promulgari et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 1 mensis Decembris, A. D. 1978.

CONRADUS Card. B **AFILE,** *Praefectus*

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza Ufficiale, per la presentazione delle Lettere Credenziali:

Giovedì, 5 Aprile 1979, S. E. il Sig. **BRIAN CLARENCE HILL**, Ambasciatore d'Australia presso la Santa Sede.

Sabato, 7 Aprile 1979, S. E. il Sig. **JOSEPH CHARLES LEONARD YVON BEAULNE**, Ambasciatore del Canada presso la Santa Sede.

Lunedì, 9 Aprile 1979, S. E. il Sig. **RAIMUNDO EMILIANI ROMAN**, Ambasciatore di Colombia presso la Santa Sede.

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza :

Giovedì, 5 Aprile 1979, S. E. F On. **EMILIO COLOMBO**, Presidente del Parlamento Europeo.

Lunedì, 30 Aprile 1979, Sir **SEEWOOSAGUR RAMGOOLAM**, Primo Ministro di Mauritius.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato :

28 aprile 1979. S. E. Mons. Agostino Casaroli, Arcivescovo tit. di Cartagine, ***Pro-Segretario di Stato*** e ***Pro-Prefetto del Consiglio per gli Affari Pubblici della Chiesa.***

» » » S. E. Mons. Giuseppe Caprio, Arcivescovo tit. di Apollonia, ***Pro-Presidente dell'Amministrazione del Patrimonio della Sede Apostolica.***

Con Breve Apostolico il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato :

22 aprile 1979. S. E. Mons. Alfio Rapisarda, Arcivescovo tit. di Canne, ***Nunzio Apostolico in Bolivia.*** •

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato :

11 aprile 1979. Mons. Luigi De Magistris *Reggente della Penitenzieria Apostolica.*
22 » » Mons. Fortunato Baldelli, Consigliere di Nunziatura, *Inviato Speciale con funzioni di Osservatore Permanente della Santa Sede presso il Consiglio d'Europa a Strasburgo.*

Protonotari Apostolici soprannumerari:

3 gennaio 1979. Mons. Brestel Joseph R. (Paterson).
13 » » Mons. Blois Arnoldo (San Miguel).

Prelati d'Onore di Sua Santità:

6 novembre 1978. Mons. Hitzler Johannes Bapt. (Augsburg).
» Mons. Laws Ernst (Warmia).
» Mons. Sauer Alfred (Augsburg).
» Mons. Wohlfrom Paul (Augsburg).
7 Mons. Guevara Zamora Fernando (Tampico).
9 Mons. Martínez Galeana Angel (Acapulco).
23 Mons. Stillemunkes Hermann Josef (Trier).
9 dicembre Mons. Connelly James A. (Hartford).
» » Mons. Mullen William J. (Hartford).
30 » Mons. Jakobs Werner (Fulda).
» » Mons. Reinelt Heinz (Breslavia).
5 gennaio 1979. Mons. Baus Carl (Trier).
Mons. Knauf t Wolf gang (Berlin).
Mons. Buchler William J. (Camden).
» Mons. Budney David F. j(Camden).
» Mons. Reynolds William J. (Camden).
» Mons. Tierney Patrick M. (Camden).
11 Mons. Schmitz Josef (Mainz).
» Mons. Ziegler Georg (Mainz).
24 Mons. Rösch Georg (Regensburg).
» Mons. Zausinger Ludwig (Regensburg).
13 febbraio Mons. De Clercq Charleé (Anvers).
23 » Mons. Gostoli Mario (Orte).
» » Mons. Sabellico Aristide (Chieti).
6 marzo Mons. Christiaens Jan (Malines-Bruxelles).
3 aprile Mons. Fraccari Luigi (Verona).

Cappellani di Sua Santità:

25 ottobre 1978. Il sac. Kaspar Franz (Limburg).
6 novembre » Il sac. Braun Karl Heinrich (Augsburg).
» » » Il sac. Hitzler Wunibald (Augsburg).

6 novembre 1978. Il sac. Löckher Franz (Augsburg).
» Il sac. Ruf Ludwig (Augsburg).
» » Il sac. Spoden Heinrich (Augsburg).
23 » Il sac. Ronig Franz (Trier).
4 dicembre Il sac. Jamieson David Ward (Winnipeg).
30 » Il sac. Tossolini Olivier Angel (Villa María).
24 gennaio 1979. Il sac. Eder Martin (Regensburg).
» » » Il sac. Grünwald Michael (Regensburg).
Il sac. Wölfl Karl (Regensburg).
5 febbraio Il sac. Pierre Christophe (Rennes).
15 » Il sac. Misiti Giuseppe (Santa Severina).
» Il sac. Morrone Giuseppe (Crotone).
» Il sac. Termineiii Antonino (Cariati).
18 Il sac. Borzone Luigi (Genova).
» Il sac. Capurro Alfredo (Genova).
» Il sac. Tubino Pietro (Genova).
27 Il sac. Rossetti Lorenzo (Sutri).

Gentiluomo di Sua Santità:

5 febbraio 1979. Il sig. Daza Gabriel A. (Manila).

ONORIFICENZE

Con Breve Apostolico il Santo Padre Giovanni Paolo II ha conferito :

La Gran Croce dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

28 ottobre 1978. Al sig. Czapiski Conte Emerico Hutten (Roma).

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha conferito :

La Commenda con Placea dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

20 novembre 1978. Al sig. Van der Josephus Johannes Maria (Utrecht).
28 gennaio 1979. Al sig. Barcelloni Corte Vincenzo (Belluno).
27 febbraio » Al sig. Parisini Christoph *(Austria).*

La Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

30 ottobre 1978. Al sig. Arntz Willelm Johannes Arnoldus (Rotterdam).

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

16 novembre 1978. Al sig. Van de Pavoordt Dionisio C. Pietro (Rotterdam).
7 febbraio 1979. Al sig. Marzi Massimo Filippo (Tarquinia).
21 » » Al sig. Abraham Anthony (St. Maron).
15 marzo » Al sig. Curatola Michele (Roma).
21 » » Al sig. González Rolando *(Cuba).*

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

9 dicembre 1978. Al sig. Piedmont William L. (Hartford).
» » » Al sig. Scheiber Eichard B. (Harford).
16 » » Al sig. Creemers Antonio M. J. (Bois-le-Duc).
20 gennaio 1979. Al sig. Dams Petrus Josephus (Bois-le-Duc).
23 » » Al sig. Bosetti Georges (Nanterre).
» » » Al sig. Williams George H. (Boston).
31 » » Al sig. Viola Luigi (Roma).
2 febbraio » Al sig. Azrak Charles (St. Maron).

Con Breve Apostolico il Santo Padre Giovanni Paolo II ha conferito :

La Gran Croce dell'Ordine di san Silvestro Papa:

22 novembre 1978. Al sig. Jaumann Anton (Augsburg).
» » » Al sig. Von Thum und Taxis Principe Karl August (Regensburg).

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Giovanni Paolo II ha conferito :

La Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

6 marzo 1979. Al sig. Paliotti Gaetano (Napoli).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

25 ottobre 1978. Al sig. Linke Franz (Augsburg),
20 dicembre » Al sig. Grignolio Piero (Casale Monferrato).
» » » Al sig. Semprini William (Fermo),
2 febbraio 1979. Al sig. Cola Marcello (Palestrina).
» » » Al sig. Tornassi Pietro Giuseppe (Palestrina).
15 » » Al sig. Valacchi Antonio (Belluno),
25 » » Al sig. Gamberini Pietro (Treviso).
27 » » Al sig. Tomamichel Giovanni (Coirà),
6 marzo » Al sig. Fiore Enrico (Napoli).
» » » Al sig. Rossi Romolo (Roma).
» » Al sig. Torregrossa Giovanni (Roma).
10 » » Al sig. Venditti Francesco (Roma).

NECROLOGIO

aprile 1979. Mons. Ignacio Arbulú Pineda, Vescovo di Huânuco *(Peru).*
» » Mons. Josef Stangl, Vescovo già di Würzburg *(Deutschland).*
» » Mons. John Baptiste Theunissen, Arcivescovo tit. di Skálholt.
18 » » Mons. Marko Alaupovié, Arcivescovo tit. di Segisama.
20 » » Mons. Josef Hiltl, Vescovo tit. di Costantina.
24 » » Mons. Francis J. Furey, Arcivescovo di San Antonio *(U.S.A.).*

An. et vol. LXXI 15 Maii 1979 N. 7

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

CONSTITUTIO APOSTOLICA

De studiorum Universitatibus et Facultatibus Ecclesiasticis

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

PROOEMIUM

I

SAPIENTIA CHRISTIANA, quam ex divino mandato Ecclesia docet, Christifideles continuo incitat ut humanas res atque navitates in unam vitalem synthesim colligere studeant cum religiosis bonis, sub quorum ordinatione omnia in Dei gloriam atque ad integram hominis perfectionem, corporis animique bona complectentem, mutuo nexu componuntur.[1]

Etenim evangelizandi munus, quod proprium est Ecclesiae, non solum postulat ut Evangelium praedicetur intra latiores semper locorum fines atque hominum multitudines usque maiores, sed etiam ut ipsius Evangelii virtute informentur rationes

[1] Cfr. Conc. Oecum. Vat. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* nn. 43 ss. : *AAS* 58 (1966), pp. 1061 ss.

cogitandi, criteria iudicandi, normae agendi ; ut paucis dicamus, oportet ut tota hominis cultura Evangelio perfundatur.[2]

Culturalis ambitus enim, in quo homo vivit, magnam vim habet ad eius cogitandi rationem et consequenter agendi habitum; quare discidium inter fidem et culturam haud leve exstat impedimentum evangelizationis, e contra cultura spiritu christiano informata instrumentum favens est Evangelii diffusioni.

Evangelium praeterea, quod omnibus populis cuiusvis aetatis et regionis destinatur, cum nulla particulari cultura unice conectitur, sed omnes culturas ita pervadere valet ut eas divinae Revelationis lumine illustret, hominumque mores purificet et in Christo restauret.

Quare Ecclesia Christi Bonum Nuntium ita ad omnes usque ordines generis humani afferre nititur ut singulorum hominum, et omnium universim, conscientiam convertere valeat, atque eorum opera et incepta, ac totam eorum vitam necnon omnem, in quo ipsi versantur, socialem ambitum Evangelii luce perfundere. Hac ratione Ecclesia, humanum quoque civilemque cultum promovendo, proprium implet evangelizandi munus.[3]

II

In hac Ecclesiae actione circa culturam peculiare momentum habuerunt et habent Catholicae studiorum Universitates, quae natura sua ad hoc tendunt ut « veluti publica, stabilis atque universalis praesentia efficiatur mentis christianae in toto culturae altioris promovendae studio ».[4]

Etenim in Ecclesia a prima eius aetate — ut Decessor Noster Pius PP. XI, fel. rec, recolebat in prooemio Constitutionis

[2] Cfr. PAULI VI Adhort. Apost. *Evangelii Nuntiandi,* nn. 19-20 : *AAS* 68 (1976), pp. 18s.

[3] Cfr. *Ibid.,* n. 18 : *AAS* 68 (1976), pp. 17s., et Conc. Oecum. Vat. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* n. 58 : *AAS* 58 (1966), p. 1079.

[4] Conc. Oecum. Vat. II, Declar. de Educatione christiana *Gravissimum Educationis,* n. 10: *AAS* 58 (1966), p. 737.

Apostolicae « Deus scientiarum Dominus »[5] — ***didascaleia*** exorta sunt ad christianam sapientiam docendam, qua vita moresque hominum imbuerentur. Ex his christianae sapientiae domiciliis suam hauserunt scientiam praestantissimi Ecclesiae Patres et Doctores, Magistri et Scriptores ecclesiastici.

Labentibus vero saeculis, sollerti potissimum episcoporum ac monachorum opera, prope cathedrales ecclesias atque monachorum coenobia scholae constitutae sunt, quae tum ecclesiasticam doctrinam tum civilem cultum, veluti unum quiddam efficientes, promovebant. Inde ortae sunt studiorum Universitates, gloriosum illud Mediae Aetatis institutum, quod ab initio Ecclesiam liberalissimam matrem atque patronam habuit.

Postquam vero rei publicae moderatores, boni communis solliciti, proprias Universitates instaurare et promovere coeperunt, Ecclesia, pro sibi indita natura, eiusmodi sapientiae veluti sedes docendique instituta condere atque fovere non destitit, sicuti testantur plures Catholicae Universitates recentiore quoque tempore in omnibus fere mundi partibus erectae. Etenim Ecclesia, conscia salvifici sui muneris in universo terrarum orbe, peculiariter coniuncta sibi habere cupit haec superioris institutionis domicilia, eaque vult ubique vigere atque efficaciter operari ut verum Christi nuntium in humanae culturae provincia praesentem efficiant ac provehant.

Quo melius Catholicae Universitates hunc assequerentur finem, earum sociatam operam fovere voluit Decessor Noster Pius PP. XII cum, Litteris Apostolicis die xxvn mensis Iulii anno MCMXLIX datis, Catholicarum studiorum Universitatum Foederationem erexit ac constituit, quae <c complecti valeat Athenaea, quae vel Sancta Sedes ipsa per orbem canonice erexit erigetve in posterum, vel tamquam ad normam catholicae institutionis directa eique plane conformata aperte agnoverit».[6]

[5] *AAS* 23 (1931), p. 242.
[6] *AAS* 42 (1950), p. 387.

Quare Concilium Vaticanum II hoc asserere non dubitavit : « has altioris ordinis scholas Ecclesia sedula prosequitur cura » ; et impense hortatum est ut Universitates Catholicae « in diversis terrae partibus convenienter distributae promoveantur », in iisque « alumni formentur homines doctrina vere praestantes, gravioribus officiis in societate obeundis parati atque fidei in mundo testes ».[7] Ut enim Ecclesia probe novit, « sors societatis et ipsius Ecclesiae cum iuvenum altiora studia excolentium profectu intime conectitur ».[8]

III

Mirum tamen non est inter Catholicas Universitates Ecclesiam singulari iugiter studio promovisse ***Facultates*** et ***Universitates Ecclesiasticas,*** eas nempe quae de christiana Revelatione et de iis, quae cum ipsa conectuntur, praesertim agunt, ac propterea cum proprio evangelizandi munere arctius coniunguntur.

His Facultatibus imprimis gravissimum concredidit officium proprios studentes peculiari cura praeparandi ad ministerium sacerdotale, ad magisterium in scientiis sacris exercendum, ad magis ardua apostolatus munera suscipienda. Harum Facultatum pariter officium est « varias sacrarum disciplinarum regiones altius pervestigare ita ut profundior in dies Sacrae Revelationis intellectus obtineatur, patrimonium sapientiae christianae a maioribus .traditum plenius aperiatur, dialogus cum fratribus seiunctis et cum non. christianis promoveatur atque quaestionibus a doctrinarum progressu exortis respondeatur ».[9]

Etenim novae scientiae et nova inventa nova ponunt problemata, quae disciplinas sacras interrogant et provocant. Quare oportet ut scientiarum sacrarum cultores, dum prima-

[7] **Conc. Oecum. Vat. II, Declar. de Educatione christiana *Gravissimum Educationis,* n. 10 : *AAS* 58 (1966), p. 737.**

[8] ***IUd.***

[9] ***Ibid.,* n. 11: *AAS* .58 (1966), p. 738.**

rium munus adimplent theologica inquisitione altiorem veritatis revelatae cognitionem assequendi, commercium foveant cum aliarum disciplinarum cultoribus, sive de credentibus sive de non credentibus agatur, atque conentur eorum affirmationes discernere et interpretari ac sub veritatis revelatae lumine diiudicare.[10]

Ex hac assidua cum rebus ipsis consuetudine incitantur quoque theologi ad aptiorem modum inquirendum doctrinam communicandi cum coaevis hominibus in diversis culturis versantibus; etenim « aliud est ipsum depositum fidei, seu veritates quae veneranda doctrina nostra continentur, aliud modus quo eaedem enuntiantur, eodem tamen sensu eademque sententia».[11] Quod valde iuvabit ut in populo Dei religionis cultus animique probitas pari gressu procedant cum scientiarum et technicarum artium progressu, atque in cura pastorali fideles ad puriorem et maturiorem fidei vitam gradatim ducantur.

Coniunctioni vero cum evangelizandi munere locus est etiam in Facultatibus illarum scientiarum quae, quamvis peculiarem nexum cum christiana Revelatione non habeant, attamen ad evangelizationis opus magnopere conferre possunt, et hac ratione ab Ecclesia considerantur, uti Facultates Ecclesiasticae eriguntur, et propterea cum Sacra Hierarchia peculiarem necessitudinem habent.

Quare Apostolica Sedes, ad proprium munus implendum, ius et officium persentit Facultates Ecclesiasticas erigendi ac promovendi, quae ex ipsa pendeant, sive separatim exsistentes sive in Universitates insertae, ad sacrorum alumnos necnon ad laicos studentes destinatae, et vehementer exoptat totius

[10] Cfr. Conc. Oecum. Vat. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* n. 62 : *AAS* 58 (1966), p. 1083.

[11] Cfr. IOANNES XXIII, *Allocutio ad inchoandum Conc. Oecum. Vat. II: AAS* 54 (1962), p. 792; Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* n. 62 : *AAS* 58 (1966), p. 1083.

populi Dei sub Pastorum ductu cooperationem, ut haec sapientiae domicilia ad fidei et vitae christianae incrementum efficaciter conferant.

IV

Facultates Ecclesiasticae — quae ad bonum commune Ecclesiae ordinantur atque quiddam pretiosum toti communitati ecclesiali sunt habendae — consciae sint oportet proprii momenti in Ecclesia suaeque participationis, pro sua parte, in Ecclesiae ministerio. Illae vero ex iis, quae proxime de christiana Revelatione tractant, etiam memores sint mandati, quod Christus Supremus Magister eidem Ecclesiae circa hoc ministerium hisce verbis dedit: « Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, docentes eos servare omnia quaecumque mandavi vobis » (*Mt* 28, 19-20). Quibus omnibus perpensis, absoluta consequitur harum Facultatum adhaesio, qua integrae Christi doctrinae iunguntur, cuius authenticus interpres et custos volventibus saeculis Magisterium Ecclesiae semper exstitit.

Conferentiae Episcoporum apud singulas nationes et regiones exstantes huiusmodi Facultates sedula prosequantur cura earumque progressum, simul vero fidelitatem erga Ecclesiae doctrinam incessanter foveant, ut toti fidelium communitati testimonium praebeant animi plene dediti praefato Christi mandato. Quod testimonium tum Facultas qua talis, tum omnia et singula eius membra iugiter ostendant oportet. Universitates enim Facultatesque Ecclesiasticae in Ecclesiae aedificationem ac profectum Christifidelium constitutae sunt, idque semper prae oculis tamquam criterium suae impensae operae habeant necesse est.

Docentes imprimis, graviore responsabilitate instructi, utpote qui peculiare Verbi Dei ministerium obeant sintque iuvenibus magistri fidei, sint pro studentibus ceterisque Christi fidelibus vivae veritatis evangelicae testes necnon fidelitatis

erga Ecclesiam exempla. Expedit quidem ad rem graviora Pauli Papae VI verba memorare : « Theologi munus exercetur ad communionis ecclesialis aedificationem, ut populus Dei in fidei experientia crescat ».[12]

V

Ad proprios fines obtinendos oportet ut Facultates Ecclesiasticae ita ordinentur ut novis volventis aetatis postulationibus apte respondeant; quare ipsum Concilium Vaticanum II statuit earum leges recognoscendas esse.[13]

Etenim Constitutio Apostolica « Deus scientiarum Dominus », a Decessore Nostro Pio PP. XI die xxiv mensis Maii anno MCMXXXI promulgata, multum suo tempore contulit ad superiora studia ecclesiastica renovanda; attamen ob nova vitae adiuncta opportunas accommodationes et innovationes requirit.

Revera, decursu quinquaginta fere annorum, mutationes magnae factae sunt, non tantum in societate civili, sed etiam in ipsa Ecclesia. Magni enim eventus acciderunt, velut imprimis Concilium Vaticanum II, qui tum internam Ecclesiae vitam affecerunt, tum eius relationes externas, sive cum christianis aliarum Ecclesiarum, sive cum non christianis atque cum non credentibus necnon cum omnibus humanioris cultus fautoribus.

Illud praeterea accidit quod scientiae theologicae magis in dies animos intentos faciunt non solum clericorum sed etiam laicorum, qui semper frequentiores ad scholas theologicas accedunt, quae propterea annis proxime praeteritis valde multiplicatae sunt.

[12] PAULI VI Epist. *Le transfert à Louvain-la-Neuve* ad Magnificum Rectorem Universitatis Catholicae Lovaniensis, d. 13 Sept. 1975 (cfr. *L'Osservatore Romano,* d. 22-23 Sept. 1975); cfr. Nostras Litt. Enc. *Redemptor Hominis,* n. 19: *AAS* 71 (1979), pp. 305 ss.

[13] Conc. Oecum. Vat. II, Declar. de Educatione christiana *Gravissimum Educationis,* n. 11 : *AAS* 58 (1966), p. 738.

Denique novus mentis habitus apparet circa ipsam Universitatis et Facultatis, tum civilis tum ecclesiasticae, compagem, ob iustum desiderium vitae universitatis magis participandae, quo omnes moventur, qui quocumque modo in ea partem habent.

Neque neglegenda est magna ***evolutio*** in methodis paedagogicis et didacticis, quae novas rationes studia ordinandi postulant; atque arctior nexus, qui in dies sentitur inter varias scientias et disciplinas, necnon desiderium maioris cooperationis in toto universitatis ambitu.

Ut his novis postulatis satisfaceret, Sacra Congregatio pro Institutione Catholica, Concilii mandato obsecuta, iam anno MCMLXVII renovationem ad mentem Concilii aggressa est; ac die XX mensis Maii anno MCMLXVIII ab ea promulgatae sunt « Normae quaedam ad Constitutionem Apostolicam "Deus scientiarum Dominus" de studiis academicis ecclesiasticis recognoscendam », quae salutarem vim hisce annis exercuerunt.

VI

Nunc vero opus complendum et perficiendum est nova lege, quae — abrogata Constitutione Apostolica « Deus scientiarum Dominus », cum adnexis Ordinationibus, necnon memoratis Normis ab eadem Sacra Congregatione die xx mensis Maii anno MCMLXVIII editis — elementa, quae in his documentis adhuc valida habentur, assumat ac novas normas statuat, quibus renovatio, iam feliciter inchoata, explicetur et compleatur.

Neminem sane fugiunt difficultates, quae opponi videntur novae Constitutionis Apostolicae promulgationi. Est imprimis « temporis fluxus », qui tam celeres mutationes affert ut nihil stabile ac permanens statui posse videatur; est praeterea « locorum diversitas » quae talem pluralismum, quem vocant, postulare censetur ut normae communes, ubique terrarum vigentes, fere impossibiles esse videantur.

Attamen, cum ubique terrarum Facultates Ecclesiasticae habeantur, quae a Sancta Sede erectae vel approbatae sint, et nomine eiusdem Apostolicae Sedis gradus academicos conferant, necesse est ut quaedam substantialis unitas servetur et res requisitae ad gradus academicos consequendos clare determinentur et ubique vigeant. Curandum sane est, ut ea, quae necessaria sint quaeque satis stabilia fore praevideatur, lege statuantur, simulque congrua relinquatur libertas ut in propriis singularum Facultatum Statutis ulterius res definiantur, ratione habita regionum adiunctorum et universitatum usus in unaquaque regione vigentis. Hoc modo legitimus studiorum academicorum progressus non impeditur nec coarctatur, sed potius recta semita dirigitur quo uberiores fructus obtinere valeat; simul vero in legitima Facultatum diversitate unitas Catholicae Ecclesiae etiam in his superioris institutionis domiciliis omnibus innotescet.

Quapropter Sacra Congregatio pro Institutione Catholica, Decessoris Nostri Pauli VI mandato, consilia imprimis iniit cum ipsis Universitatibus et Facultatibus Ecclesiasticis, necnon cum Romanae Curiae Dicasteriis aliisque, quorum interest; postea vero virorum peritorum coetum constituit qui, sub eiusdem Congregationis moderamine, leges de studiis academicis ecclesiasticis accurate recognovit.

Quibus feliciter peractis, in eo erat ut Paulus VI hanc Constitutionem promulgaret, sicut ardenter optabat, cum e vivis ereptus est; et pariter inopinata mors impedivit quominus Ioannes Paulus I idem perficeret. Nos vero, re iterum diligenter perpensa Nostra Apostolica Auctoritate has, quae sequuntur, leges et normas decernimus atque statuimus.

PARS PRIMA

NORMAE COMMUNES

Titulus I

DE UNIVERSITATUM FACULTATUMVE ECCLESIASTICARUM NATURA ET FINE

Art. 1. Ecclesia, ad evangelizationis ministerium implendum a Christo sibi concreditum, ius et officium habet erigendi ac promovendi Universitates et Facultates, quae ex ipsa pendeant.

Art. *2.* Universitates et Facultates Ecclesiasticae in hac Constitutione eae dicuntur, quae, ab Apostolica Sede canonice erectae vel approbatae, sacram doctrinam et scientias, quae cum ipsa conectuntur, excolunt et tradunt, cum iure gradus academicos conferendi auctoritate Sanctae Sedis.

Art. *3.* Fines Facultatum Ecclesiasticarum sunt:

§ 1. scientifica investigatione proprias disciplinas excolere atque provehere, imprimis vero in christianam Revelationem, et quae cum ea conectuntur, profundius penetrare, eius veritates systematice enucleare, novas progredientis aetatis quaestiones in eius luce considerare et coaevis hominibus in diversis culturis accommodata ratione exhibere;

§ 2. studentes in propriis disciplinis secundum doctrinam catholicam altius instituere, eosque ad munera obeunda congrue praeparare, atque formationem continuam seu permanentem in Ecclesiae ministris promovere;

§ 3. in toto evangelizationis ministerio Ecclesiis, tum particularibus tum universali, arcta cum Hierarchia coniunctione, pro sua natura, impensam operam praestare.

Art. *4.* Conferentiarum Episcopalium munus est vitam ac progressum Universitatum Facultatumve Ecclesiasticarum sollicite prosequi ob peculiare earum momentum ecclesiale.

Art. 5. Canonica erectio vel approbatio Universitatum et Facultatum Ecclesiasticarum reservatur Sacrae Congregationi pro Institutione Catholica, quae ad normam iuris [14] easdem moderatur.

Art. **6.** iSolis Universitatibus et Facultatibus a Sancta Sede canonice erectis vel approbatis, atque ad normam huius Constitutionis ordinatis, ius est conferendi gradus academicos, qui valorem canonicum habeant, salvo peculiari iure Pontificiae Commissionis Biblicae.[15]

Art. 7. Statuta uniuscuiusque Universitatis vel Facultatis, ad normam huius Constitutionis conficienda, approbatione indigent Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica.

Art. 8. Facultates Ecclesiasticae a Sancta Sede erectae vel approbatae in Universitatibus non ecclesiasticis, quae gradus academicos conferant tum canonicos tum civiles, praescripta huius Constitutionis servare debent, ratione habita conventionum, quae a Sancta Sede cum variis Nationibus vel cum ipsis Universitatibus initae sint.

Art. 9. § 1. Facultates, quae ab Apostolica Sede non sint canonice erectae neque approbatae, nequeunt gradus academicos conferre valorem canonicum habentes.

§ 2. Gradus academici ab his Facultatibus collati, ut valere possint ad quosdam tantum effectus canonicos, agnitione Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica indigent.

§ 3. Ad quam agnitionem, peculiari ex causa singulis gradibus concedendam, condiciones ab eadem Sacra Congregatione statutae implendae sunt.

[14] **Cfr. PAULI VI Const. Apost.** ***Regimini Ecclesiae universae,*** **n. 78:** ***AAS*** **59 (1967), p. 914.**

[15] **Cfr. PAULI VI Litt. Apost, motu proprio dat.** ***Sedula cura : AAS*** **63 (1971), pp. 665 ss., et Pont. Commissionis Biblicae Decr.** ***Ratio periclitandae doctrinae: AAS*** **67 (1975), pp. 153 ss.**

Art. 10. Ad hanc Constitutionem rite exsequendam serventur Ordinationes Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica.

Titulus II

DE COMMUNITATE ACADEMICA EIUSQUE REGIMINE

Art. 11. § 1. Cum Universitas vel Facultas quandam communitatem efficiant, omnes in ea personae, sive singulae sive in consiliis adunatae, pro sua cuiusque condicione, ***conresponsabiles*** boni communis se sentiant oportet atque ad finem assequendum operam suam sedulo praestent.

§ 2. Quare earum in communitate academica iura et officia accurate in Statutis determinanda sunt ut intra limites definitos rite exerceantur.

Art. 12. Magnus Cancellarius Sanctam Sedem repraesentat apud Universitatem vel Facultatem pariterque hanc apud Sanctam Sedem, eius conservationem atque progressum promovet, communionem fovet cum Ecclesia particulari et universali.

Art. *IS.* § 1. Magnus Cancellarius est Praelatus Ordinarius e quo Universitas vel Facultas iure pendent, nisi Apostolica Sedes aliter statuerit.

§ 2. Ubi adiuncta suadeant, haberi potest etiam Vice Magnus Cancellarius, cuius auctoritas in Statutis determinanda est.

Art. 14. Si Magnus Cancellarius sit alius ab Ordinario loci, normae statuantur, quibus uterque proprium munus concorditer implere valeat.

Art. 15. Auctoritates academicae sunt personales et collegiales. Auctoritates personales sunt imprimis Rector vel Praeses, et Decanus. Auctoritates collegiales sunt varia organa directoria seu Consilia Universitatis vel Facultatis.

Art. 16. Universitatis vel Facultatis Statuta accuratius determinent nomina et officia Auctoritatum academicarum, quibusque modis et ad quod tempus designentur, ratione habita tum naturae canonicae Universitatis vel Facultatis, tum praxis universitatum propriae regionis.

Art. 17. Auctoritates academicae designentur ex personis, quae universitatum vitae vere peritae sint, et communiter ex alicuius Facultatis docentibus.

Art. 18. Rector et Praeses a Sacra Congregatione pro Institutione Catholica nominantur vel saltem confirmantur.

Art. 19. **§ 1.** Statuta determinent quomodo inter se cooperari debeant Auctoritates personales et collegiales ita ut, ratione collegiali in rebus praesertim gravioribus, in primis academicis, sedulo servata, Auctoritates personales ea potestate fruantur, quae earum officio vere respondeat.

§ 2. Quod imprimis de Rectore dicendum est, quippe qui officium totam Universitatem moderandi habeat atque aptis modis eius unitatem, cooperationem, progressum promovendi.

Art. 20. **§ 1.** Ubi Facultates partes sunt Universitatis Ecclesiasticae, earum regimen Statutis rite componatur cum totius Universitatis regimine, ita ut bonum tum singularum Facultatum tum Universitatis convenienter promoveatur atque cooperatio omnium Facultatum inter se foveatur.

§ 2. Canonicae vero necessitates Facultatum Ecclesiasticarum servandae sunt etiam, cum hae in Universitatem non Ecclesiasticam insertae sint.

Art. 21. Si Facultas cum aliquo Seminario vel Collegio coniuncta sit, salva debita cooperatione in omnibus, quae ad bonum studentium pertinent, Statuta clare et efficaciter provideant ut rectio academica et administratio Facultatis a regimine et administratione Seminarii vel Collegii rite distinguantur.

Titulus III

DE DOCENTIBUS

Art. *22.* In unaquaque Facultate numerus docentium, imprimis stabilium, habeatur, qui ponderi et incremento disciplinarum necnon debitae curae et profectui studentium respondeat.

Art. *23.* Sint varii ordines docentium, in Statutis determinandi secundum gradum praeparationis, insertionis, stabilitatis et ***responsabilitatis*** in Facultate, ratione opportune habita praxis universitatum propriae regionis.

Art. *2Jf..* Statuta definiant, ad quas Auctoritates spectent cooptatio, nominatio, promotio docentium, praesertim cum agatur de munere stabili eis conferendo.

Art. *25.* § 1. Ut quis inter Facultatis docentes stabiles legitime cooptetur, requiritur ut:

1° doctrinae copia, vitae testimonio et ***responsabilitatis sensu*** perspectus sit;

2° doctoratu congruenti vel aequipollenti titulo aut prorsus singularibus meritis scientificis praeditus sit;

3° certis documentis, speciatim dissertationibus publici iuris factis, ad investigationem scientificam idoneum se probaverit;

4° paedagogicam habilitatem ad docendum demonstret.

§ 2. Haec requisita ad docentes stabiles cooptandos congrua ratione applicanda sunt docentibus non stabilibus.

§ 3. Requisita scientifica ad docentes cooptandos in praxi universitatum regionis vigentia opportune considerentur oportet.

Art. *26.* § 1. Omnes cuiusvis generis docentes vitae probitate, doctrinae integritate ac muneris diligentia iugiter praediti

sint ut ad finem Facultatis Ecclesiasticae proprium efficaciter conferre valeant.

§ 2. Qui docent res ad fidem vel mores spectantes, conscii sint oportet hoc munus explendum esse in plena communione cum authentico Magisterio Ecclesiae, imprimis Romani Pontificis.[16]

Art. *27.* § 1. Missionem canonicam a Magno Cancellario, vel ab eius delegato, accipere debent, professione fidei peracta, qui disciplinas ad fidem vel mores spectantes docent; non enim propria auctoritate docent, sed vi missionis ab Ecclesia acceptae. Ceteri vero docentes a Magno Cancellario, vel ab eius delegato, veniam docendi accipere debent.

§ 2. Docentes omnes, antequam muneris stabilis collationem accipiant vel antequam ad supremum ordinem didacticum promoveantur, vel in utroque casu, prout in Statutis definiatur, declaratione « Nihil obstat » Sanctae Sedis indigent.

Art. *28.* Promotio ad superiores ordines fit congruo temporis intervallo, iuxta docendi peritiam, investigationes peractas, opera scientifica publici iuris facta, spiritum cooperationis in docendo et investigando, et Facultati se devovendi studium.

Art. *29.* Docentes, ut suo muneri satisfacere possint, liberi sint ab aliis muneribus, quae cum ipsorum officio investigandi et docendi, prout a singulis docentium ordinibus in Statutis postuletur, componi nequeant.

Art. *30.* Statuta determinent:

a) quando et quibus condicionibus docentes a munere cessent;

b) quales ob causas qualique procedendi modo a munere suspendi vel etiam eo privari possint, ita ut iuribus tum docentis, tum Facultatis vel Universitatis, imprimis eius studentium, necnon ipsius communitatis ecclesialis, apte provideatur.

[16] Cfr. Conc. Oecum. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 25; *AAS* 57 (1965), pp. 29-31.

Titulus IV

DE STUDENTIBUS

Art. *31.* Facultates Ecclesiasticae omnibus patent, sive clericis sive laicis, qui, legitimo testimonio praediti, vitae moribus ac studiis praeviis idonei sint ut Facultati adscribantur.

Art. *32.* § 1. Ut quis Facultati ad gradus academicos consequendos adscribi possit, afferre debet studiorum titulum, qui necessarius sit ad admissionem in Universitatem civilem propriae regionis vel nationis, in qua sit Facultas.

§ 2. Facultas in propriis Statutis determinet, quaenam, praeter ea, quae in § 1 dicta sunt, forte requirantur ad proprium studiorum curriculum ingrediendum, etiam quoad linguarum sive antiquarum sive recentium cognitionem.

Art. *33.* Studentes leges Facultatis circa omnem ordinationem ac disciplinam — imprimis circa rationem studiorum, frequentiam, examina — necnon cetera, quae ad vitam Facultatis pertinent, fideliter servare debent.

Art. *34.* Statuta definiant quomodo studentes, sive singuli sive consociati, partem habeant in vita communitatis ***universitariae*** circa ea, in quibus ad bonum commune Facultatis vel Universitatis ipsi conferre valeant.

Art. *35.* Statuta pariter determinent quomodo studentes, ob graves causas, a quibusdam iuribus suspendi vel iis privari possint, vel etiam a Facultate excludi, ita ut iuribus tum studentis tum Facultatis vel Universitatis, necnon ipsius communitatis ecclesialis, apte provideatur.

Titulus V

DE OFFICIALIBUS ET ADMINISTRIS

Art. *36.* § 1. In Universitate vel Facultate regenda et administranda Auctoritates adiuventur ab Officialibus, in proprio munere rite versatis.

§ 2. Officiales sunt imprimis Secretarius, Bibliothecarius, Oeconomus.

Art. *37.* Habeantur quoque Administri, qui addicti sint custodiae, ordini aliisque officiis tuendis, secundum necessitates Universitatis vel Facultatis.

Titulus VI

DE RATIONE STUDIORUM

Art. *38.* § 1. In studiorum ordinatione accurate serventur principia et normae, quae pro diversitate materiae in documentis ecclesiasticis, praesertim Concilii Vaticani II, continentur; simul vero ratio habeatur probatarum acquisitionum, quae ex progressu scientifico oriuntur et ad quaestiones solvendas, quae in praesenti agitantur, peculiariter conferunt.

§ 2. Methodus scientifica in singulis Facultatibus adhibeatur postulationibus respondens, quae singularum scientiarum propriae sunt. Recentes quoque methodi didacticae et paedagogicae opportune applicentur, quibus personalis studentium navitas eorumque in studiis pars actuosa aptius promoveantur.

Art. *39.* § 1. Ad normam Concilii Vaticani II, pro singularum Facultatum indole:

I° iusta agnoscatur libertas[17] in investigando et docendo,

[17] Cfr. Conc. Oecum. Vat. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* n. 59: *AAS* 58 (1966), p. 1080.

ut verus progressus obtineri possit in veritate divina cognoscenda et intellegenda;

2° simulque pateat: ***a)*** veram libertatem in docendo necessario contineri intra limites verbi Dei, prout iugiter a vivo Magisterio Ecclesiae docetur;

b) item veram libertatem in investigando necessario niti firma adhaesione verbo Dei et obsequenti sui dispositione erga Magisterium Ecclesiae, cui munus concreditum est verbum Dei authentice interpretandi.

§ 2. Quapropter in re tam gravi multaeque prudentiae, cum fiducia et sine suspicione, simul vero cum consilio et sine temeritate, praesertim in docendo, procedendum est; atque postulationes scientificae cum pastoralibus necessitatibus populi Dei studiose componendae sunt.

Art. 40. In qualibet Facultate studiorum curriculum rite ordinetur per varios gressus seu cyclos, aptandos prout materia postulet, ita ut communiter:

a) imprimis generalis institutio tradatur, cohaerente omnium disciplinarum expositione, una cum introductione in usum methodi scientificae;

b) dein in aliqua disciplinarum ***sectione*** studium profundius instituatur, ac simul usu scientificae investigationis methodi plenius exerceantur studentes;

c) tandem ad scientificam maturitatem progressus fiat, praesertim per opus scriptum, quod ad scientiae profectum vere conferat.

Art. 41. **§ 1.** Disciplinae determinentur, quae ad proprium Facultatis finem obtinendum necessario requirantur, quae vero ad ipsum consequendum diversa ratione adiuvent, ideoque quomodo opportune inter se distinguantur.

§ 2. Disciplinae ita ordinentur in singulis Facultatibus ut corpus organicum constituant, solidae et cohaerenti studentium

formationi inserviant, ac mutuam docentium cooperationem faciliorem reddant.

Art. 42. Lectiones, praesertim in cyclo institutionali, necessario habendae sunt et studentibus frequentandae secundum normas in Statutis determinandas.

Art. 43. Exercitationes et seminaria, praecipue in cyclo ***specializationis,*** sub docentium ductu, assidue fiant, ac studio privato et frequenti cum docentibus colloquio iugiter compleantur.

Art. 44. Statuta Facultatis definiant, quae examina vel aequipollentia experimenta studentibus subeunda sint, sive scripto sive ore facta, in fine semestris vel anni, ac praesertim cycli, ut eorum profectus comprobetur ad studia in Facultate prosequenda et ad gradus academicos consequendos.

Art. 45. Statuta pariter determinent, quae ratio habenda sit studiorum, quae alibi peracta sint, respectu praesertim dispensationis concedendae a quibusdam disciplinis vel examinibus vel etiam ipsius curriculi contrahendi, servatis praescriptis Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica.

Titulus VII

DE GRADIBUS ACADEMICIS

Art. 46. § 1. Post singulos cyclos curriculi studiorum congruens gradus academicus conferri potest, qui pro singulis Facultatibus statuendus est, attentis tum spatio cycli tum disciplinis in eo traditis.

§ 2. Quare, secundum normas communes et speciales huius Constitutionis, in Statutis singularum Facultatum accurate determinentur omnes gradus, qui conferantur et quibus condicionibus.

Art. 47. § 1. Gradus academici, qui a Facultate Ecclesiastica conferuntur, sunt: Baccalaureatus, Licentia, Doctoratus.

§ 2. His gradibus, pro diversitate Facultatum et ordinationis studiorum in singulis Facultatibus, peculiares ***qualificationes*** addi possunt.

Art. 48. Gradus academici in Statutis singularum Facultatum aliis quoque nominibus exprimi possunt, ratione habita praxis universitatum propriae regionis, dummodo aequipollentia cum gradibus academicis supra memoratis clare significetur atque uniformitas servetur in Facultatibus Ecclesiasticis eiusdem regionis.

Art. 49. **§ 1.** Nemo gradum academicum obtinere potest nisi Facultati fuerit rite adscriptus, studiorum curriculum Statutis praescriptum absolverit, atque in examinibus vel experimentis probatus fuerit.

§ 2. Nemo ad Doctoratum admittatur nisi antea Licentiam consecutus sit.

§ 3. Ad Doctoratum consequendum requiritur praeterea dissertatio doctoralis, quae ad scientiae progressum vere conferat, sub docentis ductu exarata, publica disceptatione expensa, collegialiter approbata, et saltem praecipua ex parte publici iuris facta.

Art. 50. § 1. Doctoratus est gradus academicus, qui aliquem habilem reddit ad docendum in Facultate ideoque ad id requiritur; Licentia est gradus academicus, qui habilem reddit ad docendum in seminario maiore vel aequipollentia schola ideoque ad id requiritur.

§ 2. Gradus academici, qui requiruntur ad varia munera ecclesiastica obeunda, a competenti Auctoritate Ecclesiastica statuuntur.

Art. 51. Doctoratus ad honorem ob peculiaria merita scientifica vel culturalia in promovendis scientiis ecclesiasticis acquisita conferri potest.

Titulus VIII

DE REBUS DIDACTICIS

Art. *52.* Ad fines proprios assequendos, maxime ad investigationes scientificas peragendas, in unaquaque Universitate vel Facultate congruens bibliotheca adsit, ad docentium et studentium usum accommodata, recto ordine disposita et opportunis catalogis instructa.

Art. *53.* Congrua pecuniae summa, quotannis assignata, bibliotheca continuo augeatur libris, tum antiquis tum recens scriptis, atque praecipuis commentariis periodicis, ita ut disciplinis tam investigandis et tradendis quam discendis atque exercitationibus et seminariis perficiendis efficaciter servire possit.

Art. *54.* Bibliothecae praefiniatur peritus in hac re, qui apto Consilio adiuvetur, et Consilia Universitatis vel Facultatis opportune participet.

Art. *55.* § 1. Instrumenta quoque technica, ***audivisifica,*** etc., quae artem didacticam iuvent, Facultati praesto sint.

§ 2. Pro peculiari Universitatis vel Facultatis natura et fine, etiam instituta investigationis et laboratoria scientifica habeantur, aliaque subsidia ad proprium finem obtinendum necessaria.

Titulus IX

DE REBUS OECONOMICIS

Art. *56.* Universitati vel Facultati bonorum copia praesto sit ad finem suum convenienter assequendum necessaria. Status vero patrimonialis et iura proprietatis accurate describantur.

Art. *57.* Statuta determinent munus Oeconomi, necnon partes Rectoris vel Praesidis et Consiliorum in Universitatis vel

Facultatis re oeconomica gerenda iuxta normas rectae oeconomiae, ita ut administratio sana servetur.

Art. *58.* Docentibus, Officialibus et Administris congruum honorarium tribuatur, ratione habita consuetudinum in regione vigentium, etiam quoad protectionem cautionesque sociales.

Art. *59.* Statuta pariter determinent normas generales de modis, quibus studentes sumptus Universitatis vel Facultatis participent, tributa solvendo pro admissione, annua adscriptione, examinibus et diplomatibus.

Titulus X

DE FACULTATUM PRAESTITUTA DISTRIBUTIONE ET COOPERATIONE

Art. *60.* § 1. Facultatum praestituta distributio seu, ut aiunt, ***planificatio*** sedulo curanda est ut provideatur tum ipsarum Universitatum et Facultatum conservationi et progressui, tum earum congruae in variis terrae partibus distributioni.

§ 2. Ad hoc perficiendum Sacra Congregatio pro Institutione Catholica consiliis adiuvetur Conferentiarum Episcopalium et Commissionis Peritorum.

Art. *61.* Novae Universitatis vel Facultatis erectio vel approbatio a Sacra Congregatione pro Institutione Catholica decernuntur, cum omnia, quae requiruntur, praesto sint, habita sententia Ordinarii loci, Conferentiae Episcopalis, necnon virorum peritorum praesertim ex vicinioribus Facultatibus.

Art. *62.* § 1. Affiliatio Instituti alicui Facultati, ad Baccalaureatum consequendum, a Sacra Congregatione pro Institutione Catholica decernitur, post impletas condiciones ab eadem determinatas.

§ 2. Enixe optatur, ut Studia Theologica tum dioecesium tum institutorum religiosorum alicui Facultati Sacrae Theologiae affilientur.

Art. 63. Aggregatio et Incorporatio Instituti alicui Facultati, etiam ad superiores gradus academicos consequendos, a Sacra Congregatione pro Institutione Catholica decernuntur, post impletas condiciones ab eadem determinatas.

Art. 64. Cooperatio inter Facultates, sive eiusdem Universitatis, sive eiusdem regionis, sive etiam maioris amplitudinis, sedulo curanda est. Multum enim iuvat ad docentium investigationem scientificam et studentium meliorem formationem promovendam; necnon ad eam fovendam rationem, quae ***interdisciplinaris*** appellari solet et in dies magis necessaria apparet; similiter ad ***complementarietatem,*** ut dicitur, inter Facultates provehendam; atque universe ad sapientiae christianae penetrationem in totam culturam procurandam.

PARS ALTERA

NORMAE SPECIALES

Art. 65. Praeter normas omnibus Facultatibus Ecclesiasticis communes, in prima parte huius Constitutionis propositas, normae speciales dantur pro quibusdam Facultatibus, attenta earum peculiari natura et momento in Ecclesia.

Titulus I

DE FACULTATE SACRAE THEOLOGIAE

Art. 66. Facultas Sacrae Theologiae eo tendit ut doctrina catholica, ex divina Revelatione maxima cura hausta, methodo scientifica sibi propria alte perspiciatur et systematice enucleetur; atque humanorum problematum solutiones sub ipsius Revelationis lumine sedulo investigentur.

Art. 67. **§ 1.** Sacrae Scripturae studium sit veluti anima

Sacrae Theologiae, quae in verbo Dei scripto, una cum viva Traditione, tamquam in perenni fundamento innititur.[18]

§ 2. Singulae vero disciplinae theologicae ita tradantur ut, ex internis rationibus proprii cuiusque obiecti et in conexione cum aliis disciplinis etiam philosophicis necnon cum scientiis anthropologicis, unitas totius institutionis theologicae aperte clarescat, omnesque vergant ad intime cognoscendum Christi mysterium, populo Dei omnibusque gentibus efficacius inde annuntiandum.

Art. 68. § 1. Veritas revelata consideretur quoque in conexione cum progredientis aetatis acquisitionibus scientificis ut clare perspiciatur « quomodo fides et ratio in unum verum conspirent »[19] atque eius expositio talis sit, quae, sine veritatis immutatione, ingenio indolique uniuscuiusque culturae accommodetur, peculiari ratione habita philosophiae et sapientiae populorum, seclusa tamen omnis synchretismi et falsi particularismi specie.[20]

§ 2. Valores positivi, qui in variis philosophiis et culturis inveniuntur, sedulo investigandi, seligendi et assumendi sunt; non autem accipienda sunt systemata et methodi, quae cum fide christiana componi nequeant.

Art. 69. Quaestiones oecumenicae, iuxta normas competentis Auctoritatis Ecclesiasticae,[21] accurate pertractandae sunt; relationes quoque cum religionibus non christianis attente considerandae; ac sedula cura examinanda sunt problemata, quae ex hodierno atheismo oriuntur.

[18] Cfr. Conc. Oecum. Vat. II, Const. dogm. de divina Revelatione *Dei Verbum,* n. 24: *AAS* 58 (1966), p. 827.

[19] Conc. Oecum. Vat. II, Declar. de Educatione christiana *Gravissimum Educationis,* n. 10: *AAS* 58 (1966), p. 737.

[20] Cfr. Conc. Oecum. Vat. II, Decr. de activ. miss. Ecclesiae *Ad Gentes divinitus,* n. 22: *AAS* 58 (1966), pp. 973 s.

[21] Cfr. *Directorium ad ea quae a Conc. Vat. II de re oecumenica promulgata sunt exsequenda,* Pars altera: *AAS* 62 (1970), pp. 705ss.

Art. 70. In doctrina catholica investiganda et docenda fidelitas erga Ecclesiae Magisterium semper eluceat. In docendi munere explendo, praesertim in cyclo institutionali, ea imprimis tradantur, quae ad patrimonium acquisitum Ecclesiae pertinent. Probabiles et personales opiniones, quae ex novis investigationibus oriantur, nonnisi ut tales modeste proponantur.

Art. 71. In doctrina tradenda normae serventur, quae in documentis Concilii Vaticani II continentur,[22] necnon in recentioribus Apostolicae Sedis documentis,[23] quatenus etiam studia academica respiciunt.

Art. 72. Studiorum curriculum Facultatis Sacrae Theologiae complectitur :

a) primum cyclum, institutionalem, qui per quinquennium seu decem semestria protrahitur, vel per triennium, si biennium philosophicum antea requiratur.

Praeter solidam institutionem philosophicam, cuius studium est necessario propaedeuticum theologiae, disciplinae theologicae ita tradantur ut organica expositio totius doctrinae catholicae praebeatur, una cum introductione in methodum scientificae investigationis theologicae.

Cyclus concluditur gradu academico Baccalaureatus vel alio congruo gradu academico in Statutis determinando.

b) secundum cyclum, ***specializationis,*** qui protrahitur per biennium seu quattuor semestria.

In eo disciplinae speciales secundum diversam ***specializationis*** indolem traduntur, ac seminaria et exercitationes habentur ad scientificae investigationis theologicae usum acquirendum.

[22] Cfr. praesertim Conc. Oecum. Vat. II, Const. dogm. de divina Revelatione *Dei Verbum: AA8* 58 (1966), pp. 817ss., et Decr. de Institutione sacerdotali *Optatam totius: AAS* 58 (1966), pp. 713 ss,

[23] Cfr. praesertim PAULI VI Epist. *Lumen Ecclesiae* de S. Thoma Aquinate, 20 Nov. 1974: *AAS* 66 (1974), pp. 673ss., et Sacrae Congr. pro Institutione Catholica Litteras: de institutione theologica (22 Febr. 1976); de institutione canonistica (1 Mart. 1975); de institutione philosophica (20 Ian. 1972).

Cyclus concluditur gradu academico Licentiae ***specializatae,***

c) tertium cyclum, quo per congruum tempus scientifica formatio theologica perficitur, praesertim per dissertationis doctoralis elaborationem.

Cyclus concluditur gradu academico Doctoratus.

Art. *73.* § 1. Ut quis Facultati Sacrae Theologiae adscribi valeat, oportet studia antea requisita absolverit ad normam art. 32 huius Constitutionis.

§ 2. Ubi primus Facultatis cyclus est triennalis, studens testimonium afferre debet de biennio philosophico apud probatam Facultatem Philosophicam vel Institutum rite absoluto.

Art. *74.* § 1. Facultatis Sacrae Theologiae peculiare officium est curare scientificam formationem theologicam eorum, qui ad presbyteratum contendunt vel ad specialia munera ecclesiastica praeparantur.

§ 2. Ad hunc finem speciales etiam disciplinae, sacrorum alumnis accommodatae, praesto sint; immo opportune ab ipsa Facultate ad pastoralem formationem complendam institui potest « Annus pastoralis », qui post absolutum quinquennium institutionale ad presbyteratum requiritur et collatione specialis Diplomatis concludi potest.

Titulus II

DE FACULTATE IURIS CANONICI

Art. *75.* Facultas Iuris Canonici, Latini vel Orientalis, disciplinas canonisticas in lumine legis evangelicae excolere ac provehere intendit, in iisdemque studentes altius instituere ut ad investigationem et magisterium formentur necnon ad peculiaria munera ecclesiastica obeunda praeparentur.

Art. *76.* Studiorum curriculum Facultatis Iuris Canonici complectitur :

a) primum cyclum, saltem per annum seu duo semestria

protrahendum, in quo studium impenditur generalibus Institutionibus Iuris Canonici, iisque disciplinis, quae ad superiorem formationem iuridicam requiruntur;

b) secundum cyclum, per biennium seu quattuor semestria protrahendum, qui integri Codicis Iuris Canonici altiori studio impenditur, addito studio affinium disciplinarum;

c) tertium cyclum, saltem per annum seu duo semestria protrahendum, quo iuridica formatio perficitur et dissertatio doctoralis elaboratur.

Art. *77.* **§ 1.** Quoad disciplinas in primo cyclo praescriptas, Facultas uti potest cursibus in aliis Facultatibus traditis, qui ab ipsa propriis postulatis respondentes agnoscantur.

§ 2. Secundus cyclus concluditur Licentia; tertius vero Doctoratu.

§ 3. Statuta Facultatis peculiaria requisita ad singulos gradus academicos consequendos definiant, ratione habita Ordinationum Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica.

Art. *78.* Ut quis Facultati Iuris Canonici adscribi possit, oportet studia antea requisita absolverit ad normam art. 32 huius Constitutionis.

Titulus III

DE FACULTATE PHILOSOPHIAE

Art. *79.* **§ 1.** Facultas Ecclesiastica Philosophiae intendit problemata philosophica methodica investigatione perscrutari et, ((patrimonio philosophico perenniter valido »[24] innixa, eorum solutionem naturali rationis lumine inquirere, atque cum christiana mundi, hominis et Dei visione cohaerentiam monstrare, relationes philosophiae cum theologia recta in luce ponendo.

[24] Cfr. Conc. Oecum. Vat. II, Decr. de Institutione sacerdotali *Optatam totius,* n. 15 : *AAS* 58 (1966), p. 722.

§ 2. Studentes dein ita instituere sibi proponit ut apti evadant ad magisterium aliaque congrua intellectualia munera obeunda necnon ad christianam promovendam culturam et ad fructuosum habendum dialogum cum hominibus nostri temporis.

Art. *80.* In philosophia docenda serventur normae eam spectantes, quae in documentis Concilii Vaticani II continentur,[25] necnon in recentioribus documentis Sanctae Sedis,[26] quatenus etiam studia academica respiciunt.

Art. *81.* Studiorum curriculum Facultatis Philosophiae complectitur :

a) primum cyclum, institutionalem, in quo, per biennium seu quattuor semestria, cohaerens fit expositio variarum philosophiae partium, quae de mundo, homine et Deo tractant, necnon historiae philosophiae, una cum introductione in methodum investigationis scientificae;

b) secundum cyclum, inchoatae ***specializationis,*** in quo, per. biennium seu quattuor semestria, specialibus disciplinis et seminariis consideratio philosophica profundius instituitur in aliqua philosophiae parte;

c) tertium cyclum, in quo, per congruum tempus, maturitas philosophica promovetur, praesertim dissertationis doctoralis elaboratione.

Art. *82.* Primus cyclus concluditur Baccalaureatu, secundus Licentia ***specializata,*** tertius Doctoratu.

Art. *83.* Ut quis Facultati Philosophiae adscribi possit, oportet studia antea requisita absolverit ad normam art. 32 huius Constitutionis.

[25] Cfr. praesertim Conc. Oecum. Vat. II, Decr. de Institutione sacerdotali *Optatam totius: AAS* 58 (1966), pp. 713ss., et Declar. de Educatione christiana *Gravissimum Educationis: AAS* 58 (1966), pp. 728 ss.

[26] Cfr. praesertim PAULI VI Epist. *Lumen Ecclesiae* de S. Thoma Aquinate, 20 Nov. 1974: *AAS* 66 (1974), pp. 673 ss., et Sacrae Congr. pro Institutione Catholica Litteras de institutione philosophica. (20 Ian. 1972).

Titulus IV

DE ALIIS FACULTATIBUS

Art. ***84.*** Praeter Facultates Sacrae Theologiae, Iuris Canonici et Philosophiae, aliae Facultates Ecclesiasticae canonice erectae sunt vel erigi possunt, attentis Ecclesiae necessitatibus, ad peculiares fines obtinendos; cuius modi sunt:

a) altior investigatio quarundam disciplinarum maioris momenti ex disciplinis theologicis, iuridicis, philosophicis;

b) promotio aliarum scientiarum, imprimis scientiarum hominis, quae arctiorem nexum habeant cum disciplinis theologicis vel cum opere evangelizationis;

c) cultus quoque litterarum, quae peculiariter iuvent sive ad christianam Eevelationem melius intellegendam, sive ad opus evangelizationis efficacius implendum;

d) praeparatio demum accuratior tum clericorum tum laicorum ad specialia munera apostolica rite exercenda.

Art. 85. Ad fines obtinendos in praecedenti articulo expositos, erectae iam sunt et gradus academicos auctoritate Sanctae Sedis ipsae per se conferunt eae, quae sequuntur, Facultates vel Instituta « ad instar » Facultatis :

— Archaeologiae Christianae,
— Biblicum et Orientis Antiqui,
— Historiae Ecclesiasticae,
— Litterarum Christianarum et Classicarum,
— Liturgiae,
— Missiologiae,
— Musicae Sacrae,
— Psychologiae,
— Scientiarum Educationis vel Paedagogiae,
— Scientiarum Religiosarum,
— Scientiarum Socialium,

— Studiorum Arabicorum et Islamologiae,
— Studiorum Mediaevalium,
— Studiorum Ecclesiasticorum Orientalium,
— Utriusque Iuris (Canonici et Civilis).

Art. *86.* Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica officium erit normas speciales opportune statuere pro his Facultatibus vel Institutis, sicut superioribus titulis factum est pro Facultatibus Sacrae Theologiae, Iuris Canonici et Philosophiae.

Art. *87.* Etiam Facultates et Instituta, pro quibus normae speciales editae nondum sunt, propria Statuta conficere debent, quae sint conformia normis communibus in prima parte huius Constitutionis edictis, atque rationem habeant peculiaris naturae et finis proprii uniuscuiusque Facultatis vel Instituti.

NORMAE TRANSITORIAE

Art. *88.* Praesens Constitutio valere incipiet a primo die anni academici MCMLXXX-MCMLXXXI, vel anni academici MCMLXXXI, secundum Kalendarium scholasticum variarum regionum.

Art. *89.* Singulae Universitates vel Facultates propria Statuta recognita secundum hanc Constitutionem exhibere debent Sacrae Congregationi pro Institutione Catholica ante diem i mensis Ianuarii anno MCMLXXXI; secus ius gradus academicos conferendi ipso facto iis suspenditur.

Art. *90.* In singulis Facultatibus studia ita ordinentur, ut studentes consequi valeant gradus academicos secundum normas huius Constitutionis, statim ac ipsa Constitutio vigere incipiat, salvis iuribus antea ab iisdem acquisitis.

Art. *91.* Statuta approbanda erunt ad experimentum ita ut intra triennium ab approbatione perfici possint, definitivae approbationis consequendae causa.

Art. *92.* Facultates, quae cum Auctoritate civili iuridicum nexum habent, longiore temporis spatio uti poterunt ad Statuta recognoscenda, probante Sacra Congregatione pro Institutione Catholica.

Art. 93. Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica munus erit, cum labente tempore adiuncta id postulaverint, mutationes in hanc Constitutionem inducendas proponere, ut Constitutio novis Facultatum Ecclesiasticarum postulatis iugiter accommodetur.

Art. 94. Vigentes in praesenti contra hanc Constitutionem leges vel consuetudines, sive universales sive particulares, etiam specialissima et individua mentione dignae, abrogantur. Item privilegia a Sancta Sede ad haec usque tempora personis sive physicis sive moralibus concessa, quae eiusdem Constitutionis praescriptis contraria sint, omnino abrogantur.

Volumus demum ut haec Constitutio Nostra firma, valida et efficax semper sit suosque plenos et integros effectus obtineat, et ab omnibus, ad quos res pertineat, religiose servetur, contrariis quibusvis nihil obstantibus. Si quis autem, sciens vel insciens, secus egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xv mensis Aprilis, in Resurrectione D.N. Iesu Christi, anno **MCMLXXIX**, Pontificatus Nostri primo.

IOANNES PAULUS PP. II

SACRA CONGREGATIO PRO INSTITUTIONE CATHOLICA

ORDINATIONES AD CONSTITUTIONEM APOSTOLICAM «SAPIENTIA CHRISTIANA» RITE EXSEQUENDAM

Sacra Congregatio pro Institutione Catholica, ad normam art. 10 Constitutionis Apostolicae ***Sapientia Christiana,*** Ordinationes, quae sequuntur, Universitatibus et Facultatibus Ecclesiasticis tradit easdemque fideliter servandas praescribit.

PARS PRIMA
NORMAE COMMUNES

Titulus I
DE UNIVERSITATUM FACULTATUMVE ECCLESIASTICARUM NATURA ET FINE
(Const. Apost., art. 1-10)

Art. 1. Universitatis vel Facultatis nomine ea quoque intelleguntur Athenaea, Instituta aliaque Centra Academica, quae a Sancta Sede canonice erecta vel approbata sint, cum iure gradus academicos conferendi eiusdem Sanctae Sedis auctoritate.

Art. *2.* Ad investigationem fovendam valde suadentur specialia inquisitionis scientificae centra, commentaria periodica et collectiones scientificae, necnon scientifici conventus.

Art. *3.* Munera, quibus obeundis studentes praeparantur, esse possunt vel proprie scientifica, sicut investigatio et magi-

sterium, vel potius pastoralia. Huius diversitatis ratio habenda est in curriculis studiorum ordinandis et in gradibus academicis definiendis, scientifica semper eorum indole servata.

Art. 4. Actuosa pars in ministerio evangelizationis actionem Ecclesiae respicit in re pastorali, oecumenica et missionaria; atque ad fidem intellegendam, tuendam et diffundendam imprimis dirigitur; simul vero ad totum ambitum culturae et societatis humanae extenditur.

Art. *5.* Conferentiae Episcopales, cum Apostolica Sede hac etiam in re coniunctae, sedula cura Universitates Facultatesve prosequentes :

I° una cum Magnis Cancellariis progressum earum foveant et, servata quidem autonomia scientiae ad mentem Concilii Vaticani II, imprimis de earum condicione scientifica et ecclesiali sint sollicitae;

2° quod attinet ad quaestiones communes intra fines propriae regionis occurrentes, Facultatum actiones adiuvent, inspirent, apto nexu componant;

3° ratione habita et necessitatum Ecclesiae et progressus culturalis propriae regionis, ut eae aequo habeantur numero, curent ;

4° ad haec perficienda de suo gremio Commissionem constituant, cui Peritorum Coetus sit adiumento.

Art. *6.* Ad Statuta una cum Ratione Studiorum conficienda prae oculis habeantur Normae, quae in Appendice I harum Ordinationum continentur.

Art. *7.* § 1. Valor canonicus gradus academici significat illum gradum ***habilitare*** ad suscipienda munera ecclesiastica, pro quibus gradus academicus requiratur, imprimis ad docendas scientias sacras in Facultatibus, seminariis maioribus et aequipollentibus scholis.

§ 2. Condiciones implendae ad singulorum graduum agni-

tionem, de qua in art. **9** Constitutionis Apostolicae, praeter consensum Auctoritatis Ecclesiasticae localis vel regionalis, respicient imprimis collegium docentium, rationem studiorum atque subsidia scientifica.

§ 3. Gradus ad quosdam tantum effectus canonicos agniti numquam gradibus canonicis simpliciter aequiparentur.

Titulus II

DE COMMUNITATE ACADEMICA EIUSQUE REGIMINE

(Const. Apost., art. **11-21)**

Art. *8.* Ad Magni Cancellarii munus pertinet:

I° Universitatem vel Facultatem constanter provehere, scientificam navitatem promovere et curare, ut doctrina catholica integra servetur atque Statuta et praescripta Sanctae Sedis fideliter impleantur;

2° communionem fovere inter omnia communitatis membra;

3° proponere Sacrae Congregationi pro Institutione Catholica nomina sive illius, qui Rector vel Praeses nominandus vel confirmandus sit, sive docentium, pro quibus declaratio « Nihil obstat » postuletur;

4° professionem fidei Rectoris vel Praesidis accipere;

5° veniam docendi vel missionem canonicam docentibus conferre vel auferre ad normam Constitutionis;

6° Sacram Congregationem pro Institutione Catholica de rebus gravioribus certiorem facere, eique singulis trienniis accuratam relationem de statu academico, morali et oeconomico Universitatis vel Facultatis mittere.

Art. *9.* Si Universitas vel Facultas ex auctoritate collegiali pendeat (v.g. e Conferentia Episcopali), aliquis ex ea designetur, qui munus Magni Cancellarii exerceat.

Art. 10. Ordinarius loci, qui non sit Magnus Cancellarius, eo quod vitae pastoralis in sua dioecesi ***responsabilitatem*** habet, cum compererit quaedam in Universitate vel Facultate fieri contra doctrinam vel mores vel ecclesiasticam disciplinam, Magnum Cancellarium certiorem faciat ut provideat; si Magnus Cancellarius non providerit, patet recursus ad Sanctam Sedem, salva obligatione per se providendi in casibus gravioribus vel urgentioribus, qui periculum afferant dioecesi ipsius.

Art. il. Quae in art. 19 Constitutionis statuuntur, a singulis Facultatibus in propriis Statutis explicanda sunt, maius momentum pro opportunitate tribuendo vel regimini collegiali vel regimini personali, dummodo utraque forma servetur, ratione habita praxis universitatum regionis, in qua Facultas sit, vel Instituti religiosi, ad quod Facultas pertineat.

Art. 12. Praeter Consilium Universitatis (Senatum Academicum) et Consilium Facultatis, quae etsi diverso nomine ubique habentur, opportune Statuta definire possunt specialia Consilia vel Commissiones rebus scientificis, paedagogicis, disciplinaribus, oeconomicis, etc. expediendis et provehendis.

Art. *13.* § 1. In Constitutione Rector dicitur, qui praeest Universitati; Praeses, qui praeest Instituto vel Facultati sui iuris ; Decanus, qui praeest Facultati, quae sit pars Universitatis.

§ 2. In Statutis determinandum est, ad quod tempus ii nominentur (v. g. ad triennium) et quomodo et quoties in munere confirmari possint.

Art. 14. Ad Rectoris vel Praesidis munus pertinet:

I° totam communitatis academicae navitatem dirigere, promovere ac coordinare;

2° Universitatem vel Institutum Facultatemve sui iuris repraesentare ;

3° convocare Consilia Universitatis vel Instituti Facultatisve sui iuris eisque praesidere ad normam Statutorum;

4° administrationi temporali prospicere;

5° ad Magnum Cancellarium de rebus gravioribus referre;

6° ad Sacram Congregationem pro Institutione Catholica quotannis rationarium seu summarium ***statisticum,*** secundum schema eiusdem Sacrae Congregationis, mittere.

Art. 15. Ad Decanum Facultatis pertinet:

I° navitatem Facultatis, praesertim circa studia, promovere et coordinare, eiusque necessitatibus tempestive providere;

2° convocare Consilium Facultatis eique praesidere;

3° studentes, nomine Rectoris, admittere vel excludere ad normam Statutorum;

4° referre ad Rectorem, quae a Facultate fiant vel proponantur;

5° exsequenda curare, quae ab Auctoritatibus superioribus statuta sint.

Titulus III

DE DOCENTIBUS

(Const. Apost., art. 22-30)

Art. 16. **§ 1.** Docentes stabiliter Facultati adscripti sunt ii imprimis, qui pleno ac firmo iure cooptati sunt et vocari solent Ordinarii; proxime accedunt Extraordinarii; alii quoque utiliter haberi possunt, secundum universitatum praxim.

§ 2. Praeter docentes stabiles alii haberi solent, vario nomine designati, in primis qui ex aliis Facultatibus invitantur.

§ 3. Assistentes denique opportune habentur ad peculiaria munera academica implenda, qui congruenti titulo praediti sint oportet.

Art. 17. Doctoratus congruens intellegitur secundum disciplinam, quam quis docere debet. Si de disciplina sacra agatur vel cum ea conexa, oportet ut Doctoratus sit gradus canonicus :

si Doctoratus non sit canonicus, ordinarie requiritur saltem Licentia canonica.

Art. IS. Docentibus acatholicis, cooptatis secundum normas competentis Auctoritatis Ecclesiasticae,[1] datur a Magno Cancellario venia docendi.

Art. 19. § 1. Statuta indicent quando habeatur collatio muneris stabilis, respectu declarationis « Nihil obstat » obtinendae ad normam art. 27 Constitutionis.

§ 2. ((Nihil obstat » Sanctae Sedis est declaratio nullum officere impedimentum, ad normam Constitutionis atque peculiarium Statutorum, nominationi propositae. Cum vero aliquod impedimentum sit, id cum Magno Cancellario communicetur, qui docentem de eo audiet.

§ 3. Si peculiaria adiuncta temporis vel loci impediant, ne declaratio « Nihil obstat » Sanctae Sedis petatur, Magnus Cancellarius cum Sacra Congregatione pro Institutione Catholica consilia ineat de opportuna solutione invenienda.

§ 4. In Facultatibus sub peculiari iure concordatario positis serventur normae pro tempore vigentes.

Art. 20. Temporis intervallum ad promotionem requisitum, quod saltem triennium esse debet, in Statutis determinandum est.

Art. 21. § 1. Docentes, imprimis stabiles, operam inter se sociare studeant. Suadetur quoque cooperatio cum docentibus aliarum Facultatum, praesertim quoad disciplinas, quae affines vel conexae sint.

§ 2. Nemo potest simul esse docens stabilis in duabus Facultatibus.

Art. 22. § 1. In Statutis accurate definiatur ratio procedendi

[1] Cfr. *Directorium ad ea quae a Conc. Vat. II de re oecumenica promulgata sunt exsequenda,* Pars altera: *AAS* 62 (1970), pp. 705ss.

cum de suspensione vel dimissione docentis agatur, praesertim ob causas doctrinam respicientes.

§ 2. Curandum est ut imprimis res privatim componatur inter Eectorem vel Praesidem vel Decanum et ipsum docentem. Si non componatur, res opportune tractetur a Consilio vel Commissione competenti, ita ut prima facti examinatio in ipso Universitatis vel Facultatis gremio fiat. Si non sufficiat, res deferatur ad Magnum Cancellarium, qui cum viris peritis, sive Universitatis vel Facultatis sive externis, rem consideret, ut opportune provideat. Patet vero recursus ad Sanctam Sedem, ut res definitive solvatur, data semper docenti facultate causam suam explicandi et defendendi.

§ 3. Attamen, in casibus gravioribus vel urgentioribus, ut studentium et fidelium bono provideatur, Magnus Cancellarius docentem ad tempus suspendat, donec ordinaria ratio procedendi concludatur.

Art. *23.* Presbyteri dioecesani et Religiosi iisve in iure aequiparati ut Facultatis docentes fiant et maneant, indigent consensu proprii Ordinarii Dioecesani aut Superioris, servatis normis a competenti Auctoritate Ecclesiastica de hac re editis.

Titulus IV

DE STUDENTIBUS

(Const. Apost., art. 31-35)

Art. 24. § 1. Legitimum testimonium ad normam art. 31 Constitutionis :

1° de vitae moribus, pro clericis et sacrorum alumnis datur a proprio Ordinario vel ab eius delegato; pro ceteris a persona ecclesiastica;

2° de studiis praeviis est studiorum titulus, qui requiritur ad normam art. 32 Constitutionis.

§ 2. Cum studia ad Universitatem ingrediendam requisita in variis nationibus inter se differant, Facultas ius et officium habet examinandi an omnes disciplinae traditae sint, quae ab ipsa Facultate necessariae habentur.

§ 3. Congrua linguae Latinae cognitio in Facultatibus scientiarum sacrarum requiritur, ut studentes harum scientiarum fontes et Ecclesiae documenta intellegere atque adhibere possint.[2]

§ 4. Quod si qua disciplina nullo modo vel non satis tradita sit, Facultas exigat ut eius studium suppleatur tempore opportuno et examini satisfiat.

Art. *25.* **§ 1.** Praeter studentes ordinarios, seu qui ad gradus academicos contendunt, admitti possunt studentes extraordinarii secundum normas in Statutis determinatas.

§ 2. Studens uni tantum Facultati ut ordinarius adscribi potest.

Art. *26.* Transitus studentis ab una ad aliam Facultatem tantum initio anni academici vel semestris fieri potest, accurate quidem perpenso eiusdem statu academico et disciplinari; ita vero ut nemo ad gradum academicum admittatur nisi omnia absolverit, quae ad illum gradum consequendum secundum Facultatis Statuta requirantur.

Art. *27.* In normis determinandis ad suspensionem vel exclusionem studentis a Facultate in tuto ponatur ius studentis sese defendendi.

[2] Cfr. Conc. Oecum. Vat. II, Decr. de Institutione sacerdotali ***Optatam totius,*** n. **13:** ***AAS*** **58 (1966),** p. **721,** et **PAULI** VI Chirographum ***Romani Sermonis: AAS*** **68 (1976),** pp. **481** s.

Titulus V

DE OFFICIALIBUS ET ADMINISTRIS

(Const. Apost., art. 36-37)

Art. *28.* In Statutis vel alio congruo Universitatis vel Facultatis documento tum Officialium tum Administrorum iura et officia determinentur, eorumque participatio in vita communitatis universitariae.

Titulus VI

DE RATIONE STUDIORUM

(Const. Apost., art. 38-45)

Art. *29.* Statuta singularum Facultatum definiant, quae disciplinae (principales et auxiliares) obligatoriae sint et ab omnibus frequentandae, quae vero liberae seu ***optionales.***

Art. *30.* Pariter definiant Statuta exercitationes et seminaria, quibus studentes non tantum interesse debeant, sed etiam communi cum sodalibus labore et propriis commentationibus operam dare.

Art. *31.* Lectionum et exercitationum distributio apte ordinetur, ita ut studium privatum et labor personalis sub docentium ductu serio foveatur.

Art. *32.* **§ 1.** Determinent quoque Statuta, qua ratione examinatores iudicium de candidatis significare debeant.

§ 2. In iudicio ultimo de candidatis ad singulos gradus academicos, ratio habeatur omnium suffragiorum, quae in variis experimentis eiusdem cycli, sive scripto sive ore factis, tulerint.

§ 3. In examinibus ad gradus, praesertim ad Doctoratum, etiam docentes externi utiliter invitari possunt.

Art. 33. Statuta ea quoque indicent studiorum curricula, quae in Facultate ad peculiares fines stabiliter instituta sint, et diplomata, quae conferantur.

Titulus VII

DE GRADIBUS ACADEMICIS

(Const. Apost., art. 46-51)

Art. 34. In Universitatibus vel Facultatibus Ecclesiasticis canonice erectis vel approbatis gradus academici conferuntur nomine Summi Pontificis.

Art. 35. Statuta determinent peculiaria requisita ad dissertationem doctoralem conficiendam, et normas de eiusdem publica defensione atque editione.

Art. 36. Exemplar dissertationum, quae publici iuris factae sint, mittatur ad Sacram Congregationem pro Institutione Catholica. Suadetur ut mittatur etiam ad Facultates Ecclesiasticas de iisdem scientiis agentes, saltem propriae regionis.

Art. 37. Documentis authenticis de collatis gradibus academicis subscribatur ab Auctoritatibus Academicis secundum Statuta necnon a Secretario Universitatis vel Facultatis, cuius etiam sigillum iisdem apponatur.

Art. 38. Doctoratus « ad honorem » ne conferatur nisi Magnus Cancellarius, habita declaratione « Nihil obstat » Sanctae Sedis atque audito Universitatis vel Facultatis Consilio, consenserit.

Titulus VIII

DE REBUS DIDACTICIS

(Const. Apost., art. 52-55)

Art. 39. Universitas vel Facultas auditoria habeat vere apta et decora, quae disciplinis tradendis et studentium numero accommodata sint.

Art. 40. Bibliotheca consultationis praesto sit, in qua inveniantur opera praecipua ad opus scientificum tum docentium tum studentium necessaria.

Art. 41. Bibliothecae normae ita statuantur ut eius accessus et usus imprimis docentibus et studentibus facile pateant.

Art. 42. Foveantur quoque cooperatio et coordinatio inter bibliothecas eiusdem urbis et regionis.

Titulus IX

DE REBUS OECONOMICIS

(Const. Apost., art. 56-59)

Art. 43. Ad administrationem in bono statu servandam, curent Auctoritates ut statis temporibus certiores reddantur de re oeconomica, et haec periodicae recognitioni accurate subiciatur.

Art. 44. **§ 1.** Opportunis modis provideatur ne tributorum normae aditum ad gradus academicos illis studentibus praecludant, qui, claro ingenio praediti, spem faciant se Ecclesiae valde utiles esse futuros.

§ 2. Quare curandum est ut particularia constituantur beneficia scholastica, vario nomine appellata (bursae, pensiones, stipendia, etc.), in studentes adiuvandos eroganda.

Titulus X

DE FACULTATUM PRAESTITUTA DISTRIBUTIONE ET COOPERATIONE

(Const. Apost., art. 60-64)

Art. 45. **§ 1.** Cum de nova Universitate vel Facultate erigenda agatur, oportet ut :

a) ostendatur necessitatem vel veram utilitatem adesse, cui satisfieri nequeat per affiliationem vel aggregationem vel incorporationem ;

b) praesto sint necessaria requisita, quorum praecipua sunt:

I° docentium stabiliter addictorum numerus et qualitas secundum naturam et postulata Facultatis;

2° studentium congruus numerus;

3° bibliotheca aliaque subsidia scientifica et auditoria;

4° subsidia oeconomica Universitati vel Facultati vere sufficientia;

c) exhibeantur Statuta, cum Ratione Studiorum, praesenti Constitutioni et Ordinationibus accommodata.

§ 2. Sacra Congregatio pro Institutione Catholica, audita sententia tum Conferentiae Episcopalis, praesertim sub aspectu pastorali, tum virorum peritorum, praecipue ex vicinioribus Facultatibus, sub aspectu potius scientifico, decernet de opportunitate novae erectionis; quae communiter ad experimentum fiet per congruum tempus, antequam definitive confirmetur.

Art. 46. Cum autem de Universitate vel Facultate approbanda agatur, opus est :

a) tum Conferentiae Episcopalis tum Auctoritatis dioeceseos consensus adsint;

b) condiciones in superiore art. 45 § 1 sub ***b)*** et ***c)*** statutae impleantur.

Art. 47. Condiciones affiliationis respiciunt praesertim docentium numerum et qualitatem, rationem studiorum, bibliothecam atque officium Facultatis affiliantis adsistendi Instituto affiliato; ideoque communiter Facultas affilians et Institutum affiliatum in eadem natione vel regione culturali sint oportet.

Art. 48. § 1. Aggregatio est coniunctio cum Facultate alicuius Instituti, quod primum et secundum cyclum complectatur, ad respondentes gradus academicos per Facultatem consequendos.

§ 2. Incorporatio est insertio in Facultatem alicuius Instituti, quod secundum vel tertium vel utrumque cyclum complectatur, ad respondentes gradus academicos per Facultatem consequendos.

§ 3. Aggregatio et Incorporatio decerni nequeunt nisi agatur de Instituto peculiariter instructo ad illos gradus consequendos, ita ut certa spes sit fore ut ex eius conexione cum Facultate optatus finis vere obtineatur.

Art. *49.* § 1. Fovenda est cooperatio inter ipsas Facultates Ecclesiasticas, tum per mutuam docentium invitationem, tum per communicationem proprii operis scientifici, tum per communes investigationes provehendas in populi Dei utilitatem.

§ 2. Promovenda item est cooperatio cum aliis Facultatibus, etiam non catholicis, propria tamen identitate sedulo servata.

PARS ALTERA

NORMAE SPECIALES

Titulus I

DE FACULTATE SACRAE THEOLOGIAE

(Const. Apost., art. 66-74)

Art. *50.* Disciplinae theologicae ita tradantur ut earum organicus nexus clare appareat et in luce ponantur variae rationes seu ***dimensiones,*** quae ad doctrinae sacrae indolem intrinsecus pertinent, sicuti imprimis sunt biblica, patristica, historica, liturgica et pastoralis. Studentes vero ducantur ad profundam materiae acquisitionem simulque ad personalem synthesim formandam, ad methodum inquisitionis scientificae comparandam atque idonei fiant ad sacram doctrinam apte exponendam.

Art. *51.* Disciplinae obligatoriae sunt:

1° in primo cyclo :

a) Disciplinae philosophicae ad theologiam requisitae, quales sunt imprimis Philosophia systematica, cum praecipuis suis partibus, et ***eius evolutio*** historica.

b) Disciplinae theologicae, nempe :

— Sacra Scriptura: introductio et exegesis;
— Theologia fundamentalis, ratione habita quaestionum de oecumenismo, de religionibus non christianis atque de atheismo;
— Theologia dogmatica;
— Theologia moralis et spiritualis ;
— Theologia pastoralis;
— Liturgia;
— Historia ecclesiastica, Patrologia et Archaeologia;
— Ius Canonicum.

c) Disciplinae auxiliares, nempe quaedam scientiae hominis et, praeter linguam Latinam, linguae biblicae quatenus ad sequentes cyclos requirantur.

2° in secundo cyclo:

Disciplinae speciales, quae opportune in variis ***sectionibus*** instituantur secundum diversas ***specializationes,*** cum propriis exercitationibus et seminariis, quadam quoque commentatione conscripta.

3° in tertio cyclo:

Determinent Facultatis Statuta an et quaenam disciplinae speciales tradendae sint, cum exercitationibus et seminariis.

Art. *52.* In quinquennio institutionali primi cycli sedulo curandum est ut omnes disciplinae eo ordine, amplitudine ac propria methodo tractentur ut harmonice et efficaciter ad finem conspirent tradendi studentibus solidam, organicam et completam institutionem in re theologica, qua apti fiant tum

ad superiora studia in secundo cyclo prosequenda tum ad certa ecclesiastica munera rite exercenda.

***Art.** 53.* Praeter examina vel aequipollentia experimenta de singulis disciplinis, in fine primi et secundi cycli habeatur vel examen comprehensivum vel aequipollens experimentum, quo studens comprobet se scientificam plenamque formationem acquisivisse, respectivo cyclo intentam.

***Art.** 54-* Facultatis est determinare, quibus condicionibus studentes, qui sexenne curriculum philosophicum-theologicum in seminario vel alio instituto superiore approbato rite perfecerint, ad secundum cyclum admitti possint, ratione accurate habita studiorum iam peractorum et, prout res ferat, etiam peculiaribus cursibus et examinibus impositis.

Titulus II

DE FACULTATE IURIS CANONICI

(Const. Apost., art. 75-78)

***Art.** 55.* In Facultate Iuris Canonici, Latini vel Orientalis, curandum est ut tum historia et textus legum ecclesiasticarum tum earundem ratio et nexus modo scientifico exponantur.

***Art.** 56.* Disciplinae obligatoriae sunt:

1° in primo cyclo:

a) Institutiones generales Iuris Canonici;

b) Elementa Sacrae Theologiae (praesertim ex Ecclesiologia et Theologia sacramentaria) et Philosophiae (praesertim ex Ethica et Iure naturali), quae suapte natura requirantur ante studium Iuris Canonici; quibus utiliter addi possunt elementa ex scientiis anthropologicis cum scientia iuridica conexis.

2° in secundo cyclo:

a) Codex Iuris Canonici secundum omnes eius partes, aliaeque leges canonicae;

b) Disciplinae conexae, cuius modi sunt: Philosophia Iuris, Ius publicum ecclesiasticum, Institutiones Iuris Romani, Elementa Iuris Civilis, Historia Iuris Canonici, cum propriis exercitationibus et seminariis, quadam quoque commentatione conscripta.

3° in tertio cyclo :

Determinent Statuta Facultatis, quae disciplinae speciales et exercitationes atque seminaria praescribenda sint secundum propriam Facultatis naturam et peculiares studentium necessitates.

Art. *57.* **§ 1.** Qui curriculum philosophicum-theologicum in seminario vel alio instituto approbato rite absolverit, vel disciplinis primi cycli se iam rite studuisse comprobaverit, statim ad secundum cyclum admitti potest.

§ 2. Qui Doctoratum in iure civili iam consecutus sit, potest curriculum contrahere iudicio Facultatis, firma obligatione omnia superandi examina vel experimenta, quae ad gradus academicos consequendos requiruntur.

Art. *58.* Praeter examina vel aequipollentia experimenta de singulis disciplinis, in fine secundi cycli habeatur vel examen comprehensivum vel aequipollens experimentum, quo studens comprobet se scientificam plenamque formationem acquisivisse, hoc cyclo intentam.

Titulus III

DE FACULTATE PHILOSOPHIAE

(Const. Apost., art. 79-83)

Art. *59.* **§ 1.** Philosophia ita tradatur ut studentes in cyclo institutionali ad solidam cohaerentemque synthesim doctrinae perveniant, ac diversa philosophorum systemata examinare et diiudicare addiscant, necnon personali considerationi philosophicae paulatim assuefiant.

§ 2. Quod maiore profunditate, in obiecto investigationis magis determinato ac methodo plane philosophica, in cyclo inchoatae *specializationis* perficiendum est.

Art. 60. Disciplinae obligatoriae sunt:

I° in primo cyclo:

a) Philosophia systematica (praemissa introductione generali) cum praecipuis suis partibus: Philosophia cognitionis, Philosophia naturae, Philosophia hominis, Philosophia entis (Theologiam naturalem complectens) et Philosophia moralis;

b) Historia Philosophiae, praesertim modernae, cum accurato examine systematum, quae maiorem vim exerceant;

c) Disciplinae auxiliares, nempe selectae scientiae hominis et naturae.

2° in secundo cyclo:

Disciplinae speciales, quae opportune in varias *sectiones* distribuantur secundum diversas *specializationes,* cum propriis exercitationibus et seminariis, quadam quoque commentatione conscripta.

3° in tertio cyclo:

Determinent Facultatis Statuta an et quae disciplinae speciales, cum exercitationibus et seminariis, tradendae sint.

Art. 61. Praeter examina vel aequipollentia experimenta de singulis disciplinis, in fine primi et secundi cycli habeatur vel examen comprehensivum vel aequipollens experimentum, quo studens comprobet se scientificam plenamque formationem acquisivisse, respectivo cyclo intentam.

Art. 62. Facultatis est definire, quibus condicionibus studentes, qui biennium philosophicum in instituto approbato vel integrum curriculum philosophicum-theologicum in seminario vel alio instituto superiore approbato rite absolverint, ad secundum cyclum admitti possint, ratione accurate habita studiorum iam peractorum et, prout res ferat, etiam peculiaribus cursibus et examinibus impositis.

Titulus IV

DE ALIIS FACULTATIBUS

(Const. Apost., art. 84-87)

Art. *63.* Ad normam art. 86 Constitutionis gradatim tradentur a Sacra Congregatione pro Institutione Catholica normae speciales pro aliis Facultatibus, ratione habita experientiae in iisdem Facultatibus et Institutis iam haustae.

Art. 64. Interim in Appendice II Elenchus praebetur provinciarum seu ***Sectorum*** studiorum ecclesiasticorum — praeter theologica, canonistica, philosophica, de quibus in tribus prioribus titulis alterius partis harum Ordinationum — prout tamquam Facultates vel Instituta « ad instar » vel ***Sectiones Specializationis*** nunc in Ecclesia ipsi academice ordinantur ac vigent. Qui Elenchus opportune a Sacra Congregatione pro Institutione Catholica complebitur, indicatis eorundem ***Sectorum*** tum finibus peculiaribus tum potioribus disciplinis, quae in eis traduntur et investigantur.

Quas Ordinationes omnes et singulas SS.mus D. N. Ioannes Paulus divina Providentia PP. II ratas habuit, confirmavit, evulgari iussit, contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica, die xxix mensis Aprilis, memoriae S. Catharinae Senensis, virg. et Eccl. doct., sacra, anno MCMLXXIX.

GABRIEL MARIA Card. GARRONE
L. © S. ***Praefectus***

® ANTONIUS MARIA JAVIERRB ORTAS
a *Secretis*

APPENDIX I

AD ART. 6 « ORDINATIONUM »

NORMAE AD UNIVERSITATIS VEL FACULTATIS STATUTA CONFICIENDA

Statuta Universitatis vel Facultatis, attentis iis, quae in Constitutione Apostolica et adnexis Ordinationibus continentur — relinquendo propriis internis ordinationibus ea, quae magis particularia et mutabilia sunt — de sequentibus praecipue agere debent:

1. ***De nomine, natura et fine*** Universitatis vel Facultatis (cum brevi notitia historica in prooemio).

2. ***De regimine*** - De Magno Cancellario; de Auctoritatibus academicis personalibus et collegialibus : quaenam earum munera; quomodo Auctoritates personales eligantur et quamdiu munere fungantur; quomodo Auctoritatum collegialium seu Consiliorum membra eligantur et in quod tempus.

3. ***De docentibus*** - Quot saltem esse debeant in unaquaque Facultate; in quos ordines docentes sive stabiles sive non stabiles distinguantur; quibus dotibus praediti esse debeant; quomodo cooptentur, nominentur, promoveantur et a munere cessent; de eorum officiis et iuribus.

4. ***De studentibus -/De,*** requisitis ad eorum adscriptionem: de eorum officiis et iuribus.

5. ***De officialibus et administris*** **-** De eorum officiis et iuribus.

6. ***De ratione studiorum*** - Quae sit ordinatio studiorum in unaquaque Facultate: qui cycli habeantur; quae disciplinae tradantur: de earum ***obligatorietate*** et frequentatione; quae seminaria et exercitationes; quae examina et experimenta.

7. ***De gradibus academicis*** - Qui gradus conferantur in unaquaque Facultate et quibus condicionibus.

8. ***De rebus didacticis*** - De bibliotheca : quomodo eius conservationi et incremento provideatur; de aliis subsidiis didacticis et de laboratoriis scientificis, si requirantur.

9. ***De rebus oeconomicis*** - De patrimonio Universitatis vel Facultatis, et de eius administratione; de normis circa honoraria pro auctoritatibus, docentibus et officialibus et circa studentium tributa, necnon de beneficiis scholasticis.

10. ***De relationibus cum aliis Facultatibus, Institutis, etc.***

APPENDIX II

AD ART. 64 « ORDINATIONUM »

SECTORES STUDIORUM ECCLESIASTICORUM PROUTI NUNC (A. MCMLXXIX) IN ECCLESIA ACADEMICE ORDINANTUR AC VIGENT

ELENCHUS

Animadversio. - Singuli ***Sectores*** studiorum, ordine alphabetico hic enumerati, referunt intra parentheses formam ***organizationis*** academicae (Facultatis nempe vel Instituti « ad instar » vel ***Sectionis Specializationis),*** qua nunc in aliquo saltem Centro Academico Ecclesiastico vigent. Non recensentur studia theologica, canonistica et philosophica, de quibus in art. **51, 56, 60** harum Ordinationum.

1. Studia ***Arabica-Islamica*** (Institutum « ad instar », Sectio specializationis in Facultate Theologica).

2. Studia ***Archaeologica christiana*** (Institutum « ad instar »),

3. Studia ***Atheismi*** (Sectio Specializationis in Facultate Theologica et/vel Philosophica).

4. Studia ***Biblica*** (Facultas Scientiarum Biblicarum, Sectio Specializationis in Facultate Theologica).

5. Studia ***Catechetica*** (Sectio Specializationis in Facultate Theologica vel Scientiarum Educationis).

6. Studia ***Ecclesiastica Orientalia*** (Facultas Scientiarum Ecclesiasticarum Orientalium).

7. Studia ***Educationis*** (Facultas Scientiarum Educationis).

8. Studia ***Historica Ecclesiastica*** (Facultas Historiae Ecclesiasticae, Sectio Specializationis in Facultate Theologica).

9. Studia ***Iuridica Canonica-Civilia comparata*** (Facultas Iuris civilis comparati).

10. Studia ***Litteraria Classica et Christiana*** (Facultas Litterarum Christianarum et Classicarum).

11. Studia ***Liturgica*** (Facultas, Sectio Specializationis in Facultate Theologica).

12. Studia ***Mariologica*** (Sectio Specializationis in Facultate Theologica).

13. Studia ***Mediaevalia*** (Institutum « ad instar », Sectio Specializationis in Facultate Theologica, vel Iuris Canonici, vel Philosophica).

14. Studia ***Missiologica*** (Facultas Missiologiae, Sectio Specializationis in Facultate Theologica).

15. Studia ***Moralia*** (Sectio Specializationis in Facultate Theologica).

16. Studia ***Musica Sacra*** (Institutum « ad instar », Sectio Specializationis in Facultate Theologica).

17. Studia ***Oecumenica*** (Sectio Specializationis in Facultate Theologica).

18. Studia ***Orientalistica*** (Facultas Orientis Antiqui, Sectio Specializationis in Facultate Theologica vel Philosophica).

19. Studia ***Paedagogica*** (Facultas Paedagogiae, Sectio Specializationis in Facultate Philosophiae vel Scientiarum Educationis).

20. Studia ***Pastoralia*** (Sectio Specializationis in Facultate Theologica).

21. Studia ***Patristica*** (Sectio Specializationis in Facultate Theologica).

22. Studia ***Psychologica*** (Institutum « ad instar », Sectio Specializationis in Facultate Philosophica, vel Paedagogica, vel Scientiarum Educationis).

23. Studia ***Religionum et Phaenomeni Religiosi*** (Sectio Specializationis in Facultate Theologica vel Philosophica).

24. Studia ***Religiosa catholica*** (Institutum Superius Scientiarum Religiosarum).

25. Studia ***Sociologica*** (Facultas Scientiarum Socialium, Sectio Specializationis in Facultate Scientiarum Educationis).

26. Studia ***Spiritualitatis*** (Sectio Specializationis in Facultate Theologica).

27. Studia ***Theologiae vitae religiosae*** (Sectio Specializationis in Facultate Theologica).

EPISTULAE

I

Iosepho S. R. E. Cardinali Slipyj, Archiepiscopo Maiori Leopolitano Ucrainorum, exacto millennio ab invecta fide christiana in regionem « Rus ».

1. Cum superioris mensis Novembris vicesimo die coram admisissemus te, Venerabilis Frater Noster, aliosque simul legatos Hierarchiae Catholicae Ucrainae, ipse memoravisti appropinquantem iam terminum primi millennii ab invecta fide christiana in regionem ((Rus ». Eodem praeterea tempore aperuistis Nobis consilium per annorum decem proximorum spatium rite praeparandi vos una cum omni Ecclesiae vestrae communitate ad maximum illum Iubilaeum. Inter varia autem celebrationis iubilaris coepta eminebit sane peregrinatio magna quae in Terram Sanctam deducetur, ad ea videlicet loca ubi Redemptor Divinus haec quondam protulit verba : ((Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».[1] Propositum hoc, quod Episcopatus vester sic patefecit, Nos vehementer quidem permovit. Nam respicit eventa praeteritae ac recentioris aetatis quae cum toto coniunguntur opere evangelizationis in natione Ucraina cuius res gestae atque expertae Nobis potissimum cordi sunt et curae.

2. Indoles porro ipsa commemorationis huius, quae in memoriam rediget nominis christiani primordia in ((Rus », etiamnunc Nobis permittit ut uno velut animi conspectu quale millennium istud fuerit comprehendamus, Nosque pariter inducit medium in cursum ac motum eventuum qui cohaerent cum populi ac nationis historia in quibus Divinae Providentiae praesens cernitur manus : illius, inquimus, Providentiae quae per tortuosos fortunae humanae flexus omnia ante disposuit et omnia item perducit eum ipsum ad finem qui plenius respondet Misericordiae suae decretis. Impulsu igitur fidei vivae nos acti confidere debemus Iustitiae Divinae, quae simul vero Misericordia est, atque huic eidem confidere Misericordiae in qua ostendetur ad extremum Iustitia. In ea profecto modum aequum suum reperiet non sola cuiusque hominis vita ((qui venit in mundum », sed etiam historia populorum ac nationum per quam Divina Providentia conscribit nostrum omnium singillatim historiam.

[1] *Mt.* 28, 19.

3. Mente proin ad dies illos revolvamur quibus Vladimirus Princeps Kioviensis cunctaque cum eo provincia « Rus » evangelium susceperunt Iesu Christi et baptismatis receperunt gratiam. Reapse arcanis rationibus providentissimus Deus faustum istum festivumque eventum iam praeparaverat inde a saeculi noni initiis, cum adulescens tantum civitas Kioviensis arcta cum Byzantio politica ac mercatoria contrahere vincula coepisset. Hae necessitudines initae cum Graecis — haud secus atque cum aliis vicinis populis slavicis qui fidem christianam erant antea similiter amplexi — permultum contulerunt ad eandem religionem inter incolas « Rus » quoque efficaciter disseminandam. Primi scilicet conversi sunt milites — etsi rariores dumtaxat et singuli — Principis Inguari necnon mercatores qui externas cognoverant gentes. Accessit deinde Princeps Olga uxor Inguari quae mortuo viro in imperium successerat primaque ipsa ex domo regia nomen est christianum professa. Tum complures ex illius comitatu Boiari praebitum ab ea exemplum sequebantur. Ita quidem pervenitur ad annum nongentesimum duodenonagesimum quo Princeps Vladimirus memoratae Olgae nepos statuit christianam fidem proferre ad universos civitatis suae incolas, qui immo iussit coram se suaque familia et clero Graeco omnes habitatores capitis urbis publice et coniuncte baptizari in flumine Borysthene. Hoc itaque pacto incohavit ille fidei propagationem, primum intra sui principatus fines dein finitima per loca circum provinciam « Rus » ad orientem solem ac septentrionem vergentia. Recordatione ergo millennaria eiusdem historici eventi iamiam adventante oportet vel maxime laetari quod ea, quae ante Ascensionem suam Christus Dominus noster apostolis praeceperat, etiam intra regionem sanctam « Rus » feliciter sunt impleta. Oportet gratias pariter ex animo toto referre Deo Uni et Trino cuius nomine vestri sunt baptizati maiores.

4. Christiana fides de urbe Roma advenit in Kioviensem « Rus » per urbem ipsam Constantinopolim. Illic enim profecti missionales Catholici evangelium secum primi importaverunt ad patres vestros quos simul expiaverunt lavacri salutaris fonte. Id vero tum videlicet factum est, cum Ecclesia in occidentali et orientali orbis parte suam conservabat unitatem, tametsi abunde hauriebat duabus ex diversis traditionibus ad duasque pertinebat diversas humanitatis culturas : unde insignes quidem profluebant Ecclesiae universalis divitiae. Solum undecimo saeculo intercessit divisio quae magnum dolorem attulit et acer-

bitatem tam istius temporis Christianis quam Christi assectatoribus sequentium aetatum ad nostros usque dies. Cum autem « Rus » Kioviensis — aucta iam fide christiana sibi inserta exeunte decimo post Christum saeculo — inveniretur ob suum geographicum situm in ambitu ipso auctoritatis Ecclesiae orientalis, cuius veluti centrum erat Patriarchatus Constantinopolitanus, mirandum ideo non est quod susceptae plures viae redintegrandi perfractam unitatem saepius in eandem « Rus » confluxerunt. In praesentia hic commemorare sufficit collocutiones illius unitatis causa habitas ad extremum saeculum decimum quartum necnon conatus factos — proh dolor ! sine exitu felici — in Conciliis Constantiae et Basiliae ac denique in Florentino Concilio ubi Kioviensis Metropolita Isidorus strenue promovit impetravitque adeo optatam Ecclesiae orientalis et occidentalis coniunctionem. Attamen, dimisso Concilio illo, constat Metropolitam eundem Isidorum, quem Summus Pontifex suum interea destinavisset Legatum « a latere » in Lituania, Livonia, Russia et ad Patris Cardinalis dignitatem evexisset quemque populus suus propter effectam Ecclesiarum iunctionem dilaudavisset, plura quidem passum esse ob studiosam suam navitatem oecumenicam, immo etiam in carcerem Moscuae detrusum indeque effugientem demum Romam advenisse unde omnem unitatis causam dirigeret. Sed graviores condiciones quae praevalebant ipsius in patria tandem fecerunt ut ad irritum redigerentur optimae unionis spes quae in Concilio illo Florentino propositae erant. Nihilominus cupiditas redeundi ad communionem cum Apostolica Sede numquam inter Episcopos Ruthenos evanuit qui scilicet mense Decembri MDXCIV et Iulio MDXCV declaraverunt paratos se esse ad iter unionis cum Roma ingrediendum ideoque legatos aliquot suos miserunt ut istud ipsum tractarent argumentum. Sic igitur flamma unitatis, quae a Metropolita Isidoro accensa erat in Concilio Florentino quaeque ob validiora foris adiuncta plus centum quinquaginta annos relanguerat, denuo exarsit viamque aperuit ad unionem Brest-Litovsk de qua postmodum loquemur. Id utcumque est, facta et eventa haec omnia testificantur Ecclesiam numquam acquievisse in tristi statu diruptae unitatis suae eumque contra iudicavisse semper voluntati Christi Domini contrarium. Quantumvis magni aestimet Ecclesia planeque observet diversas traditiones ac differentias tum historiae tum culturae animi inter populos quos ipsa in se complectitur, aptiores tamen non cessat conquirere vias quibus unitas illa reparetur. Voces sacerdotalis precationis Iesu : « Pater sancte, serva eos ... ut sint

unum »,[2] tales fuerant quae numquam deinceps excidere possent memoriis discipulorum ac sectatorum Ipsius qui in pervigilio mortis suae in Cruce eas pronuntiaverat.

Dum autem novitiatum in eadem Societate peragebat, Maria a Passione, die 19 Martii a. 1865, nondum religiosa vota professa, Missioni destinabatur, in Vicariatu Apostolico de Maduré, in India, Religiosis Reparatricibus concreditae. Ibique, novitiatu in conventu de Tuticorin laudabiliter emenso, die 3 Maii a. 1866 vota temporalia nuncupavit. Cumque ob singulares prudentiae et intellectus dotes magni aestimaretur a Societatis fundatrice Maria a Iesu, gubernium communitatis Tuticorinensis fuit ei commissum die 5 Augusti, eodem anno; immo post annum, die scilicet 9 Iulii a. 1867, Moderatrix Provincialis pro domibus Sororum in India sitis instituebatur. Quod officium dum exerceret, die 15 Ianuarii a. 1871 vota perpetua emisit.

Nova ergo Moderatrix Provincialis prudentem simul et fortem illico manum apposuit ut conflictus solveret ac difficultatibus obviaret, quibus religiosa Sororum indigenarum formatio infeliciter tunc impediebatur. Duo nempe aderant in Missione Instituta Sororum huiusmodi, annis 1854 et 1856 condita, nondum tamen ad vitam religiosam sufficienter instructa. Sub prudenti igitur ac securo Servae Dei regimine, dum disciplina debite restituebatur, pax et concordia cito reflorescere coeperunt, vitaque religiosa novum ubique assumpsit vigorem. Quod tamen non fuit ab omnibus unanimiter approbatum. Immo aliqui ex contradictoribus, rectam et impartialem Servae Dei agendi

rationem aegre ferentes, non quieverunt donec eam a Provinciae gubernio orbatam vidèrent.

Itaque Maria a Passione, quae iam ab a. 1875 in conventu loci Ootacamund commorabatur, in Vicariatu Apostolico Missionibus Exteris Parisiensibus commisso siti, die 22 Ianuarii a. 1876 officio est privata. Ingravescentibus autem difficultatibus, 19 ex 33 Sororibus Reparatricis, quae tunc in Missione operam praestabant, accusationibus contra Servam Dei prolatis se in conscientia acquiescere non posse existimantes, apud Ooctacamund refugium quaesierunt, sub auctoritate Vicarii Apostolici Domini Bardou. Qui, negotio attente ex omni parte considerato, totam rem Sanctae Sedis iudicio submittendam esse aestimavit, ac Mariam a Passione Romam proficisci oportere censuit. Itaque Serva Dei, die 22 Novembris a. 1876, cum duabus Consororibus Romam adveniens benigne recepta est a Summo Pontifice Pio IX, qui novum quoque Institutum Missionariarum a Maria nuncupatum condendi facultatem ei concessit die 6 Ianuarii a. 1877.

In difficillimis autem huiusmodi adiunctis Servam Dei prudenter ac sapienter egisse, quin ullo modo caritatem vel oboedientiam laederet, clare elucet ex variis testimoniis. Praeter alia nempe nuntium etiam misit ex Urbe, mense Ianuario a. 1877, ad Consorores quae exitum negotii in India exspectabant : « Filiae carissimae, firmiter vobis promitto et hoc a vobis quoque postulo, scilicet ut in quotidiana conscientiae excussione locum semper reservetis examini de caritate, attente inspicientes num vel cogitatione vel verbo contra personas aliqualiter defeceritis quae molestiae occasionem nobis intulerunt ».

Iuxta facultatem ergo a Pio Papa IX sibi datam, domum aperuit novitiatus apud Saint-Brieuc, in Gallia, die 5 Aprilis a. 1877, sub protectione Episcopi Briocensis. Die autem 25 eiusdem mensis et anni prima novi Instituti Moderatrix Generalis electa est. Deinde, Romam rediens anno 1882, valde propitium sibi invenit Ministrum Generalem Ordinis Fratrum Minorum, Servum Dei Bernardinum de Portogruaro, qui et in Tertium Ordinem Franciscalem eam cooptavit et speciali Raphaelis Delarbre, eiusdem Ordinis sodalis, curae commendavit. Ita Maria a Passione Constitutiones pro novo Instituto exaravit ac domum religiosam fundavit in Urbe die 18 Augusti, eodem anno. Dum omnia prospere procedere videntur, Serva Dei, iniustis incusationibus noviter propositis, iussu Leonis Pp. XIII, ab officio Moderatricis Generalis destituta die 16 Martii a. 1883, mandatum Pontificis dociliter susci-

piens, absque ulla excusatione, scripsit Cardinali Vicario : « Omnes Missionariae a Maria voluntati Suae Sanctitatis omnimodam praestabunt venerationem et oboedientiam. Quod ad me spectat, spero, Immaculata Matre adiuvante, meo exemplo ad hoc easdem praevenire)). Post annum vero, die scilicet 8 Aprilis a. 1884, ipse Summus Pontifex, accusationes contra Servam Dei prolatas omni fundamento carere cognoscens, innocentem eam declaravit. Quae exinde unanimiter electa est iterum in Moderatricem Generalem die 26 Iulii a. 1884, ut consolidation Instituti incumbere posset et opus inceptum rite complere. Atque ita novum Institutum, quod ex tunc, Tertio Francisca!! Ordini aggregatum, Franciscanum Missionariarum Mariae appellari incipiebat, *Decretum laudis* a Sede Apostolica anno 1885 meruit; anno vero 1890, die 17 Iunii, approbationem definitivam obtinuit; anno demum 1896, die 11 Maii, plenam Constitutionum etiam a Fundatrice compilatarum confirmationem nactum est.

Interim Serva Dei, quae vehementi animarum zelo incita, nec itinerum molestiis, nec multiplicibus aliis laboribus parcebat, ut plurimis Missionum necessitatibus ac petitionibus satisfaceret, humiliter de se ipsa sentiens, se in fundatione Instituti ad instar asini egisse aiebat, qui flagellorum tantum stimulo progredi cogatur. In omnibus vero gloriam Dei praeprimis quaerens, maxima semper incubuit cura spirituali Franciscanum Missionariarum a Maria formationi, quas vere victimas, adoratrices et missionarias esse volebat ut possent missionem Virginis Mariae in propria vita efficaciter continuare, atque optimis scriptis, caelesti doctrina ac spiritu missionario refertis, ad perfectiora movere numquam desistebat. Singularis sane mulier, inexstinguibili amoris absoluti siti signata, fortis in tribulationis et angustiis, semper serena, facilis ad parcendum et generosa, corde exuberans et indefesso zelo excellens, intellectu non communi et tenaci voluntate praedita, perfecta suimetipsius oblatione Deo mancipata ac animarum saluti dicata, locum tenet vere notabilem in historia Ecclesiae et in spiritualitatis missionariae incremento, valdeque eminet fama sanctitatis ac sincero rectitudinis sensu.

Quando ergo Serva Dei, die 15 Novembris a. 1904, Remopoli in Liguria terrenae suae peregrinationis cursum complevit, 86 passim per orbem domus Instituti a se fundatas reliquit, in remotissimis saepe imperviisque regionibus sitas, ac fere 2.000 Sororum Franciscalium Missionariarum a Maria.

Post obitum autem Servae Dei, cum fama sanctitatis eius continuum, praesertim in religiosa familia ab ipsa condita, accepisset incrementum, annis 1918-1922 processus ordinarius informativus instructus est super huiusmodi fama apud Curiam Ventimiliensem, processusque rogatoriales celebrati sunt Romae (aa. 1918-1923), Southvarci (a. 1919), Friburgi (a. 1920), Coimbatore (aa. 1919-1920), Parisiis (a. 1921), et Oeniponte (a. 1922), necnon processiculus additionalis Romae coram Promotore Fidei (a. 1927).

Plurimae interea perveniebant Litterae Postulatoriae ad Summum Pontificem, a cardinalibus, episcopis, sacerdotibus, religiosis variorum Institutorum et a laicis etiam scriptae, quibus introductio Causae apud Sedem Apostolicam expostulabatur. Scriptis Servae Dei perpensis, Sacra tunc Rituum Congregatio, approbante Pio Papa XII, die 2 Iulii anno 1941, Decretum edidit ad ulteriora posse procedi.

Servatis igitur omnibus de iure servandis, instante Rev.mo P. Antonio Cairoli, Postulatore Generali O. F. M., Congressus Peculiaris habitus est die 13 Iunii a. 1978, quem excepit Congregatio Peculiaris, Cardinali Petro Palazzini Relatore seu Ponente, die 12 Decembris eodem anno. Quibus in coetibus ad dubium an Causa Servae Dei Mariae a Passione introducenda esset, Patres omnes affirmativum dederunt responsum, si tamen Summo Pontifici placuisset.

Facta denique Ioanni Paulo Papae II, per infrascriptum Cardinalem Praefectum, accurata de his omnibus relatione, Sanctitas Sua, in Audientia die 19 Ianuarii hoc anno 1979 eidem concessa, responsum S. Congregationis ratum habuit et confirmavit : *Causam scilicet Servae Dei Mariae a Passione esse introducendam.*

Datum Romae, die 19 Ianuarii A. D. 1979.

CONRADUS Card. BAFILE, *Praefectus*

L. ® S.

® Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza:

Venerdì, **4** Maggio **1979**, S. E. il Dott. **ARISTIDES ROYO**, Presidente della Repubblica di Panama.

Lunedì, **7** Maggio **1979**, S. E. il Colonnello **ROBERTO PALMA GÁLVEZ**, Ministro degli Affari Esteri della Repubblica di Honduras.

Lunedì, **7** Maggio **1979**, la Signora J. **TSATSOS**, Consorte del Presidente della Repubblica di Grecia.

Giovedì, **10** Maggio **1979**, la signora **ROSALYNN CARTER**, Consorte del Presidente degli Stati Uniti d'America.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici Sua Santità Giovanni Paolo II ha nominato:

5 maggio 1979. Il Signor Cardinale Paolo Bertoli, *Camerlengo di Santa Romana Chiesa.*

» » » S. E. Mons. Eduardo Martínez Somalo, Arcivescovo tit. di Tagora, *Sostituto della Segreteria di Stato.*

» » » Mons. Achille Silvestrini, Arcivescovo tit. di Novaliciana, *Segretario del Consiglio per gli Affari Pubblici della Chiesa.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

7 aprile 1979. S. E. Mons. Simon Ignatius Pimenta, Arcivescovo di Bombay, e S. E. Mons. Brian Patrick Ashby, Vescovo di Christchurch, *Membri del Segretariato per l'Unione dei Cristiani.*

5 maggio » Mons. Audrys Juozas Backis, *Sotto-Segretario del Consiglio per gli Affari Pubblici della Chiesa.*

9 » » Il Signor Card. Giuseppe Schroffer, *Membro dell'Amministrazione del Patrimonio della Sede Apostolica.*

Protonotari Apostolici soprannumerari:

20	gennaio	1979.	Mons. Federico Gioacchino (Piazza Armerina).
11	febbraio	»	Mons. Borraz Zurriaga Luis (Zaragoza).

Prelati d'Onore di Sua Santità:

25	ottobre	1978.	Mons. Boyle Liam (Limerick).
»	»	»	Mons. Caly Stanislaw (Lubaczów).
14	novembre	»	Mons. Breslin Patrick D. (Fresno).
»	»	»	Mons. Delany John A. (Fresno).
»	»	»	Mons. Logan James T. (Fresno).
»	»	»	Mons. Lopez Daniel M. (Fresno).
»	»	»	Mons. Maloney James J. (Fresno).
29	»	»	Mons. Barker Harry O. (Alexandria-Shreveport).
»	»	»	Mons. Buvens Norman C. (Alexandria-Shreveport).
»	»	»	Mons. Jekeler Charles M. (Alexandria-Shreveport).
»	»	»	Mons. Murphy Patrick J. (Alexandria-Shreveport).
»	»	»	Mons. Susi Joseph M. (Alexandria-Shreveport).
»	»	»	Mons. Testa Steve J. (Alexandria-Shreveport).
»	»	»	Mons. Walle Julius G. (Alexandria-Shreveport).
»	»	»	Mons. Walsh Water E. (Alexandria-Shreveport).
18	dicembre	»	Mons. Holling Anton (Hildesheim).
»	»	»	Mons. Schenk Heinrich (Hildesheim).
13	gennaio	1979.	Mons. Capek Velimir (Zagreb).
12	febbraio	»	Mons. Giuliano Salvatore (Nola).
»	»	»	Mons. Ruggiero Andrea (Nola).
15	»		Mons. Betz Johannes Baptist (Bamberg).
18	»	»	Mons. Gasbarre Francis Edward (Cleveland).
25	»	»	Mons. Mastino Giovanni (Bosa).
30	marzo	»	Mons. Pedrolli Luigi (Trento).

Cappellani di Sua Santità:

25	ottobre	1978.	Il sac. Dabrowski Giorgio (Gniezno).
»	»	»	Il sac. Orzechowski Kazimierz (Lubaczów).
»	»	»	Il sac. Ratajczak Pietro (Gniezno).
»	»	»	Il sac. Rembacz Casimiro (Gniezno).
29	novembre	»	Il sac. La Caze James C. (Alexandria-Shreveport).
»	»	»	Il sac. Larroque Warren T. (Alexandria-Shreveport).
18	dicembre	»	Il sac. Franz Günther (Hildesheim).
• »	»	»	Il sac. Görlich Peter (Hildesheim).
»	»	»	Il sac. Koitz Hans Georg (Hildesheim).
5	gennaio	1979.	Il sac. Burger Alfons (Rottenburg).
»	»	»	Il sac. Kimming Otto (Rottenburg).
9	febbraio	»	Il sac. Galiano Matteo (Mazara del Vallo).
12	»	»	Il sac. Napolitano Rocco (Nola).
»	»	»	Il sac. Romano Pasquale (Nola).
14	»	»	H sac. Gabarain Azurmendi Cesáreo (San Sebastián).

27	febbraio	1979.	Il sac. Gladysiewicz Andrzej (Luck).
»	»		II sac. Krajewski Franciszek (Luck).
			II sac. Obrebski Josef (Vilna).
		»	II sac. Swierzawski Wlaclaw (LubaczoAv).
»			II sac. Szczypta Stanislaw (Luck).
1	marzo	»	II sac. Qualk Wolfgang (Magdeburg).
2	»		II sac. Nowak Stanislaw (Krakow).
14		»	II sac. Todisco Giuseppe (Monopoli).
17	»	»	II sac. Lazari Fedele (Otranto).
»	»		II sac. Miserachs Grau Valentin (Vieh).
28		»	II sac. Mininni Luigi (Trani).
30	»	»	II sac. Lo Gioco Angelo (Nicosia).
»	»		II sac. Mannori Giancarlo (Pistoia).
	»	»	II sac. Marrazzo Domenico (Aversa).
25	aprile	»	II sac. Ventura Luigi (Brescia).
»	»	»	II sac. Wamboldt William (Halifax).

Gentiluomo di Sua Santità:

12 aprile 1979. II sig. Snider Carlo (Roma).

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha conferito :

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

6	marzo	1979.	Al sig. Morosolli André (Paris).
15	»	»	Al sig. Calamani Giuseppe *(Italia).*
26	»	»	Al sig. Di Lorenzo Giulio Cesare *(Italia).*

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

29	novembre	1978.	Al sig. Coughlin Frank Hugh (Alexandria-Shreveport)
22	dicembre	»	Al sig. Frat Robert (Fréjus et Toulon).
9	febbraio	1979.	Al sig. Rizzo Marino Alberto (Mazara del Vallo).
»	»	»	Al sig. Di Stefano Gianni (Mazara del Vallo).
15	marzo	»	Al sig. Santaniello Michele *(Italia).*
21	»	»	Al sig. Pillepich Remigio *(Italia).*
28	»	»	Al sig. Bertagnoli Franco (Udine).
30	»		Al sig. Benavente José Ricardo *(Chile).*
2	aprile	»	Al sig. Adonnino Pietro (Roma).
25			Al sig. Sarti Carlo (Milano).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe militare:

6 maggio 1979. Al sig. Haag Albert *(Svizzera).*

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

14	novembre	1978.	Al sig.	Bollen Willem Johan (Rotterdam).
18	dicembre		Al sig.	Greulich Helmut (Hildesheim).
20	»	»	Al sig.	Sisón Angel A. (Lingayen-Dagupan).
31	gennaio	1979.	Al sig.	De Groof Marcel (Malines-Bruxelles)
2	febbraio	»	Al sig.	Oanessa Carlos (San Salvador).
9	»		Al sig.	Heerdink Gerardus (Bois-le-Duc).
2	marzo	»	Al sig.	Fallot Marcel (Besançon).
10	»	»	Al sig.	Labaisse Jean Louis (Périgueux).
2	aprile		Al sig.	Cetorelli Gabriele (Roma).

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

17	gennaio	1979.	Al sig.	Grade Lew (Westminster).
8	aprile	»	Al sig.	Ammannati Remo (Firenze).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

20	dicembre	1978.	Al sig.	Ghini Guido (Forlì).
13	gennaio	1979.	Al sig.	De Witte Camille (Malines-Bruxelles).
12	febbraio	»	Al sig.	Cioffi Vito (Nola).
»	»	»	Al sig.	Vetrano Antonio (Nola).
15	marzo		Al sig.	Cangiano Ermete *(Italia).*
»	»	»	Al sig.	Stanca Vittorio *(Italia).*
20		»	Al sig.	Carosi Giovanni (Tursi-Lagonegro).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

27	ottobre	1978.	Al sig.	Wijshoff Wilhelm (Roermond).
29	»	»	Al sig.	Houben Jacobus P. C. (Roermond).
6	novembre		Al sig.	Roelofs Henricus B. (Haarlem).
»	»	»	Al sig.	Steenbeek Jan (Utrecht).
8			Al sig.	Donders Antonio Francesco (Utrecht).
14	»	»	Al sig.	Camps Lodewijk A. Lambert (Bois-le-Duc).
»		»	Al sig.	Lasance Gerardo Christiano L.F.M. (Bois-le-Duc).
»			Al sig.	Massenkeil Wolfgang (Köln).
»	»		Al sig.	Ruzzi Gaetano (Chieti).
16		»	Al sig.	Kroese Cornelis Hendrik (Haarlem).
»	»	»	Al sig.	Steeman Hendrik J. (Groningen).
20		»	Al sig.	Van Oss Theodorus Maria Joseph (Bois-le-Duc).
28		»	Al sig.	Jongenelen Jules (Utrecht).
9	dicembre		Al sig.	Lennaerts Willem Gerard Joseph (Bois-le-Duc).
14			Al sig.	Jaspers Paulus A.T.M. (Roermond).
18	»		Al sig.	Coenen Anton Lud. Joseph (Haarlem).
»		»	Al sig.	Terheyden Karl (Hildesheim).
»	»		Al sig.	Van Gastel Hubert Jac. Anton (Bois-le-Duc).
20	»		Al sig.	Bagattoni Romeo (Forlì).

»		»	Al sig. Baldini Romano (Forlì).
»	»		Al sig. Ballaben Antonio (Gorizia).
»	»	»	Al sig. Biagioli Marcello (Forlì).
	»	»	Al sig. Bozzi Valmore (Gorizia).
		»	Al sig. Oarlet Romildo (Gorizia).
»	»		Al sig. Petarin Giuseppe (Gorizia).
»		»	Al sig. Rava Elpidio (Forlì).
»	»		Al sig. Vodice Giuseppe (Gorizia).
3	gennaio	1979.	Al sig. Ot jes Joseph J. Eduard (Utrecht).
23	»	»	Al sig. Van de Watering Petrus (Breda).
»	»	»	Al sig. Van Haperen Petrus (Breda).
27		»	Al sig. Fischer Max (Regensburg).
28		»	Al sig. Den Nijs Johannes (Haarlem).
»			Al sig. Hameleers Paul (Haarlem).
31	»		Al sig. Van der Meijden Johannes A. J. (Haarlem).
2	febbraio	»	Al sig. El-Hilow Abraham (St. Maron).
»	»		Al sig. Mesrreny Fred (St. Maron).
			Al sig. Fatello Luigi (Palestrina).
		»	Al sig. Fornari Italo (Palestrina).
7		»	Al sig. Moons Mattia Antonio (Utrecht).
»			Al sig. Van der Meer Cornelius Petrus (Utrecht).
9			Al sig. Van Gemert Gerardus Maria (Bois-le-Duc).
10			Al sig. De Jong Sjoerd J. (Roermond).
»			Al sig. Dillsworth Wilmot A. (Freetown and Bo).
»		»	Al sig. Macauley Soalla-Bell William (Freetown and Bo).
			Al sig. Williams Joseph Chr. 0. (Freetown and Bo).
»			Al sig. Wilson Joseph A. (Freetown and Bo).
12			Al sig. Van de Brulé Antonius P. M. (Rotterdam).
15	»		Al sig. Pavan Luigi (Treviso).
»	»	»	Al sig. Van Bavel Nicolaus (Bois-le-Duc).
18			Al sig. Imbrighi Giampaolo (Roma).
21	»	»	Al sig. Van Cleef Godefridus (Roermond).
22		»	Al sig. Kessen Antonius L. H. M. (Roermond).
25		»	Al sig. Gabrielczyk Ryszard (Westminster).
2	marzo	»	Al sig. Nobili Lucio (Roma).
15	»	»	Al sig. Marino Luciano (Chieti).
20	»		Al sig. Fucci Vincenzo (Tursi-Lagonegro).

NECROLOGIO

1	maggio	1979.	Mons. Shoury Thumma, Vescovo già di Nellore ***(India).***
G	»	»	Mons. Aleksandar Tokié, Arcivescovo di Bar, Antivari ***(Jugoslavi ja).***
11	»	»	Mons. Louis de Courrèges d'Ustou, Vescovo già di Montauban ***(France).***
12	»	»	Mons. Antonio Rocca, Vescovo tit. di Augusta.

An. et vol. LXXI 31 Maii 1979 N. 8

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città de] Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

NOVA ((VULGATA »

Nova vulgata Bibliorum Sacrorum editio « typica » declaratur et promulgatur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Scripturarum thesaurus, quo salvificus nuntius a Deo hominibus datus continetur — ait enim recte S. Augustinus : « de illa civitate unde peregrinantur, litterae nobis venerunt : ipsae sunt ... quae nos hortantur ut bene vivamus » *(E narr, in ps. X G,* s. 2, 1 ; *PL* 37, 1159) — ab Ecclesia merito semper summo in honore est habitus singularique diligentia custoditus. Quae quidem ab ipsis initiis suis numquam desiit curare, ut populus christianus quam amplissima frueretur facultate Dei verbum percipiendi, praesertim in sacra Liturgia, in qua celebranda « maximum est Sacrae Scripturae momentum » (Conc. Vat. II, Const. *Sacros. Conc.,* n. 24). Ecclesia ergo in partibus occidentalibus illam ceteris versionibus anteposuit, quae Vulgata solet appellari quaeque maximam partem a S. Hieronymo, doctore praeclaro, confecta, « tot saeculorum usu in ipsa Ecclesia probata» est (Conc. Trid., sess. IV; *Enchir. Bill.,* n. 21). Tam .egregiae existimationi documento est etiam cura eius textum ad cri-

ticam rationem apparandi, ac quidem per editionem, quae secundum altiorem doctrinam adhuc concinnatur a monachis Abbatiae S. Hieronymi in Urbe, a Pio XI, Decessore Nostro fel. rec, ad hoc institutae (Const. Apost. *Inter praecipuas,* 15 Iun. 1933; *AAS* 26 (1934), pp. 85 ss.). Aetate autem nostra Concilium Vaticanum II, honorem confirmans editioni illi, quam Vulgatam vocant, tributum (Const. *Dei verbum,* n. 22), atque eo contendens, ut in Liturgia Horarum facilior esset intellectus Psalterii, statuit, ut huius recognoscendi opus, feliciter inchoatum, ((quamprimum perduceretur ad finem, respectu habito Latinitatis christianae necnon totius traditionis Ecclesiae » (Const. *Sacros. Conc.,* n. 91). His omnibus Paulus VI, Decessor Noster rec. mem., motus est, ut antequam eidem Concilio finis imponeretur, id est die XXIX mensis Novembris anno MCMLXV, peculiarem Pontificiam Commissionem constitueret, cuius esset universalis eiusdem Synodi iussum perficere atque omnes Sacrae Scripturae libros recognoscere, ut Ecclesia praedita esset editione Latina, quam progredientia studia biblica postularent quaeque potissimum rei liturgicae inserviret. In qua recognitione efiicienda « ad verbum ratio habita est veteris textus editionis Vulgatae, ubi videlicet primigenii textus accurate referuntur, quales in hodiernis editionibus, ad criticam rationem exactis, referuntur ; prudenter vero ille est emendatus, ubi de iis deflectit vel minus recte eosdem interpretatur. Quam ob rem Latinitas biblica christiana est adhibita, ita ut aequa aestimatio traditionis cum iustis postulationibus artis criticae, his temporibus vigentis, temperaretur » (cfr. Alloc. Pauli VI, 23 Dec. 1966 ; *AAS* 59 (1967), pp. 53 s.). Textus, ex hac ipsa recognitione exortus, quae quidem impensior fuit in quibusdam libris Veteris Testamenti, quibus S. Hieronymus manus non admovit, ab anno MCMLXIX ad annum MCMLXXVII seiunctis voluminibus est editus, nunc vero editione ((typica », uno volumine comprehensa, proponitur. Haec Nova Vulgata editio etiam huiusmodi esse poterit, ut ad eam versiones vulgares referantur, quae usui liturgico et pastorali destinantur ; atque, ut verbis utamur Pauli VI, Decessoris Nostri, « cogitare licet eam certum quoddam fundamentum esse, in quo studia biblica ... innitantur, maxime ubi bibliothecae, specialibus disciplinis patentes, difficilius consuli possunt et congruentium studiorum diffusio est impeditior » (cfr. Alloc, 22 Dec. 1977; *AAS* 70 (1978), p. 43). Praeteritis temporibus Ecclesia arbitrabatur veterem Vulgatam editionem sufficere atque ad verbum Dei populo christiano impertiendum affatim valere : quod quidem eo satius iam efficere poterit haec Nova Vulgata editio. Itaque opus, quod Paulus VI vehementer optavit neque ad finem

absolutum potuit videre, quod Ioannes Paulus I studiosa voluntate est prosecutus, qui Pentateucbi libros, a praedicta Pontificia Commissione recognitos, sacrorum Antistitibus in urbem « Puebla » congressuris muneri mittere statuerat quodque Nosmet ipsi una cum multis ex orbe catholico valde exspectavimus, typis excusum Ecclesiae iam tradere gaudemus. Quae cum ita sint, Nos harum Litterarum vi Novam Vulgatam Bibliorum Sacrorum editionem « typicam » declaramus et promulgamus, praesertim in sacra Liturgia utendam, sed et aliis rebus, ut diximus, accommodatam. Volumus denique, ut haec Constitutio Nostra firma et efficax semper sit et ab omnibus, ad quos pertinet, religiose servetur, contrariis quibuslibet nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die xxv mensis Aprilis, in festo S. Marci Evangelistae, anno MCMLXXIX, Pontificatus Nostri primo.

IOANNES PAULUS PP. II

II

AVASANA

Praefectura Apostolica Avasana, in Aethiopia, ad gradum et dignitatem Vicariatus Apostolici evehitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qui volente Deo ad summam Ecclesiae administrationem idcirco evecti sumus, ut qua maxima fieri potest diligentia quae in eius utilitatem cederent provideremus, non modo rectam et ingenuam doctrinam tradi curamus, in quam rem praecipue missi sunt Apostoli in mundum universum, sed etiam illa, quae regimen singularum Ecclesiarum externum respiciunt, apte disponi studemus, certum habentes et per illud commoda haud minima manare posse. Qua re, cum in Praefectura Apostolica Avasana res catholica incrementa ceperit, atque haud minora sperentur in futurum tempus, bene fieri visum est, si eam ad gradum atque dignitatem Vicariatus Apostolici eveheremus, iisdem servatis finibus eodemque nomine. Ceterum per hanc elevationem etiam debitam laudem haberi Missionariis Congregationis Sacri Cordis Iesu remur, qui bene ibi loci adlaboraverunt. Quae cum ita sint, re bene considerata, audita sententia eorum, quorum oporteret, itemque Sacrae Congregationis Christiano Nomini Propagando, Praefecturam *Avasanam,* quae est in Ae-

thiopia, in Apostolici Vicariatus formam redigimus, eodem nomine iisdemque finibus. Ceterum, Venerabilis Frater Raimundus Etteldorf, Archiepiscopus titulo Tyndaritanus atque Pro-Nuntius Apostolicus in Aethiopia, has' Litteras Nostras ad effectus deducet, vel quem ipse delegaverit, factis nempe iuribus atque potestatibus ad negotium explicandum necessariis. Re vero acta, exempla sincera exarati documenti ad Sacram Congregationem Fidei Propagandae cito mittet. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quinto decimo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo nono, Pontificatus Nostri primo.

33 AUGUSTINUS CASAROLI
a Publicis Ecclesiae Negotiis

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evang. seu de Prop. Fide Praefectus

Eugenius Sevi, ***Proton. Apost.***

Godefridus Mariani, ***Proton. Apost.***

Loco £ß Plumbi

In Secret. Status tab. n. 18759.

III
CONSENTINA ET ALIARUM

Nova quarundam circumscriptionum Calabrae dicionis dispositio.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo aptius et efficacius christiani gregis necessitatibus ac regimini consuli possit, visum est, iuxta illa quae tum Concilium Vaticanum II suadet, tum aetas nostra poscit, in Calabriae dicione nonnullas circumscriptiones ecclesiasticas nova rerum dispositione temperare. Qua re, auditis sive locorum Ordinariis, sive etiam Conferentia Episcoporum Calabra, re bene cogitata, de apostolica Nostra potestate haec quae sequuntur decernimus. A dioecesi Cassanensi municipia quae vulgo Scalea, Aieta, Orsomarso, Papasidero, Praia a Mare, San Nicola Arcella, Santa Domenica Taleo, Santa Maria del Cedro, Tortora et Verbicaro nuncupantur, seiungimus atque dioecesi S. Marci adscribimus. Quoniamque ex iis quae enumeravimus Scalea municipium incolarum frequentia, industria, negotiisque floret, dioecesim S. Marci in posterum

((S. Marci Argentanensis-Scaleenseni » appellandam esse censemus. A dioecesi praeterea Cariatensi municipia distrahimus, quorum sunt nomina : Belvedere di Spinello, Caccuri, Carfizzi, Casabona, Castelsilano, Cerenzia, Ciro, Ciro Marina, Crucoli, Melissa, Pallagorio, S. Nicola dell'Alto, Savelli, Strongoli, Umbriatico et Verzino, quae dioecesi Crotonensi adnectimus; a Crotonensi vero paroeciam S. Leonardi detrahentes, quae est in pago Cutro, Ecclesiae Sanctae Severinae assignants. Insuper a dioecesi S. Marci Bisinianensem dioecesim dividimus, atque archidioecesi Consentinae perpetuo aeque principaliter adiungimus; item dioecesim Cariatensem, distractis territoriis quae supra diximus, archidioecesi Rossanensi aeque principaliter in perpetuum unimus. Consentinus igitur Archiepiscopus, Bisinianensis etiam Episcopus appellabitur, Rossanensis etiam Cariatensis. Documenta et acta quae quomodo libet sive personas sive res attingant harum dioecesium, ad unamquamque Curiam mittantur in tabulario rerum religiosarum summa cura custodienda. Ad clerum quod attinet, decernimus ut, simul ac hae Litterae ad effectum deductae fuerint, ilico sacerdotes dioecesani ei circumscriptioni addicantur, in qua beneficium vel officium habeant ; ceteri vero sacerdotes, clerici, atque Seminarii tirones ei, in qua legitimum habeant domicilium. Poterit tamen Ordinarius uniuscuiusque dioecesis congruas ob causas atque collatis cum sacerdotibus aut clericis, quorum interest, consiliis, aliter de incardinatione statuere. Has vero Litteras Nostras Venerabilis Frater Aurelius Sorrentino exsequetur, Archiepiscopus Rheginensis atque Episcopus Bovensis, idemque Conferentiae Calabrorum Episcoporum Praeses, cui nempe iura facimus ad rem necessaria, sive per se ipse, sive per alium modo in ecclesiastica dignitate constitutum. Re autem acta, exempla factae rei sincera quam primum ad Sacram Congregationem pro Episcopis mittet. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quarto mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo nono, Pontificatus Nostri primo.

œ CAROLUS Card. CONFALONIERI
Sacri Collegii Decanus

B SEBASTIANUS Card. BAGGIO
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Amatus P. Frutaz, *Proton. Apost.*

Loco £8 **Plumbi**

In Secret. Status tab. n. 1S605.

IV
REGIO CAMPANA

Campanae Regionis Ecclesiarum nova dispositio.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quamquam Ecclesia sancta primum omnium Christi verbo atque Sacramentis vivit, nullus tamen non videt aptiorem finium Ecclesiarum dispositionem magna commoda atque utilitatem afferre posse. Quae nimirum rerum compositio, cum singularum dioecesium aut Provinciarum unitati studeat, sive necessitudines omnium ordinum fidelium nectit, sive virium inutili iacturae parcit. Cuius rei causa, cum sacri Regionis Campanae Antistites, de augendo bono Christi fidelium solliciti, iam, normis Decreti Sacrosancti Concilii Vaticani II « Christus Dominus », n. 40, obsecuti, ab hac Apostolica Sede postulaverint ut Provinciarum ecclesiasticarum suae Regionis fines recognoscerentur, Nos, bonum animorum unice spectantes, post auditos Episcopos quorum interesset, haec statuimus atque decernimus. Regionis Campanae dioeceses quae adhuc Apostolicae Sedi subiectae fuerunt, iam Provinciae viciniori aut opportunior! aggregentur, nempe iuri metropolitano Archiepiscopi ad normam sacrorum canonum subiectae. Provinciae vero ecclesiasticae Compsana, Capuana et Surrentina exstinguantur. Qua re compositio Provinciarum ecclesiasticarum Regionis Campanae haec erit : Metropolitana Ecclesia Neapolitana constabit suffraganeis Ecclesiis Acerrarum, Isclana, Nolana, Puteolana; Capuana et Surrentina, nec quidquam de earundem archiepiscopali dignitate immutetur; Aliphana, usque adhuc metropolitanae Ecclesiae Beneventanae suffraganea ; Caiacensi, Calvensi et Theanensi, Casertana atque Suessana, hucusque metropolitanae Ecclesiae Capuanae suffraganeis; Castri Maris, antehac metropolitanae Ecclesiae Surrentinae suffraganea; Aversana et Praelatura Pompeiana, usque nunc Sanctae Sedi immediate subiectis. Metropolitanae Ecclesiae Beneventanae erunt suffraganeae Ecclesiae : Arianensis, Abellinensis, Sanctae Agathae Gothorum, Thelesina; Compsana, quae archiepiscopalem dignitatem servabit; S. Angeli de Lombardis, Bisaciensis et Laquedonensis, usque nunc metropolitanae Ecclesiae Compsanae suffraganeae; Nuscana, antehac metropolitanae Ecclesiae Salernitanae suffraganea ; denique Abbatia Montis Virginis, hucusque Sanctae Sedi immediate subiecta. Metropolitanam Ecclesiam Salernitanam constituent suffraganeae Ee-

clesiae : Acernensis, Dianensis, Nucerina Paganorum, Policastrensis et Vallensis in Lucania ; Amalphitana, usque nunc Sanctae Sedi immediate subiecta, quae Archidioecesis titulum servabit ; Campaniensis, Cavensis, Sarnensis et Abbatia SS. Trinitatis, hucusque Sanctae Sedi immediate subiectae. Ad haec autem perficienda Venerabilem Fratrem Nostrum Conradum S. R. E. Cardinalem Ursi, Archiepiscopum Neapolitanum, legamus, cui omnes facultates agendae rei facimus, quas poterit idem etiam alii subdelegare, modo viro in ecclesiastica dignitate constituto. Re vero acta, idem Venerabilis Frater Noster documenta exarari faciet, quorum sincera exempla ad Sacram Congregationem pro Episcopis cito mittenda curabit. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die tricesimo mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo nono, Pontificatus Nostri primo.

ffi AUGUSTINUS CASAROLI
a Publicis Ecclesiae Negotiis

© SEBASTIANUS Card. BAGGIO
S. *Congr. pro Episcopis Praefectus*

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Godefridus Mariani, *Proton. Apost.*

Loco £8 **Plumbi**
In Secret. Status tab. n. 15983.

V

FODIANA

Ecclesia Fodiana ad gradum metropolitanae sedis evehitur simulque ecclesiastica provincia constituitur Fodiana nuncupanda et civili constans dicione eodem nomine appellata.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Sacrorum Antistites, qui pastorali munere in civili dicione Fodiana funguntur, curam agentes de christiana fidelium progressione illic adiuvanda, nuper ab Apostolica Sede poposcerunt ut, secundum normas in Decreto « Christus Dominus » sub n. 40 statutas, Fodiana Ecclesia in sedem metropolitanam erigeretur unaque provincia ecclesiastica in civili dicione Fodiana constitueretur eodem nomine nuncupanda. Nos igitur hac de re Regionis pastoralis Apuliae consuluimus Conferentiam Episco-

palem atque, persuasum habentes id Christifidelibus profuturum, non dubitavimus statuere ut adhibitae Nobis preces audirentur. Eapropter, certiores etiam facti de illorum consensu, quorum interest necnon eorum qui id sua interesse contendunt, vi et potestate Nostra Apostolica ea, quae sequuntur, hasce per Litteras decernimus atque iubemus. Cathedralem Ecclesiam Fodianam, Apostolicae Sedi adhuc immediate subiectam, ad gradum metropolitanae Ecclesiae extollimus eique iura et privilegia conferimus, quae iuxta ius commune omnium eiusdem dignitatis Ecclesiarum sunt propria, eodemque tempore ecclesiasticam tollimus provinciam Sipontinam. Novam vero condimus ecclesiasticam provinciam Fodianam nominandam, quae constabit tum Ecclesia Fodiana hodie metropolitana facta tum hisce ei suffraganeis Ecclesiis : Sipontina, quae dignitatem sedis archiepiscopalis sibi servabit ; Troiana, Apostolicae Sedi immediate adhuc subiecta ; Asculana et Ceriniolensi, Bovinensi, Lucerina et Sancti Severi, quae ad hunc usque diem metropolitanae Ecclesiae Beneventanae suffraganeae erant ; Vestana, quae usque ad praesens suffraganea erat metropolitanae Ecclesiae Sipontinae. Fodianum pro tempore Antistitem Nos Metropolitae perpetuo insignimus nomine iuribusque exornamus et privilegiis, quibus, ut in sacris canonibus est cautum, fruuntur ceteri ubique Metropolitae, quorum tamen et oneribus et officiis eum ipsum adstringimus. Item ad altiorem metropolitanorum gradum etiam Collegium Canonicorum Fodianae Ecclesiae evehimus. Quae hic praescripsimus, ea ad effectum adducantur a Venerabili Fratre Villelmo Motolese, Archiepiscopo Tarentino atque Conferentiae Episcopalis Regionis pastoralis Apuliae Praeside, quem deputamus et facultatibus huius mandati causa instruimus, haud excepta facultate eiusdem officii alicui presbytero subdelegandi. Exaratis autem actorum documentis, certa eorum exempla sueto more signata sigilloque impressa ad Sacram Congregationem pro Episcopis cito mittantur. Has Litteras Apostolicas sive nunc sive in posterum ratas esse volumus, contrariis haud obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die tricesimo mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo nono, Pontificatus Nostri primo.

© AUGUSTINUS CASAROLI
a Publicis Ecclesiae Negotiis

© SEBASTIANUS Card. BAGGIO
S. *Congr. pro Episcopis Praefectus*

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Godefridus Mariani, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Secret. Status tab. n. 15982.

HOMILIAE

I

Ad alumnos Studiorum Universitatis urbis Romae habita, instante sollemnitate Paschae, in Basilica Vaticana.*

((Ho desiderato ardentemente di mangiare questa Pasqua con voi ! »-[1]

1. Queste parole di Cristo mi vengono in mente oggi, mentre ci incontriamo insieme intorno all'altare della Basilica di S. Pietro per partecipare alla celebrazione dell'Eucaristia. Sin dagli inizi, da quando mi è stato concesso di stare a quest'altare, ho desiderato molto di incontrarmi con Voi, con la gioventù che studia all'Università e nelle Scuole Superiori di questa Città. Sentivo che mi mancavate, voi universitari della Diocesi del Papa. Avevo il desiderio, lasciatemelo dire, di sentirvi vicini. Sono abituato da anni a tali incontri. Molte volte nel periodo di Quaresima — ed anche di Avvento — mi era dato di trovarmi in mezzo agli studenti universitari in Cracovia, in occasione della chiusura degli esercizi spirituali che raccoglievano migliaia di partecipanti. In questo giorno mi incontro con Voi. Saluto cordialmente tutti voi che siete qui presenti. E in voi e mediante voi saluto tutti i vostri Colleghi e Colleghe, i vostri Professori, i Ricercatori, le vostre facoltà, le organizzazioni, i responsabili dei vostri ambienti. Saluto tutta Roma « accademica ».

In questo periodo in cui Cristo ogni anno parla a noi di nuovo nella vita della Chiesa con la sua « Pasqua », si svela nei cuori umani, particolarmente nei cuori giovani, il bisogno di essere con Lui. Il tempo di Quaresima, la Settimana Santa, il Triduo Sacro sono non soltanto un ricordo degli avvenimenti accaduti quasi duemila anni fa, ma costituiscono un invito particolare alla partecipazione.

2. Pasqua significa « Passaggio ». Nell'Antico Testamento significa l'esodo dalla casa di schiavitù dell'Egitto ed il passaggio del Mar Rosso, sotto una singolare protezione di Jahvé, verso la « Terra Promessa ». La peregrinazione durò quaranta anni. Nel Nuovo Testamento questa Pasqua storica si è compiuta in Cristo durante i tre giorni : da giovedì sera alla mattina della domenica. Ed essa significa il passaggio

* Die 5 m. aprilis a. 1979.

[1] *Lc 22,* 15.

attraverso la morte verso la risurrezione, ed insieme l'esodo dalla schiavitù del peccato verso la partecipazione alla vita di Dio mediante la Grazia. Cristo dice nel Vangelo di oggi : ((Chi osserva la mia parola non conoscerà mai la morte ».[2] Queste parole indicano nello stesso tempo che cosa è il Vangelo. È il libro della vita eterna, verso la quale corrono le innumerabili vie del pellegrinaggio terreno dell'uomo. Ciascuno di noi cammina su una di quelle strade. Il Vangelo insegna su ognuna di esse. Ed in ciò consiste proprio il mistero di questo sacro libro. Di qui nasce il fatto che esso è molto letto, e da qui proviene la sua attualità. La nostra vita acquista nella luce del Vangelo una dimensione nuova. Acquista il suo senso definitivo. Perciò la vita stessa dimostra di essere un passaggio.

3. La vita umana è passaggio. Questa vita non è un insieme che si racchiude in modo definitivo fra la data della nascita e la data della morte. È aperta verso l'ultimo compimento in Dio. Ognuno di noi sente dolorosamente la chiusura della vita, il limite che pone la morte. Ognuno di noi è in qualche modo cosciente del fatto che l'uomo non è contenuto completamente in questi limiti, e che non può morire definitivamente. Troppe domande non pronunciate e troppi problemi insoluti — se non nella dimensione della vita personale, individuale, almeno in quella della vita delle comunità umane : delle famiglie, delle nazioni, dell'umanità — si arrestano al momento della morte di ogni uomo. Infatti nessuno di noi vive solo. Attraverso ciascun uomo passano diversi cerchi. Ha detto anche S. Tommaso : « Anima humana est quodammodo omnia ».[3] Portiamo in noi il bisogno di ((universalizzazione ». In un determinato momento, la morte interrompe tutto ciò ...

Chi è Cristo? È il Figlio di Dio, che ha assunto la vita umana nel suo temporale orientamento verso la morte. Ha accettato la necessità della morte. Prima che la morte Lo raggiungesse, Egli venne a più riprese minacciato da essa. Il Vangelo d'oggi ci ricorda una di queste minacce : « ... raccolsero pietre per scagliarle contro di lui ».[4] Cristo è Colui, che ha accettato tutta la realtà del morire umano. E proprio perciò Egli è Colui che ha compiuto un rivolgimento fondamentale nel modo di capire la vita. Ha mostrato che la vita è un passaggio, non solamente al limite della morte, ma a una vita nuova. Così la Croce per noi è diventata

[2] *Gv* 8, 51.
[3] Comm. in Arist. *De Anima,* III," 8, leet. 13.
[4] *Gv* 8, 59.

suprema Cattedra della verità di Dio e dell'uomo. Tutti dobbiamo essere alunni — « in corso » o « fuori corso » — di questa Cattedra. Allora comprenderemo che la Croce è anche la culla dell'uomo nuovo.

Coloro che sono suoi allievi guardano così la vita, così la percepiscono. E così insegnano agli altri. Tale significato della vita essi imprimono in tutta la realtà temporale : nella moralità, nella creatività, nella cultura, nella politica, nell'economia. Tante volte si è affermato — come sostenevano per esempio i seguaci di Epicuro nei tempi antichi e come fanno nella nostra epoca per altri motivi alcuni seguaci di Marx — che tale concetto della vita distoglie l'uomo dalla realtà temporale, e che in un certo modo la annulla. La verità è ben altra. Solo tale concezione della vita dà la piena importanza a tutti i problemi della realtà temporale. Essa apre la possibilità della loro piena collocazione nell'esistenza dell'uomo. E una cosa è sicura : tale concezione della vita non permette di chiudere l'uomo nelle cose della temporaneità, non permette di subordinarlo completamente ad esse. Decide della sua libertà.

4. La vita è una prova. Dando alla vita umana questo significato <(pasquale », che cioè essa è un passaggio, che è passaggio alla libertà, Gesù Cristo ha insegnato con la sua parola ed ancor di più col proprio esempio che essa è una prova. La prova corrisponde all'importanza delle forze che sono accumulate nell'uomo. L'uomo è creato ((per » la prova, è chiamato ad essa sin dall'inizio. Bisogna pensare profondamente a questa chiamata, meditando già i primi capitoli della Bibbia, particolarmente i primi tre. L'uomo viene lì definito non soltanto come un essere creato « a immagine di Dio »,[5] ma contemporaneamente viene definito come un essere sottoposto alla prova. Ed è questa — se bene analizziamo il testo — la prova del pensiero, del cuore e della volontà, la prova della verità e dell'amore. In questo senso essa è al tempo stesso la prova dell'Alleanza con Dio. Quando questa prima Alleanza è stata rotta, Dio l'ha conclusa di nuovo. Le letture d'oggi ricordano l'Alleanza con Abramo, che è stata una via di preparazione alla venuta di Cristo.

Cristo conferma questo significato della vita : essa è la grande prova dell'uomo. E proprio per questo ha senso per l'uomo. Non ha senso, invece, se riteniamo che l'uomo nella vita deve soltanto trarre profitto, usare, ((prendere », anzi lottare accanitamente per il diritto ad approfittare, ad usare, a « prendere »...

La vita ha il suo senso quando viene considerata e vissuta come una

[5] *Gn 1,* 26-27.

prova di carattere etico. Cristo conferma questo senso, e nello stesso tempo definisce l'adeguata dimensione di questa prova che è la vita umana. Rileggiamo accuratamente, per esempio, il discorso della montagna, e ancora il capitolo 25 del Vangelo di Matteo : l'immagine del giudizio. Basta solo questo per rinnovare in noi la fondamentale coscienza cristiana nel senso della vita.

Il concetto della prova si collega strettamente con il concetto della responsabilità. Ambedue sono indirizzati alla nostra volontà, ai nostri atti. Accettate, cari amici, entrambi questi concetti — o piuttosto ambedue le realtà — come gli elementi della costruzione della umanità. Questa vostra umanità è già matura, e, in pari tempo, è ancora giovane. Si trova in fase di formazione definitiva del progetto della vita. Questa formazione avviene proprio negli anni « accademici », nel tempo degli studi superiori. Forse quel progetto personale di vita è sospeso per ora su molte incognite. Forse mancate ancora di una esatta visione del vostro posto nella società, del lavoro al quale vi preparate attraverso i vostri studi. Certamente è questa una difficoltà grande ; ma le difficoltà del genere non possono paralizzare le vostre iniziative. Non possono far nascere soltanto l'aggressione. La stessa aggressione non risolverà nulla. Non cambierà in meglio la vita. L'aggressione può soltanto renderla cattiva in altro modo. Vi sento denunciare, nel vostro linguaggio così franco, la senilità delle ideologie e l'insufficienza ideale della macchina sociale. Ebbene, per promuovere la vera dignità — anche intellettuale — dell'uomo e non lasciarvi a vostra volta irretire in diversi settarismi, non dimenticate che è indispensabile acquisire una profonda formazione in base all'insegnamento, che ci ha lasciato Cristo nelle sue parole e nell'esempio della propria vita. Cercate di accettare le difficoltà che dovete affrontare proprio come una parte di quella prova che è la vita di ogni uomo. Bisogna assumere questa prova con tutta responsabilità. È una responsabilità nello stesso tempo personale : per la mia vita, per il suo futuro profilo, per suo valore ; ed è insieme responsabilità sociale : per la giustizia e la pace, per l'assetto morale del proprio ambiente nativo e di tutta la società, è una responsabilità per l'autentico bene comune. L'uomo che ha una tale consapevolezza del senso della vita non distrugge, ma costruisce il futuro. Ce lo insegna Cristo.

5. E ci insegna anche, che la vita umana ha il senso di una testimonianza alla verità e all'amore. Poco tempo fa ho avuto l'occasione di esprimermi su questo tema, parlando alla gioventù universitaria del Mes-

sico e delle molte nazioni dell'America Latina. Mi permetto di citare alcuni pensieri di quel discorso, che interessa forse anche gli studenti europei e romani. Esiste oggi un coinvolgimento mondiale degli impegni, delle paure e nello stesso tempo delle speranze, dei modi di pensare e di valutare, che travaglia il vostro giovane mondo. In quella circostanza ho rilevato, fra l'altro, che è necessario promuovere una cultura integrale, che tenda allo sviluppo completo della persona umana, nella quale risaltino i valori dell'intelligenza, della volontà, della coscienza, della fraternità, tutti basati in Dio Creatore e che sono stati meravigliosamente esaltati in Cristo.[6] Alla formazione scientifica cioè occorre aggiungere una profonda formazione morale e cristiana, che sia intimamente vissuta e che realizzi una sintesi sempre più armonica tra fede e ragione, tra fede e cultura, tra fede e vita. Unire insieme la dedizione ad una ricerca scientifica rigorosa e la testimonianza di una vita cristiana autentica : ecco l'impegno entusiasmante di ogni studente universitario.[7] E ripeto anche a voi ciò che in febbraio ho scritto agli studenti delle Scuole Latino-americane : « gli studi devono comportare non solo una determinata quantità di conoscenze acquisite nel corso della specializzazione, ma anche una peculiare maturità spirituale, che si presenta come responsabilità per la verità nel pensiero e nell'azione)).[8]

Ci bastino queste poche citazioni.

Esiste nel mondo contemporaneo una grande tensione. In fin dei conti questa è una tensione per il senso della vita umana, per il significato che possiamo e che dobbiamo dare a questa vita se essa deve essere degna dell'uomo, se deve essere tale che valga la pena di essere vissuta. Esistono pure chiari sintomi di allontanamento da queste dimensioni; infatti il materialismo sotto diverse forme, ereditato dagli ultimi secoli, è capace di coartare questo senso della vita. Ma il materialismo non forma per niente le più profonde radici della cultura europea né mondiale. Esso non è per niente un correlativo né una piena espressione del realismo epistemologico né etico.

Cristo — permettetemi di dire così — è il più grande realista della storia dell'uomo. Riflettete un po' su questa formulazione. Meditate che cosa essa può significare. È proprio in virtù di questo realismo che Cristo dà testimonianza al Padre, e dà testimonianza all'uomo. Egli stesso

[6] Cfr. *Gaudium et Spes*, 61.
[7] Cfr. *AAS* 71 (1979), pp. 236-237.
[8] *Ibid.*, p. 253.

infatti sa « quello che c'è in ogni uomo ».[9] Lui sa ! Lo ripeto senza voler offendere nessuno di coloro che in qualsiasi tempo hanno cercato o cercano oggi di capire che cosa è l'uomo, e vogliono insegnarlo. E proprio in base a questo realismo, Cristo insegna che la vita umana ha senso in quanto è testimonianza della verità e dell'amore.

Pensateci sopra, voi che come studenti dovete essere particolarmente sensibili alla verità e alla testimonianza della verità. Voi siete, per così dire, i professionisti dell'intelligenza, in quanto vi applicate allo studio delle discipline umanistiche e scientifiche, in vista della preparazione all'ufficio che vi attende nella società.

Pensateci sopra, voi che avendo cuori giovani sentite quanto bisogno di amore nasce in essi. Voi, che cercate una forma di espressione per questo amore nella vostra vita. Ci sono alcuni, che trovano tale espressione nella esclusiva dedizione di se stessi a Dio. La stragrande maggioranza sono coloro che trovano l'espressione di quest'amore nel matrimonio, nella vita familiare. Preparatevi a ciò solidamente. Ricordate che l'amore come un sentimento nobile è dono del cuore, ma è contemporaneamente un grande compito che bisogna assumere in favore dell'altro uomo, in favore di lei, in favore di lui. Cristo aspetta un tale vostro amore. Desidera essere con voi quando esso si forma nei vostri cuori, e quando matura nel giuramento sacramentale. E dopo, e sempre.

6. Cristo dice : « Ho desiderato ardentemente di mangiare questa Pasqua con voi ».[10] Quando la mangiò per la prima volta con i discepoli pronunciò parole particolarmente cordiali e particolarmente impegnative : ((Non vi chiamo più servi ... ma vi ho chiamati amici ...» ;[11] « questo è il mio comandamento : che vi amiate gli uni gli altri ».[12] Ricordate queste parole del discorso di addio di Cristo, dal Vangelo di Giovanni, adesso, nel periodo della Passione del Signore. Ripensatele di nuovo.

Purificate i vostri cuori nel Sacramento della Riconciliazione. Mentono quelli che accusano l'invito della Chiesa alla penitenza come proveniente da una mentalità « repressiva ». La Confessione sacramentale non costituisce una repressione, ma una liberazione; non ripristina sensi di colpa, ma cancella la colpa, scioglie il male commesso e dà la grazia del perdono. Le cause del male non vanno cercate all'esterno del-

[9] *Gv* 2, 25.
[10] *Le* 22, 15.
[11] *Gv* 15, 15.
[12] *Ibid.* 15, 12.

A conclusione di questi contatti, ho deciso di rivolgermi all'Arcivescovo di Torino, Mons. Anastasio Alberto Ballestrero, proponendogli di accettare la carica di Presidente della C.E.I., essendo stato egli indicato dalla maggioranza dei Presuli consultati. Poiché Mons. Ballestrero ha accettato la nomina, desidero ora comunicare a tutti voi qui presenti che da oggi egli è, per il periodo di tre anni — come prevede lo Statuto — il Presidente della C.E.I.

A lui vorrei, pertanto, esprimere le mie cordiali congratulazioni ed i miei fraterni auguri, sicuro di interpretare i sentimenti di tutti.

Nello spirito della parola evangelica, che ho voluto già ricordare durante la recente concelebrazione, io rinnovo a voi un forte invito alla fiducia ed al coraggio, nella certezza dell'indefettibile assistenza di Dio, nel cui Nome vi benedico di cuore, unitamente ai vostri fedeli.

IX

In templo S. Antonii pro Lusitanis, Romae, habita, VIII exeunte saeculo a data Bulla « Manifestis probatum », qua Lusitanum regnum a Sancta Sede cognitum est et probatum.*

Senhor (Jardeal Patriarca e veneráveis Irmüos no Episcopado,
Excelentíssimos Senhor es,
Amadíssimos filhos e filhas de Portugal « fidelissime » :

A graça do Senhor Jesus esteja com todos vos!

Assim vos saúdo cordialmente, com apreço e gratidào pela alegría deste encontró. E por vós, por vós especialmente, amados Irmâos Bispos e Senhores Embaixadores, saúdo o querido Povo portugués.

Congregou-nos aqui o amor de Cristo, para louvar e agradecer a Deus. O motivo é um apelo e urna resposta, que vém de ha oito séculos. O apelo, feito pelo meu Predecessor Alexandre Terceiro, na Bula « Manifestis probatum », ao vosso primeiro Rei Dom Afonso Henriques, dirigia-se a Portugal. E dizia : « submisso e devotado à santa Igreja Romana, exercitando-te ... na dilataçâo dos confins da Fé crista, (que) a Sé Apostólica se alegre (sempre) por tao devoto e glorioso filho, e descanse em teu amor w.[1] E a resposta deu-a Portugal, ao longo da sua historia.

Nesta data significativa, aqui na igreja de Santo Antonio dos Portugueses em Roma, bem perto do Túmulo de Sao Pedro, entre os motivos de comum alegria — como frisou no seu discurso o Senhor Cardeal Patriarca — no nosso louvor a Deus prevalecem as relaçôes entre Portugal e a Sé Apostólica, em oito séculos de historia, percorridos juntamente.

0 que caracterizou essa caminhada em conjunto, talvez se possa sintetizar nisto : fidelidade à Igreja, Mae e Mestra dos povos, da parte de Portugal, desde quando o seu primeiro Rei, pela Carta « Claves

* Die 23 ni. maii a. 1979.

[1] Alexandre PP. III, Bula *Manifestis probatum,* 23-5-1179: Lisboa, Torre do Tombo, Cx. das Bulas, m. 16, doc. 20.

regni », ofereceu à Igreja Eomana a terra portugalense ;[2] e boa vontade, da parte da Santa Sé, que vai até conceder a Portugal o título de <(fidelissimo », na pessoa dos seus soberanos.[3]

Nesta selecta representaçâo, que aqui veio hoje orar com o Papa, vejo a herança e a identidade de Portugal cristâo, com antigas e renovadas fidelidades, com passadas e presentes aspiraçoes. Sâo de Deus eonhecidas e deixo no eoraçâo, neste momento, evocaçoes respeitosas e justas mençôes de pessoas e factos, que, na vossa patria, marcaram a vida da Igreja, una e única, sempre e em toda a parte solícita pela vocaçâo do hörnern em Cristo.[4]

Nesta nossa Liturgia de agradecimento ao Senhor, quereria apenas lembrar tres coordenadas da trajectória de fidelidade a Deus e à Igreja, na vida crista e na piedade do dilecto Povo portugués, como outros tantos motivos de regozijo no Senhor, e de estímulo para o futuro. E essa s coordenadas sâo :

— Cristo, Redentor e Salvador, nao acaso a figurar, em expressivo «imbolo, nas quinas da bandeira pàtria, e cuja cruz assinalava as caravelas de quinhentos, lançadas em gloriosa aventura, também por motivo de « cristàos atrevimentos » ;[5]

— a Virgem Santissima, Mae de Deus e Mäe da Igreja, Nossa "Senhora, como vós preferís chamá-la, a quai, na ((Casa Lusitana » e « Terra de Santa Maria », a dado momento, de ((Senhora » passou a ser <(Rainha de Portugal » ;[6]

— a vivencia daquela dimensäo essencial da Igreja, quai é a de ser por sua natureza missionaria :[7] a obra de evangelizaçâo realizada constitui urna das mais lídimas glorias religiosas de Portugal.[8]

Na luz do passado, este grato encontró de hoje — Portugal do presente e o presente da Igreja na vossa patria com o Sucessor de Sao Pedro — é propósito de continuidade na linha das vossas fidelidades.

[2] Cf. Dom Afonso Henriques, Carta *Claves regni* ao Papa Lucio II, 13-12-1143.

[3] Cf. Bento PP. XIV, Bula *diarissime in Christo* ao Rei de Portugal Dom Joâo V, 17-12-1748: *Bullarium Romanum,* Venetiis 1778, t. III, p. 1.

[4] Cf. Enc. *Redemptor Hominis,* n. 18.

[5] Camoes-Luis de, *Lusladas,* Canto VII, 14.

[6] Cf. *Auto da Aclamagdo de N. Senhora da Conceiçâo como Padroeira de Portugal pelas Cortes de Lisboa, em* 1946: referido por Oliveira - P. Miguel, *Historia Eclesiástica de Portugal,* Lisboa 1958, p. 333 ss.

[7] Cf. II Conc. do Vaticano, Decr. *Ad Gentes,* n. 1: *AAS* 58 (1966), p. 964.

[8] Cf. Pio PP. XII, Enc. *Saeculo exeunte octavo,* ao Episcopado Portugués, de 13-6-1940.

Oxalá todos os Portugueses, buscando o bem comum — segundo Deus, a lei suprema de toda a sociedade—'se empenhem em cultivar os valores espirituais, num clima social de moralidadë, justiça, paz e amor fraternal.

Sim, amados Portugueses : cultivai a dignidade pessoal, conservai o bom espirito de familia e respeitai a vida eo Senhor da vida e Senhor da historia ; que no viver e testemunhar a vossa opçào por Cristo, continuéis a ouvir o vosso épico e « muito façais na Santa Cristandade)).[9]

Em vós, aqui presentes, abençoo a vossa terra e o vosso Povo — pessoas, familias e comunidades, com os seus responsáveis, pensando também nos vossos emigrantes e, com particular afecto, nos meus Irmâos Bispos. O Papa vos ama, a todos, e confia em vos!

E concentrando a mente e o eoraçâo em Cristo, « do quai procedem todas as coisas e para o quai sâo todas as coisas » *(Hebr.* 2, 10), nesta Eucaristia, pelo valimento de Nossa Senhora e dos Santos da vossa terra, vamos continuar a louvar, agradecer e a pedir a Deus Pai, por Portugal, unidos no Espirito Santo. Amen!

X

Ad quosdam sacros Praesules Uruguaiae, occasione oblata eorum visitationis « Ad limina » coram admissos.*

Venerables Hermanos :

Vuestra presencia me recuerda el mensaje que os dirigí, al comienzo de mi pontificado, con ocasión del primer centenario de la fundación de la jerarquía eclesiástica en vuestro País. Me sentí inmensamente contento de que un acontecimiento de tanta importancia para la historia religiosa de vuestra tierra tuviese su celebración final en la solemnidad de la Inmaculada con una ceremonia culminada a los pies de la imagen de la Virgen de los Treinta y Tres.

Hoy, al veros aquí en vuestra visita « Ad limina Apostolorum » —y siento presentes también a los demás Hermanos en el Episcopado que vendrán asimismo a visitar a Pedro— advierto vivamente que se hace más fuerte mi unión con vosotros : una fuerza que halla su perenne fecundidad en el designio según el cual Cristo ha querido construir su

[9] Camoes-Luís de, *Lusiadas,* Canto VII, 3

* Die 26 m. maii a. 1979.

Iglesia sobre Pedro, con el mandato de confirmar a sus hermanos, haciendo de su misión con ellos la unidad del colegio apostòlico. Se trata de la colegialidad subrayada insistentemente por el Concilio Vaticano II. El Obispo es el principio y fundamento visible de la unidad de la Iglesia particular de la que es Pastor j[1] pero como miembro del Colegio episcopal está obligado a actuar solidariamente con sus hermanos cuando surjan problemas comunes con otras comunidades eclesiales, sobre todo si tales problemas afectan al ámbito entero de una misma Nación. Por esto me llena de alegría la imagen que ofrece la Iglesia en vuestro País, signo manifiesto de salvación y sacramento de unidad para todos los hombres,[2] configurándose por tanto como un modelo para la convivencia fraterna de la Nación.

Quiero detenerme particularmente en un punto, al poner de relieve la operante unanimidad de vuestras aspiraciones : la adecuada e intensa pastoral de las vocaciones religiosas y sobre todo sacerdotales. Es una exigencia ineludible, por la que también se hace ansiosa mi solicitud, cuando miro a Países donde, como en el vuestro, falta todavía un orgánico y adecuado desarrollo del cuerpo de las Iglesias particulares, obligadas para su vida y su misión a valerse de la ayuda preciosa y generosa, pero precaria, que puede ofrecer el clero de otras naciones.

Por esto doy gracias fervientemente al Dueño de la mies que desde hace algún tiempo va suscitando en vuestras diócesis un creciente número de vocaciones sacerdotales.

Considero superfino llamar la atención acerca de la necesidad de formar adecuadamente a los futuros obreros de la viña. Pero permitidme insistir, a fin de que en vuestra misión de pastores tenga un lugar prioritario el cuidado de la espiritualidad de quienes serán vuestros inmediatos colaboradores, no menos que de aquellos que el Señor ha puesto ya a vuestro lado. La solicitud para con vuestros sacerdotes tenga todo el vigor y todas las delicadas atenciones que se requieren de vuestro oficio paterno, sobre todo a fin de que sea determinante en sus actitudes y en su conducta la inspiración sobrenatural que interprete adecuadamente la esencia del mensaje evangélico.

Esta animación espiritual os preocupe también en la búsqueda, en la formación y en la dirección de las otras fuerzas, a las que la Iglesia

[1] ***Lumen Gentium,* 28.**

[2] ***Lumen Gentium, 1,* 48.**

pide hoy una aportación sustancial organizada para el desarrollo de la propia misión.

Así vuestro plan pastoral quinquenal preparado para todo el País, podrá pasar a una dinámica fase ejecutiva para la santificación del pueblo de Dios. Se beneficiará también la renovación moral y religiosa de no pequeños sectores, como exigen necesidades muy graves y tendencias funestas, sobre las que recientemente habéis alzado vuestra voz.

Aprecio vivamente vuestro celo vigilante y eficaz sobre todo el ámbito de la misión específica de la Iglesia, que ajena a intervenciones que están fuera de su competencia, presta un servicio —no ciertamente contingente— a la causa de la humanidad en general y del pueblo en medio del cual actúa como madre y maestra. Al respecto vosotros os habéis pronunciado explícita y equilibradamente, y yo mismo he desarrollado este tema fundamental en el discurso de apertura de la III Conferencia General del Episcopado Latinoamericano. Es un camino señalado claramente para la evangelización en un Continente al que quiero mucho y en el que vuestro País ha tenido y mantiene un puesto de gran prestigio. Sólo me falta, pues, deciros, en un campo tan delicado, que yo cuento mucho con vuestro celo y con el de todos vuestros colaboradores ; pero quiero también expresar el deseo de que la sabiduría humana y cristiana de vuestros conciudadanos sepa beneficiarse con confianza del Magisterio y de la obra de la Iglesia.

Deseo volver de nuevo al punto de partida de este discurso : peregrino espiritualmente al Santuario de la Virgen de los Treinta y Tres, encomiendo a su amor materno vuestras fatigas, vuestras penas, vuestras aspiraciones y las de todos vuestros sacerdotes, diáconos, religiosos y religiosas, seminaristas, las de todos lo agentes de la pastoral y de todo vuestro pueblo.

Acoged la Bendición Apostólica que de todo corazón os imparto y que deseo hacer llegar al Cardenal Antonio Barbieri, este insigne pastor que completa en el sufrimiento y en la oración el largo y valioso servicio prestado a la Iglesia en vuestro País.

NUNTII TELEVISIFICI

I

Ad Consociationem catholicae educationi fovendae in Foederatis Americae Septentrionalis Civitatibus factus.*

Praisedbe Jesus Christ.

It is a joy for me to address the members of the National Catholic Educational Association of the United States, as you assemble in the great cause of Catholic Education. Through you I would hope that my message of encouragement and blessing would also reach the numerous Catholic schools of your country, all the students and teachers of these institutions and ail those generously committed to Catholic éducation. With the Apostle Peter I send you my greeting in the faith of our Lord Jesus Christ : "Peace to ail of you who are in Christ".[1]

As Catholic educators assemblea in the communion of the universal Church and in prayer, you will certainly share with each other insights of value that will assist you in your important work, in your ecclesial mission. The Holy Spirit is with you and the Church is deeply grateful for your dedication. The Pope speaks to you in order to confirai you in your lofty role as Catholic educators, to assist you, to direct you, to support you.

Among the many reflections that could be made at this time there are three points in particular to which I would like to make a brief référence at the beginning of my pontificate. These are : the value of Catholic schools, the importance of Catholic teachers and educators, and the nature of Catholic éducation itself. These are thèmes that have been developed at length by my predecessors. At this time, however, it is important that I add my own testimony to theirs, in the special hope of giving a new impulse to Catholic éducation throughout the vast area of the United States of America.

With profound conviction I ratify and reaffirm the words that Paui VI spoke originally to the Bishops of your country : "Brethren, we know the difficulties involved in preserving Catholic schools, and the uncertainties of the future, and yet we rely on the help of God and on your

* **Die 16 m. aprilis a. 1979.**

[1] ***1 Pt* 5:14.**

own zealous collaboration and untiring efforts, so that Catholic schools can continue, despite grave obstacles, to fulfill their providential role at the service of genuine Catholic éducation, and at the service of jour country".[2] Yes, the Catholic school must remain a privileged means of Catholic éducation in America. As an instrument of the apostolate it is worthy of the greatest sacrifices.

But no Catholic school can be effective without dedicated Catholic teachers, convinced of the great ideal of Catholic éducation. The Church needs men and women who are intent on teaching by word and example—intent on helping to permeate the whole educational milieu with the spirit of Christ. This is a great vocation, and the Lord himself will reward all who serve in it as educators in the cause of the word of God.

In order that the Catholic school and the Catholic teachers may truly make their irreplaceable contribution to the Church and to the world, the goal of Catholic éducation itself must be crystal clear. Beloved sons and daughters of the Catholic Church, brothers and sisters in the faith : Catholic éducation is above all a question of communicating Christ, of helping to form Christ in the li ves of others. In the expression of the Second Vatican Council, those who have been baptized must be made ever more a wäre of the gif t of faith that they have received, they must learn to adore the Father in spirit and in truth, and they must be trained to live the newness of Christian life in justice and in the holiness of truth.[3]

These are indeed essential aims of Catholic éducation. To f oster and promote them gives meaning to the Catholic school ; it spells out the dignity of the vocation of Catholic educators.

Yes, it is above all a question of communicating Christ, and helping his uplifting Gospel to take root in the hearts of the faithful. Be strong, therefore, in pursuing these goals. The cause of Catholic éducation is the cause of Jesus Christ and of his Gospel at the service of man.

And be assured of the solidarity of the entire Church, and of the sustaining graee of our Lord Jesus Christ. In his name, I send you ali my Apostolic Blessing : in the name of the Father, and of the Son, and of the Holy Spirit. Amen.

[2] **Address of September 15, 1975**

[3] **Cf. *Gravissimum Educationis,* 2.**

n

Occasione oblata Conventus Nationalis Missionalis, in Hibernia a die 22 ad 29 m. aprilis a. 1979 habiti.

Praised be Jesus Christ!

To all of you assemblea at Knock to celebrate the National Missionary Congress : "Grace to you and peace from God our Father and the Lord Jesus Christ".[1]

I know that you have not only gathered for réfection on the great thème of the missions, but you have also come as pilgrims to pray at the National Shrine of Our Lady. Your goal is indeed a lofty one : through the grace of the Holy Spirit to renew the missionary fervour and commitment of Ireland.

In order to do this—in order to accomplish this aim—you are endeavouring to stir up within yourselves, and within the whole Church in Ireland, a renewed consciousness of the missionary vocation of ali the People of God. The Second Vatican Council truly calis each of us to this awareness.

In this regard, families must realize the responsibility, and the great dignity that is theirs, to pray and to work for the cause of the missions. And children, and the sick, and ali the catégories of the ecclesial community have to know and appicciate the contribution that only they can make to the Kingdom of God.

To renew effectively missionary fervour and commitment means that young people have to hear, amid the many discordant voices of modem society, the strong but gentle cali of Christ. They have to be encouraged to accept his wonderful invitation : to f olio w him in generosity and love, in sacrifice and joy—actually to leave ali things and go forth to spread the Gospel of salvation.

To renew missionary ideáis means, moreover, making sure that the nature of evangelization is crystal clear. In the words of Paul VI : "There is no true evangelization, if the name, the teaching, the life, the promises, the Kingdom and the mystery of Jesus of Nazareth, the Son of God, are not proclaimed".[2] Yes, evangelization means bringing the Good News into ali the strafa of humanity ; it means transforming

[1] *1 Cor* 1:3.
[2] *Evangelii Nuntiandi,* 22.

humanity from within and making it new. Evangelization, and therefore all missionary activity, entails a clear proclamation that the gift of God's grâce and mercy is found in his beloved Son, that salvation is in Jesus Christ.

The missionary sets forth to diffuse a message of hope and brotherly love, and he knows from the beginning, in his heart, that he cannot proclaim the new commandment of Christ without also promoting, with justice and in peace, the true, authentic advancement of man.

By missionary activity the local Church is implanted, and built up by word and sacrament. And today, in a changed world, missionary activity often means service—humble, generous and fraternal—to a local Church, so that, in turn, this local Church may become missionary, and thus fulfil its own vocation. With changed conditions in the world and in the Church, missionary service takes on new aspects and requires new adaptability ; it demands new sensitivity to the needs of the Christian communities. But the message is always the same : "Jesus Christ and him crucified".[3]

The success of ail missionary initiatives dépends on the effective guarding and teaching of the Catholic faith as transmitted by the apostles—faith in Jesus Christ the Son of God and Redeemer of man. Missionary effectiveness requires the transmission of this unbroken faith.

Düring the Holy Year Paul VI, who loved Ireland so much, reminded the Irish pilgrims of the boast and the commitment made by Saint Columban to Saint Gregory the Great in Rome. And today, I repeat thèse words as a challenge to your Congress : "Ail we Irish ... are disciples of Saints Peter and Paul the Catholic faith is maintained unbroken".[4]

And as Successor of Peter and Vicar of Christ, I appeal today for new missionary generosity, to give witness by word and example—even to the ends of the earth—to this unbroken Catholic faith. I call for a new generation of priests and religious to take their places—in the spirit of the saintly missionaries of the past—alongside their brothers and sisters in the local Churches. Dear young people : Will you accept this invitation? Will you say "yes" to this call? Will you give your li ves for the love of Christ and his brethren?

And I ask the Irish laity at home and abroad to transmit, especially

[3] *1 Cor* 2:2.

[4] 27 August 1975.

to their families, with wholesome pride and at the cost of sacrifice, by word and deed, the treasure of their faith. Millions of Irish families throughout the world have given a glorious and attractive witness to Christ and his Church ; this must never cease to be. And I pray that everyone—every sector of God's people—will be motivated by the absolute necessity of sharing the faith with others. The innermost nature of the Church requires this. The will of God and the glory of the Most Blessed Trinity is at stake. The Church is, and must remain, missionary, until Christ comes again in glory.

This then, I am convinced, is an hour of hope for Ireland and the world. It is a time for renewed fidelity, for fresh generosity, and for ardent love. It is once again the hour of the missions, the hour of evangelization, the hour to go forth and proclaim "the unsearchable riches of Christ".[5] And let us be confident that God will hear our prayer : that this generation of disciples and missionaries will bear much fruit—fruit that will last.[6]

These are my hopes, my désires today that I commend to Mary, Mother of God and Mother of the Church. In her loving role as Queen of the Missions, she has been close to countless Irish missionaries over the years, sustaining them in joy by her prayers, and giving them, in the midst of their sacrifices, the fullness of her maternal love. She will also stand by this generation and protect them, as they approach the fields of the apostolate "already white for harvest".[7]

To all of you, sons and daughters of Ireland, brothers and sisters in the faith, I impart my special Apostolic Blessing : in the name of the Father, and of the Son, and of the Holy Spirit. Amen.

[5] *Eph* 3 :8.
[6] Cf. *Jn* 15:16.
[7] *Jn* 4 :35.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SS.

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

DECRETUM

DERTOSEN. SEU BARCINONEN.

Beatificationis et Canonizationis ven. Servi Dei Henrici de Osso y Cervello Sacerdotis, Fundatoris Sororum Societatis a S. Teresia a Iesu.

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur.

Venerabilis Servus Dei Henricus de Ossó y Cervello, die 16 Octobris anno 1840 in pago *Vinebre,* dioeceseos intra fines Dertosensis in Hispania, natus, summo studio et in Christo manere et impigre in agro Domini laborare ad mortem usque annisus est, ut fructus afferret qui manerent (cfr. *Io.* 15, 16). Ex multis, quae ad Dei gloriam et Ecclesiae sanctae utilitatem civilisque Societatis bonum erexit, promovit et curavit, operibus, praestantius apparet illud a Sancta Teresia a Iesu appellatum, vulgo *Compania de Santa Teresa de Jesús,* quo mulierum formationi omnimodo provehendae prospiceretur. Qui sanctitatis fama clarus obdormivit in Domino die 27 Ianuarii anno 1896, eumque, servatis de iure servandis, ad virtutum christianarum culmen pervenisse Paulus Papa VI die 15 mense Maio anno 1976 edixit.

Ad impetrandos autem huic Venerabili beatorum Caelitum honores, bina facta prodigiosa, quot nempe, pro iuridica Causae condicione, afferri probarique necesse erat, sollertes actores ad cognoscendum Sacrae huic Congregationi pro Causis Sanctorum proposuerunt. Agitur videlicet de duabus miris sanationibus quae, eodem Dei Famulo deprecatore, divinitus patratae ferebantur.

Quarum prior contigit Sorori Antoniae Barrera Reig, religiosae ipsius Societatis a Venerabili nostro conditae. Ipsa namque, adhibitis incassum humanis remediis per quinque fere annos, die 15 mensis Iulii anno 1923, edicta a medico gravissima prognosi, super Servi Dei sepulcrum strata orando, a tuberculosi pulmonari, cum implicationibus in stomacho et intestinis, extemplo perf ee teque convaluit.

Altera autem mira sanatio respicit Sororem Mariam a Cingulo Monfort Ferrando, religiosam professam eiusdem Instituti a Venerabili Henrico de Ossó y Cervello fundati. Ipsa profecto symptomata pulmonaris tuberculosis inde ab anno 1915 praeseferebat ; qui morbus anno 1923 adeo eruduit ut nulla sanandi spes superesset. Quapropter, Kalendis Novem¡bribus, novendiales preces Deo ferventissimae per Venerabilis nostri intercessionem adhiberi coeptae sunt; et ecce, nocturnis horis inter diem *S* et 9 mensis Novembris plene sanata est.

Cum praeter naturae vires huiusmodi sanationes evenisse dicerentur, canonici processus adornati sunt, ordinaria primum (annis 1926-1927) ac deinde apostolica (annis 1966-1967) auctoritate, apud Curiam episcopalem Dertosensem ; de harum autem inquisitionum legitima forma et vi Sacra Congregatio pro Causis Sanctorum die 21 mensis Iunii anno 1969 edixit.

Coadunato postmodum, die 21 Septembris anno 1977, eiusdem Sacrae Congregationis Medico Consilio, atque prolato favorabili iudicio de preternaturali sanationum indole, quaestio subiecta est theologorum studio, idque primum, die 17 Octobris a. 1978, in Congressu Peculiari Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum, et deinde, die 30 Ianuarii .anni huius 1979, in Coetu Plenario Patrum Cardinalium, in quo Rev.mus Cardinalis Pericles Felici, Causae ponens seu relator, dubium posuit disceptandum : *An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur,* deque iis rettulit. Et omnes, qui convenerant, Patres affirmando responderunt.

Facta de praedictis omnibus, die 24 Februarii anno 1979, per subscriptum Cardinalem Praefectum Summo Pontifici Ioanni Paulo II relatione, Sanctitas Sua suffragia Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum rata habens, iussit ut decretum super duabus miris sanationibus rite appararetur.

Quod cum factum esset, accitis hodierna die Cardinalibus infrascripto Praefecto atque Pericle Felici, Causae ponente seu relatore, meque Antistite a secretis S. Congregationis pro Causis Sanctorum, ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater edixit :

Constare de duobus miraculis, Venerabili Servo Dei Henrico de Ossó y Cervello, sacerdote, fundatore Sororum Societatis a S. Teresia a Iesu, intercedente, a Deo patratis, videlicet de instantánea, perfecta et constanti sanatione tum Sororis Antoniae Barrera Reig a tuberculosi pulmonari, cum implicationibus in stomacho et intestinis, tum de instantánea, perfecta constantique sanatione Sororis Mariae a Cingulo Monfort Ferrando a pulmonari tuberculosi.

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 10 Maii, anno Domini 1979.

CONRADUS Card. BAFILE, *Praefectus*

L..SBS.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronoven., *a Secretis*

ACTA COMMISSIONUM

PONTIFICIA COMMISSIO DECRETIS CONCILII VATICANI II INTERPRETANDIS

Responsum ad proposita dubia.

Patres Pontificiae Commissionis Decretis Concilii Vaticani II Interpretandis, propositis in plenario coetu quae sequuntur dubiis, respondendum esse censuerunt ut infra :

I.

De conventionibus in unione paroeciarum

D. — Utrum norma, de qua in Litteris Apostolicis Motu proprio datis, die 6 augusti 1966, *Ecclesiae Sanctae,* I, 33, relate ad potestatem Ordinarii loci, de consensu competentis Superioris, committendi paroeciam religioso Instituto, includat quoque facultatem scindendi eandem unionem, vi can. 1425 C.I.C. statutam, absque interventu Apostolicae Sedis.

R. — *Affirmative,* salvis iuribus quaesitis, si quae exstent.

II.

De unione paroeciarum

D. — I) Utrum normae, de quibus in Litteris Apostolicis Motu proprio datis, die 6 augusti 1966, *Ecclesiae Sanctae,* I, 21, § 2, respicientes paroecias pleno iure unitas Capitulis Canonicorum, applicentur quoque paroeciis quae pleno iure concreditae sunt Institutis religiosis ad normam can. 1425 § 2 C.I.C.

II) Quatenus affirmative, an praedictae uniones paroeciarum separari et in posterum prohiberi debeant.

R. — *Negative ad primum; ad secundum* : provisum iam in primum.

Ss.mus Dominus Noster Ioannes Paulus Pp. II, in Audientia die 25 iunii 1979 infrascripto impertita supradictas decisiones ratas habuit, adprobavit et publicari iussit.

PERICLES Card. FELICI, *Praeses*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza Ufficiale, per la presentazione delle Lettere Credenziali:

Lunedì, **25** Giugno **1979**, S. E. il Dott. BRUNO BOTTAI, Ambasciatore d'Italia presso la Santa Sede.

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza:

Lunedì, **18** Giugno **1979**, S. E. il Dott. BOUTROS BOUTROS GHALI, Ministro di Stato per gli Affari Esteri della Repubblica Araba d'Egitto.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

18 giugno 1979. S. E. Mons. Eduardo Martínez Somalo, Arcivescovo tit. di Tagora e Sostituto della Segreteria di Stato, S. E. Mons. Achille Silvestrini, Arcivescovo tit. di Novaliciana e Segretario del Consiglio per gli Affari Pubblici della Chiesa, *Consultori della Sacra Congregazione per la Dottrina della Fede.*

Con Brevi Pontifici il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

22 giugno 1979. S. E. Mons. Domenico EnriCi, Arcivescovo tit. di Ancusa, Nunzio Apostolico, Delegato per le Rappresentanze Pontificie, *Assistente al Soglio Pontificio.*

6 luglio » S. E. Mons. Luigi Accogli, Arcivescovo tit. di Treba, *Pro-Nunzio Apostolico in Bangladesh.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI, di venerata memoria, si degnò di nominare:

Prelati d'Onore di Sua Santità:

10 luglio 1978. Mons. Arévalo Bolaño Bernardo (Ipiales).
» » Mons. Díaz Rincón Diogenes (Ipiales).
» » Mons. Narváez B. Remigio (Ipiales).
19 » Mons. Hüttenbügel Johannes (Köln).

Cappellani di Sua Santità:

10 maggio 1978. Il sac. Corredor Pinto Luis Antonio (Tunja).
» » » Il sac. Medina Fernández Ignacio (Tunja).
» » » Il sac. Mojica Zúñiga León Guillermo (Tunja).
10 luglio » Il sac. Barahona Bravo Nemesio (Ipiales).
19 » » Il .sac. Buchbender Franz (Köln).
» » » Il sac. Hanrath Joseph (Köln).
» » » Il sac. Kochern Heinrich (Köln).
» » » Il sac. Möller Friedrich (Köln).
» » » Il sac. Stang Wilhelm (Köln).
» » » Il sac. Westermann Joseph (Köln).
» » » Il sac. Zingsheim Johannes (Köln).
4 agosto » Il sac. Flores y. Flores Guillermo (Guatemala).

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo I, di venerata memoria, si degnò di nominare :

Protonotario Apostolico soprannumerario:

11 settembre 1978. Mons. Daniels Johannes (Köln).

Prelati d'Onore di Sua Santità:

8 settembre 1978. Mons. Salazar Botero José (Medellin).
18 » » Mons. Murphy Michael A. (St. George's, Newfoundland).
» » » Mons. White Roderich T. (St. George's, Newfoundland).
20 » » Mons. Devlin Bernard (Gibraltar).
» » » Mons. Stagnetto August V. (Gibraltar).

Cappellani di Sua Santità :

8 settembre 1978. Il sac. Westhoff Johannes (Köln).
9 » » Il sac. Schäfers Wilhelm (Münster).
20 » » Il sac. Mejía Jorge (Buenos Aires).
» » » Il sac. Pons Ernest Anthony (Gibraltar).

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI, di venerata memoria, si degnò di conferire:

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

19 luglio 1978. Al sig. Karrenberg Herbert (Köln).
4 agosto » Al sig. Arguedas Martínez Ricardo Antonio (Guatemala).
» » » Al sig. De la Riva Lafargue Juan Manuel (Guatemala).
» » » Al sig. Laugerud García Kjell Eugenio (Guatemala).
» » » Al sig. Putzeys Alvarez Guillermo (Guatemala).
» » » Al sig. Ydígoras Fuentes Miguel (Guatemala).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

10 giugno 1978. Al sig. Tabard Eugène (La Rochelle).
27 luglio » Al sig. Staab Josef (Limburg).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

20 aprile 1978. Al sig. Günther Heinrich (Limburg).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

19 luglio 1978. Al sig. Demmer Johannes (Köln).
» » » Al sig. Sonntag Jakob (Köln).
» » » Al sig. Wienand Adam (Köln).
4 agosto » Al sig. C&ceres Knox Jaime Guillermo (Guatemala).
» » » Al sig. Del Coso Martínez Ivirio Juan Manuel (Guatemala).
» » » Al sig. Gordillo Macias Rafael (Guatemala).
» » » Al sig. Morris Henry M. (Guatemala).
» » » Al sig. Pellecer Arellano Carlos Fernando (Guatemala).
» » » Al sig. Rivera Aparicio Raúl Alfonso (Guatemala).
» » » Al sig. Schlesinger Carrera Luis (Guatemala).
» » » Al sig. Somers Harmison Henry (Guatemala).
» » » Al sig. Zelaya Coronado Carlos Alberto (Guatemala).

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo I, di venerata memoria, si degnò di conferire:

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

14 settembre 1978. Al sig. Rosenthal Paul (Köln).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

7 settembre 1978. Al sig. Greco Gioacchino ***(Italia).***
20 » » Al sig. Brüne Nikolaus (Limburg).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

11 settembre 1978. Al sig. Stephan Einrich (Köln).

NECROLOGIO

11 aprile .1979. Mons. Gerrit Jean Hermanus M. Horsthuis, Vescovo già di Jales ***(Brasil).***
2 giugno » Mons. Manuel Visuvasam, Vescovo di Coimbatore ***(India).***
4 » » Mons. Joao Floriano Loewenau, Vescovo tit. di Drivasto.

Reeens tantum nuntiatum est Ioannem Hefferman, Episcopum tit. Uzipparitanum, decessisse die 20 m. martii a. 1966.

Au. et vol. LXXI 31 Iulii 1979 N. 10

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

EPISTULA APOSTOLICA

Appropinquante iubilari sollemnitate Sancti Stanislai, Summus Pontifex Ioannes Paulus II peculiarem, quae sequitur « Epistulam Apostolicam » dedit ad Venerabiles Fratres Stephanum S. R. E. Cardinalem Wyszyñski, Archiepiscopum Metropolitam Gnesnensem et Varsaviensem, Franciscum Macharski, Archiepiscopum Metropolitam Cracoviensem, ceteros sacrorum Antistites et universam Ecclesiam in Polonia: nono expleto saeculo a Sancti Stanislai, Episcopi et Martyris, obitu.

I. Rutilans agmen illorum, qui pro fide et virtutibus christianis tormenta passi sunt mortemque strenue obierunt, Ecclesiae ab eius initiis per saeculorum cursum praeclarum vigorem et robur indere consuevit. Ait enim recte S. Augustinus : « Quasi semine sanguinis impleta est martyribus terra, et de illo semine seges surrexit Ecclesiae. Plus asseruerunt Christum mortui quam vivi. Hodie asserunt, hodie praedicant : tacet lingua, sonant facta » *(Serm.* 286, 4; *PL* 38, 1298). Quae quidem sententiae ad Ecclesiam, quae est in Polonia, singulari ratione nunc transferri posse videntur, cum et ipsa cruore martyrum creverit; in quibus principem locum Sanctus Stanislaus obtinet, cuius vita et obitus gloriosus instanter quasi loquuntur.

Ipso quidem anno, quo Ecclesia ibi constituta nonum saeculum celebrat expletum ex quo idem Sanctus Stanislaus, Episcopus Cracoviensis, martyrio est coronatus, fieri non potest, ut vox desit Episcopi Romani ac beati Petri successoris. Hoc vero iubilaeum est summi momenti arctissimeque cum historia Ecclesiae et Nationis Polonicae con-

iungitur; quae gens per amplius mille annorum spatium rerum suarum intimam quandam necessitudinem cum eadem Ecclesia habebat colebatque. Vox illa, iterum dicimus, non potest deesse, eo vel magis quod ad Petrianam Cathedram, arcano Dei consilio, ut Summus Ecclesiae Pastor is est provectus, qui adhuc paulo antea in episcopali sede Craco viensi successor fuerat Sancti Stanislai.

Est prorsus miranda haec opportunitas, quae Nobis praebetur, ut nono expleto saeculo ab obitu Sancti Stanislai, has litteras demus, quas ut confici iuberet a magni nominis Decessore Nostro Paulo VI, ac deinde a proximo eius successore Ioanne Paulo I, qui solum xxxin dies pontificale ministerium gessit, Nosmet ipsi petivimus. Hodie ergo non solum id perficimus, quod munere fungentes Archiepiscopi Cracoviensis, ab utroque Decessore Nostro in Petri Cathedra flagitavimus, sed etiam peculiare desiderium et optatum animi Nostri explemus. Quis umquam cogitare potuit fore, ut, appropinquantibus iam sollemnibus ob iubilaeum istud Sancti Stanislai indictis, Nosmet ab illa sede episcopali Cracoviensi, quam Cáeles ille tenuisset, discederemus, atque, suffragantibus Patribus Cardinalibus in Conclavi congregatis, ad sedem Romanam transir emus? Quis animo fingere potuit fore ut Nos dies sollemnes eiusdem iubilaei ageremus non tamquam « pater familias », sed ut hospes qui in regionem maiorum Nostrorum se conferat ut primus Pontifex Romanus e genere Polonorum et ut primus Papa in Ecclesiae -historia, qui eandem terram inviseret?

II. Secundum calendarium liturgicum Ecclesiae in Polonia festivitas Sancti Stanislai a saeculis die VIII mensis Maii recolitur. Sollemnitas vero externa Cracoviae in dominicam, quae diem VIII proxime subsequitur, transfertur. Quo die e cathedrali templo, in colle « Wavel » posito, sacra processio exit petitque ecclesiam Sancti Michaelis in « Rupella », quo loco, quemadmodum fert traditio, Stanislaus Episcopus e pago Szczepanów, a Boleslao Audaci, inter celebrationem eucharisticam, est martyrio affectus.

Decretum est vero, ut hoc anno praecipua sollemnia honori Sancti Stanislai, quae simul iubilaei induunt formam, a prima dominica, quae diem VIII mensis Maii subsequitur, in temporis spatium, quod dominicis Pentecostes et Sanctissimae Trinitatis comprehenditur, differantur. Permagna est enim vis eiusdem pentecostalis diei, quo Ecclesia ortum suum in Cenáculo Hierosolymitano commemorat. Inde enim Apostoli, antea congregati in oratione cum Maria Matre Iesu (cfr. *Act.* 114), egressi sunt,

illo repleti vigore, qui in animos eorum erat infusus ut peculiare donum Spiritus Sancti. Inde exierunt et per mundum pervaserunt, ut Christi mandatum implerent : « Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, docentes eos servare omnia quaecumque mandavi vobis » *(Mt.* 28, 19-20).

E Cenáculo igitur pentecostali prodierunt Apostoli. Ex eo pariter, per hominum aetates, illorum successores procedunt. Inde, tempore generationis suae, exiit etiam Sanctus Stanislaus e pago Szczepanów, idem in pectore ferens donum fortitudinis, ut Evangelii veritatem usque ad sanguinis effusionem testaretur. Illa quidem generatio, novem saeculorum spatio a nobis remota, fuit generatio maiorum nostrorum, qui, ut Sanctus Stanislaus, ipsorum Episcopus in sede Cracoviensi, sunt ossa ex ossibus nostris, sanguis e sanguine nostro. Tempus quidem, quo pastorale ministerium gessit, breve fuit : ab anno enim MLXXII ad annum MLXXIX est ductum, videlicet septem annorum finibus circumscriptum, sed fructus eius adhuc permanent. Re quidem vera in illo ad effectum sunt adducta verba, quae Christus Apostolis fecit : « posui vos ut vos eatis et fructum afferatis et fructus vester maneat » *(Io.* 15, 16).

III. Sollemnia in honorem Sancti Stanislai indicta, quibus, post novem saecula ab eius obitu exacta, ad « Cenaculum pentecostale » quodam modo referimur, altissima quadam significatione sunt praedita. Etenim e Cenáculo egressi sunt quotquot, secundum Christi dicta, in mundum universum ierunt, « docentes omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti » (cfr. *Mt.* 28, 19). Natio vero Polonica anno DCCCCLXVI in nomine Sanctissimae Trinitatis baptismali aqua est abluta. Itaque non ita pridem mille anni sunt impleti a tempore illo, quod simul initium effecit historiae Ecclesiae in Polonia et rerum ipsius Nationis.

Extollenda profecto est vis, quae in baptismate inest, in sacramento scilicet, quo in mortem Christi consepelimur (cfr. *Col.* 2, 12), ut participes reddamur eius resurrectionis, illius vitae, quam Filius Dei, factus homo, vitam esse voluit animarum nostrarum. Huius autem vitae initium in baptismate continetur, quod, in nomine Sanctissimae Trinitatis collatum, filiis hominis dat « potestatem filios Dei fieri » *(Io.* 1, 12) in Spiritu Sancto.

Millennium vero baptismatis illius, quod anno MCMLXVI in Polonia sollemnibus est frequentatum tamquam annus glorificandae Sanctissimae Trinitati dicatus, etiam hoc Sancti Stanislai iubilaeum complecti-

tur. Re enim vera uberrimi veluti fructus huius sacramenti, quo quisque homo Deo peculiari ratione sacratur (cfr. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen Qentium,* 44), ipsi Sancti sunt habendi, qui vita sua et morte « munus aeternum » Deo perfecti sunt (cfr. Miss. Rom. *Prex euch.* III).

Cum ergo in sollemnitate Sanctissimae Trinitatis hoc anno Domini MCMLXXIX memoriam martyrii Sancti Stanislai festo ritu agemus, memorabimus etiam baptisma, in nomine Sanctissimae Trinitatis impertitum, unde ille quasi primus ac quidem maturus fructus sanctitatis provenit. Hunc tota Natio tantopere exspectavit; in hoc Sancto eiusdem suae gentis grato animo fructum vitae illius novae, cuius ille est particeps effectus, agnovit, postquam Polonia salutari Christianorum lavacro est tincta.

Haec impellunt, ut nonum saeculum expletum a martyrio Sancti Stanislai singulari cum veneratione in Millennio velut inscribamus baptismatis, a maioribus nostris in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti suscepti.

Quo autem maius huic venerationi tribuamus momentum — ex Episcoporum Poloniae optatis — statuimus, ut memoria Sancti Stanislai in calendario liturgico Ecclesiae universalis ad gradum memoriae obligatoriae evehatur.

IV. Cultus, per novem saecula Sancto Stanislao adhibitus, altas radices in regione Polonica egit. Ad quam venerationem augendam non paulum canonizatio contulit, qua Innocentius Pp. IV, Decessor Noster, Asisii, apud Sancti Francisci sepulcrum, die VIII mensis Septembris anno MCCLIII eidem egregio viro Sanctorum Caelitum honores decrevit. Altis profecto radicibus idem nititur cultus ! Quae quidem totam historiam Ecclesiae in Polonia pervadunt, in ipsa vita Nationis apparent, eius sorti iunguntur. Cultum Sancti Stanislai non solum annuae celebritates testantur, sed etiam multae dioeceses et ecclesiae et paroeciae in illa regione et extra eius fines eidem dicatae. Quo enim filii terrae Polonicae adventabant, eo cultum magni huius Patroni inferebant; Per multa saecula Sanctus Stanislaus praecipuus fuerat Poloniae Patronus, sed concessu Ioannis XXIII, Decessoris Nostri, ipse una cum beata Maria Virgine, Regina Poloniae, et Sancto Wojtecho Adalberto Nationem istam caelesti patrocinio obtegit. Quo fit, ut hoc anno vertente, quo nonum saeculum exactum a Sancti Stanislai martyrio celebratur, eiusmodi sollemnia non solum ad sedem Cracoviensem pertineant, sed etiam ad Gnesnam et ad Montem Clarum. Per mille enim fere annorum

spatium, iuxta Sanctum Stanislaum, Praesulem Cracoviensem, ponebatur Sanctus Wojteebus Adalbertus, cuius corpus, martyrio discruciatum, Boleslao Magno, Cbrobry dicto, rege, Gnesnae fuit sepultum. Uterque ergo Sanctus, Stanislaus et Wojteebus Adalbertus, una cum beata Maria Virgine, Regina Poloniae et Matre Ecclesiae, patriam tutatur.

Loca, ad vitam et mortem Sancti Stanislai spectantia, religiose coluntur : potissimum is Cáeles pio cultu honoratur in ecclesia cathedrali Cracoviensi, quae est in colle ((Wavel » sita et ubi eius exstat sepulcrum, necnon in templo pagi ((Rupellae » et in natali illius pago Szczepanów, qui nunc finibus dioecesis Tarnoviensis continetur. Venerationem habent eius reliquiae, praesertim capitis, quod usque adhuc luculenta vestigia praefert letalium ictuum, ante novem saecula illatorum. Ad has ipsas capitis reliquias incolae urbis regiae et pietatis causa peregrinatores ex tota Polonia quotannis se eifundunt, ut eas sollemni pompa per vias urbis Cracoviae prosequantur. Cui quidem sacrae processioni praeteritis saeculis reges Poloniae, successores Boleslai Audacis, intererant, qui anno MLXXIX, ut dictum est, Sanctum Stanislaum interemit atque, ut memoriae proditum est, Deo reconciliatus extra patriae fines obiit mortem.

Nonne id ipsum peculiarem prae se fert significationem? Nonne documento est Sanctum Stanislaum per saecula fuisse fautorem reconciliationis, qua Nationis ipsius cives, sive auctoritate pollentes sive subditi, Deo placarentur? Nonne peculiarem eam coniunctionem spiritualem insinuât, cuius — martyrii illius virtute — omnes consortes facti sunt et continenter redduntur? Haec profecto est vis mortis, quae ope mysterii baptismalis penitus inserta est in Resurrectionem Christi, in eius veritatem, in eius amorem : « maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis » *(Io.* 15, 13).

V. Sanctus Stanislaus, Patronus Polonorum ! Quam commoto animo Romanus Pontifex haec verba enuntiat, qui tot annos vitae suae et ministerii episcopalis huic Patrono et omni traditioni eiusdem Caelitis iungebatur ! Cui etiam cordi fuerunt omnia studia, quae hoc saeculo et proxime praeterito ingenia exercere non desierunt circa argumentum eventuum et adiunctorum, quae ante nongentos annos ad perpetrandum facinus illud moverunt. Haec ostendunt ipsum factum, historiae commendatum, et ipsum virum praeclarissimum adhuc quasi fontem esse rerum, experientiarum, veritatum, quae semper vigeant semperque momentum habeant ad vitam hominis, Nationis, Ecclesiae.

Itaque peculiari hac <(vitalitate » Sancti Stanislai, Patroni Polonorum, innixi — nono revoluto saeculo ab eius testimonio, quod vita et morte reddidit sua — oportet Deo uni in Trinitate, per Matrem Christi et Ecclesiae, exhibeamus quidquid effecit et continenter constituit amplissimam hereditatem, quam historia salutis in regione Polonica cum anno MLXXIX conexuit. Haec videlicet est hereditas fidei, spei, caritatis, quae plenam propriamque rationem tribuit vitae hominis et societatis. Est hereditas firmitatis et fortitudinis in profitenda veritate, quae excelsitatem animi denotat humani. Est hereditas sollicitudinis de salute ac bono spirituali temporalique proximi, eiusdem videlicet Nationis civium et omnium, quibus firma cum perseverantia debemus deservire. Est etiam hereditas libertatis, quae ipso servitio et donatione, amoris causa peracta, declaratur. Est demum mirabilis traditio coniunctionis et unitatis, ad quas perficiendas in historia Polonorum — quemadmodum facta demonstrant — Sanctus Stanislaus, eius mors, eius cultus maximeque eius canonizatio contulerunt,

Ecclesia in Polonia per singulos annos hanc recolit hereditatem. Quotannis ad praecelsam traditionem Sancti Stanislai convertitur, quae singulare quoddam patrimonium animi Polonici evasit. Hoc anno Domini **MCMLXXix** Ecclesia in Polonia, in peculiaribus rerum adiunctis, ad eandem hereditatem cupit se revocare ; optat eam altius perspicere et exinde consecutiones, ad vitam cotidianam pertinentes, conficere ; desiderat adiumentum sibi comparare in luctatione adversus languores, vitia, peccata, ea praesertim, quae bono Polonorum atque Poloniae potissimum efficiunt ; expetit novo tutamento firmare fidem et spem futurae sortis, qua missionem suam impleat, et servitii, quod saluti unius cuiusvis et universorum impendat.

Ad haec optata, ad has flagrantes postulationes cordium, quae ex patria Nobis adveniunt, Nos Ioannes Paulus II, e terra Polonica, consociamur ex animo ; atque, dum mentem Nostram magnum momentum pulsat huius iubilaei, Benedictionem Apostolicam vobis, Venerabiles Fratres, ceteris Poloniae sacrorum Antistitibus, sacerdotibus, religiosis et Christifidelibus effusa caritate impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die VIII mensis Maii, anno **MCMLXXix,** Pontificatus Nostri primo.

IOANNES PAULUS PP. II

Eandem « Epistulam Apostolicam » Summus Pontifex lingua Polonica scriptam dedit:

I. Świadectwo męczeńskie tych, którzy za wiarę i chrześcijańskie zasady życia przyjęli cierpienie i męki oraz odważnie ponieśli śmierć, od początku, przez całe wieki dodawało Kościołowi duchowej siły i mocy. Słusznie więc mówi św. Augustyn : « Jakby nasieniem krwi wypełniona jest męczennikami ziemia, i z tego nasienia wyrosło żniwo Kościoła. Bardziej obwieszczają Chrystusa zmarli niż żywi. Dziś Go obwieszczają i dziś głoszą : milczy język, ale rozbrzmiewają czyny » *{Serm.* 286, 4; *PL* 38, 1298). Istnieją chyba szczególne racje, by słowa te obecnie odnieść do Kościoła w Polsce. Przecież także i on wyrósł z krwi męczenników, wśród których naczelne miejsce zajmuje św. Stanisław. Jego życie i śmierć chwalebna przemawiają ustawicznie.

W roku, w którym Kościół w Polsce obchodzi uroczyście dziewięćsetną rocznicę męczeńskiej śmierci św. Stanisława, biskupa krakowskiego, nie może zabraknąć głosu Biskupa Rzymu i Następcy św. Piotra. Nazbyt doniosły to jubileusz, nazbyt związany z dziejami Kościoła i Narodu Polskiego, który przez z górą tysiąc lat swoich dziejów związał się z tym Kościołem w sposób szczególnie głęboki. Nie może zabraknąć tego głosu zwłaszcza w tym momencie, kiedy na Stolicę św. Piotra tajemnym zrządzeniem Bożej Opatrzności został wezwany papież, który sam do niedawna jeszcze był następcą św. Stanisława na stolicy biskupiej w Krakowie.

tionibus populus, ut rubrum Biretum, seu proprium acceptae dignitatis ornamentum, singulis imponeret electis Cardinalibus iisdemque Titulum vel Diaconiam assignaret per Apostolicas simul delatas Litteras, de re fidem facientes. Videlicet assignavit:

AUGUSTINO CASAROLI,, *titulum XII Apostolorum;*

IOSEPHO CAPRIO, *diaconiam S. Mariae Auxiliatricis in Via Tusculana;*

MARCO CE, *titulum S. Marci;*

EGANO RIGHI-LAMBERTINI, *diaconiam S. Ioannis Bosco in Via Tusculana;*

IOSEPHO MARIAE TRINH VAN-CAN, *titulum S. Mariae in Via;*

ERNESTO CIVARDI, *diaconiam S. Theodori;*

ERNESTO CORRIPIO AHUMADA, *titulum Conceptionis Immaculatae B. M. V. ad Viam Tiburtinam;*

IOSEPHO ASAJIRO SATOWAKI, *titulum S. Mariae de Pace;*

ROGERO ETCHEGARAY, *titulum S. Leonis I ;*

ANASTASIO ALBERTO BALLESTRERO, *titulum S. Mariae supra Minervam;*

THOMAE 0'FIAICH, *titulum S. Patricii;*

GERALDO EMMETT CARTER, *titulum S. Mariae in Transpontina;*

FRANCISCO MACHARSKI, *titulum S. Ioannis ad Portam Latinam;*

LADISLAO RUBIN,, *diaconiam S. Mariae in Via Lata.*

III - ALLOCUTIONES

Antequam creatis nuper Cardinalibus impositum est Biretum, Em.us Pater Augustinus Casaroli, primus ex ipsis, suo suorumque collegarum nomine grati animi sensus hisce verbis Summo Pontifici aperuit :

Beatissimo Padre,

Ë per me altissimo onore il dover rendermi, presso la Santità Vostra, interprete del gruppo dei Cardinali da Lei nominati all'inizio,

ancora, di un Pontificato che i fedeli e l'umanità intera, possiamo ben dire, con gioiosa speranza auspicano lungo nel tempo e ricco di sempre più preziosi frutti di bene, per la Chiesa e per la comunità dei popoli.

Benché esso sia relativamente ristretto, si riflettono in qualche modo, nell'insieme dei suoi componenti, l'universalità della Chiesa Cattolica e la molteplicità dei suoi ministeri : vi appartengono, infatti, Pastori di antiche o antichissime Chiese d'Europa, di già venerande o più recenti Sedi del Nuovo Mondo, di diocesi missionarie, cariche ormai anch'esse di storia e fervide di promesse; Presuli che hanno speso la loro vita al più diretto servizio del Vicario di Cristo, nella Curia Romana o in Rappresentanze Pontificie; il Segretario Generale del Sinodo dei Vescovi ; né possiamo dimenticare colui, del quale Vostra Santità ha voluto riservare il nome nel segreto del suo cuore, ma nel quale possiamo bene immaginare che abbia a riflettersi in maniera particolarmente significativa il volto, glorioso e doloroso insieme, della Chiesa dei nostri giorni.

Il nostro primo sentimento, Beatissimo Padre, è di riconoscenza. Non tanto per l'onore fatto alle nostre persone, alle Sedi e ai servizi che rappresentiamo, oppure alle genti che si sentono con noi onorate da questo Vostro gesto di benevolenza ; ma per averci stimati meritevoli di particolare fiducia nel chiamarci alla responsabilità di entrare a far parte di quello che l'uso e il diritto definiscono il Vostro Senato e di diventare, così, Vostri più vicini collaboratori e consiglieri nel governo della Chiesa universale.

Consci della grandezza e del peso di tale responsabilità, assumiamo con piena consapevolezza l'impegno di assoluta ed esemplare fedeltà a Colui al quale Cristo ha affidato le chiavi del suo Regno, alla Roccia sulla quale Egli continua a mantenere solidamente fondata e saldamente unita la sua Chiesa.

Considereremo nostro dovere e nostro singolare privilegio l'esser sempre disponibili al Vostro cenno, per offrir Vi, con totale lealtà e in spirito di responsabile dedizione, sforzandoci di allargare il nostro sguardo ai vasti orizzonti dei problemi che toccano la vita della universale comunità cristiana e del mondo, l'apporto delle nostre modeste riflessioni e della nostra volenterosa cooperazione, nello svolgimento della missione a Voi affidata da Cristo : al servizio della Chiesa, che vede in Voi il Maestro della fede, il supremo Pastore, il garante del suo camminare sulle vie della verità e della santità; al servizio dell'uomo, la cui grandezza, la cui vocazione, i cui diritti — nella pienezza

della visione cristiana, che sublima senza travisarla quella genuinamente umana — Vostra Santità sembra voler fare costante e quasi qualificante oggetto del proprio insegnamento e della propria azione; l'uomo, delle cui profonde e più vere aspirazioni — la sete di giustizia, il bisogno di solidarietà fraterna, di progresso, di benessere, l'anelito alla pace — Vostra Santità appare, anche agli occhi di chi non accoglie il Messaggio cristiano della Redenzione, l'animoso banditore, il generoso servitore, divenendo così per innumeri nostri fratelli, d'ogni religione o di diversi convincimenti ideologici, segno luminoso di speranza, incoraggiamento a ottimismo creatore.

Questi sono, Beatissimo Padre, i sentimenti e i propositi che ci animano in questo momento. Su di essi, sulle nostre persone e su quanti ci sono a qualsiasi titolo cari, su quanti ci accompagnano in questa circostanza con la loro simpatia e i loro voti, scenda, Beatissimo Padre, la Vostra Benedizione, mentre noi affidiamo a Dio e all'intercessione della Beatissima Vergine la felicità e la grandezza del Vostro Pontificato.

Cui sic respondit Summus Pontifex, adhibita lingua Italica, Gallica, Anglica et Hispanica :

1. Ecco, ha parlato a noi la parola di Dio con la forza, che è adeguata al momento che viviamo. Poiché, mentre questi nostri venerati e cari Fratelli nell'Episcopato, i cui nomi sono già noti alla Chiesa e al mondo, stanno per ricevere il segno della dignità cardinalizia, bisogna che il significato di questa dignità diventi, per loro e per noi, chiaro e limpido alla luce delle parole stesse di Dio. E perciò, ascoltando con gratitudine queste parole, tratte dalla I Lettera di san Pietro e dal Vangelo di san Matteo, meditiamo un istante che cosa il Signore voglia esprimere per mezzo di esse in questo importante ed insolito momento.

2. Anzitutto, mediante le parole dell'Apostolo, manifesta la sollecitudine pastorale per la Chiesa, cioè per il gregge. Veramente meravigliose sono queste parole! In esse si apre tutta l'anima di colui a cui fu dato, « come testimone della passione di Cristo », di diventare il primo pastore del gregge. Nella sua sollecitudine pastorale per la Chiesa, egli ha continuamente

davanti agli occhi Cristo, che si è rivelato come Buon Pastore, dando la propria vita per le pecore e che, come Supremo Pastore, si rivelerà in quella « gloria del Padre »/ alla quale conduce tutti noi. Fissando lo sguardo su di Lui, Cristo, l'Apostolo, « Anziano », Vescovo di Roma, Pietro, condivide a sua volta la sua sollecitudine pastorale con gli altri, insegnando loro e, nello stesso tempo, chiedendo come devono insieme con Lui comportarsi come « anziani e superiori ». Un accento particolare sul loro esempio personale, sulla dedizione disinteressata, sullo zelo creativo. Essere pastore dell'ovile vuol dire vigilare perché la belva rapace non entri nel gregge. Essere pastore delle anime vuol dire vigilare perché queste non siano ingannate e irretite, e non siano traviate, perdendo il contatto vitale con la fonte dell'amore stesso e della verità. Essere pastore delle anime vuol dire, infine, fidarsi: fidarsi soprattutto di Colui, che su queste anime immortali acquistò un diritto divino col proprio sangue.

Accettate oggi questo messaggio del primo Vescovo di Roma, voi, venerabili e cari Fratelli, che in modo particolare dovete diventare partecipi della sollecitudine pastorale del suo indegno successore. Quanto più profondamente attingiamo alle stesse fonti evangeliche di questa sollecitudine, tanto più essa si dimostrerà eificace e beata. Il « tempo » attuale ***(kairós)*** della Chiesa e del mondo richiede che attingiamo con particolare diligenza proprio da queste fonti.

3. La parola di Dio, che abbiamo ascoltato poco fa, contiene in sé un appello al coraggio e alla fortezza. In modo significativo a questo ci invita Cristo. Ecco, abbiamo sentito che egli ripete più volte: « non abbiate paura »; « non abbiate paura di quelli che uccidono il corpo, ma non hanno potere di uccidere l'anima»;[2] «non abbiate timore degli uomini».[3] E contempo-

[1] ***Ov*** **17, 24.**
[2] ***Mt*** **10, 28.**
[3] **Cfr. *Mt* 10, 26.**

raneamente, accanto a questi decisi appelli al coraggio, alla fortezza, suona l'esortazione: «temete»; «temete piuttosto colui che ha il potere di far perire l'anima e il corpo nella Geenna».[4] Tutti e due questi appelli, apparentemente opposti, sono reciprocamente così strettamente collegati tra loro, che l'uno risulta dall'altro e l'uno condiziona l'altro. Siamo chiamati alla fortezza e, nello stesso tempo, al timore. Siamo chiamati alla fortezza dinanzi agli uomini e, nello stesso tempo, al timore dinanzi a Dio stesso, e questo deve essere il timore dell'amore, il timore filiale. E solo quando tale timore penetra nei nostri cuori, possiamo essere veramente forti con la fortezza degli Apostoli, dei martiri, dei confessori. Forti con la fortezza dei pastori. L'invito alla fortezza si collega, in modo particolarmente profondo, con la tradizione del cardinalato, che, anche col colore della veste, ricorda il sangue dei martiri.

4. Cristo chiede da noi soprattutto la fortezza di confessare, dinanzi agli uomini, la Sua verità, la Sua causa, senza tener conto se questi uomini siano benevoli o meno nei riguardi di questa causa, se a questa verità apriranno le orecchie e i cuori o se ((li chiuderanno » così da non poter sentire. Non possiamo scoraggiarci dinanzi ad alcun programma di chiusura delle orecchie e dell'intelletto. Dobbiamo confessare ed annunziare nella più profonda obbedienza allo Spirito di Verità. Egli stesso troverà le vie per giungere al profondo delle coscienze e dei cuori.

Noi invece dobbiamo confessare e rendere testimonianza con tale forza e capacità, che non cada su di noi la responsabilità per il fatto che la nostra generazione abbia rinnegato Cristo davanti agli uomini. Dobbiamo anche essere prudenti « come serpenti e semplici come le colombe ».[5]

Dobbiamo infine essere umili, con quell'umiltà della ve-

[4] *Mt* 10, 28.
[5] *Ibid.* 10, 16.

rità interiore, che permette all'uomo di vivere ed operare con magnanimità. Poiché « Dio resiste ai superbi, agli umili invece dà la sua grazia ».[6] Quella magnanimità, fondata sull'umiltà, frutto della cooperazione con la grazia di Dio, è un segno particolare del nostro servizio nella Chiesa.

5. Venerabili e cari Fratelli, ecco un programma! Un programma ricco ed esigente che la Chiesa lega alla vostra grande dignità.

Accettate questo programma con la stessa grande fiducia, con la quale l'hanno accettato i vostri predecessori nelle stesse sedi vescovili, negli stessi posti della Curia Romana! Accettatelo!

Ammirate i grandi, i magnifici esempi, che ci hanno lasciato.

Su questa nuova strada siano con voi l'amatissima Madre della Chiesa e anche i santi Apostoli Pietro e Paolo, della cui solennità ci siamo rallegrati ieri. In tutto sia particolarmente adorato Dio : il Padre, il Figlio e lo Spirito Santo.

Desidero rinnovarvi pubblicamente, venerati e cari Fratelli nell'Episcopato elevati alla dignità cardinalizia, la mia affettuosa stima ed il mio sincero apprezzamento per la testimonianza, che avete dato alla Chiesa ed al mondo con la vostra vita sacerdotale ed episcopale, completamente donata a Dio e spesa per le anime, in tutte le mansioni che vi sono state affidate, lungo il corso della vostra vita, dalla Provvidenza divina.

Esprimo, inoltre, il mio cordiale e deferente saluto alle Delegazioni dei vari Paesi, alle Rappresentanze delle numerose Diocesi, alla Delegazione inviata a Roma dal diletto Fratello, il Patriarca Dimitrios I, e a tutti coloro che sono qui venuti per fare lieta corona ai nuovi Membri del Sacro Collegio.

A côté de mes Frères dans l'Episcopat qui deviennent aujourd'hui membres du Sacré Collège et auxquels je viens de

[6] *Gc 4, Q.*

redire mon estime, mon affection, ma confiance, en les exhortant à être courageux, forts, humbles et magnanimes à la fois, je salue cordialement les délégations de leurs pays et de leurs diocèses, et je vous salue tous, chers Frères et Sœurs, qui êtes heureux d'entourer de votre sympathie et de votre prière les nouveaux Cardinaux de la sainte Eglise romaine. Que cette événement soit pour tous un encouragement !

With great affection in our Lord Jesus Christ, I extend a word of welcome to the English-speaking individuáis and délégations that have corne to Rome for this Consistory. Today, in a special way, we are ail experiencing together the universality of the Church. We are experiencing the strength and joy of being united in Christ, and in his one, holy, Catholic and apostolic Church.

Llegue mi saludo cordial y afectuoso a los Obispos, sacerdotes, religiosos, religiosas y fieles de lengua española que han querido venir a Roma para acompañar a los nuevos cardenales en estas ceremonias y asociarse así al gozo de toda la Iglesia. A todos mis mejores deseos de paz y prosperidad y mi Bendición.

IV - TRADITIO ANULI

í)ie i m. Iulii, qui proxime post celebrata Consistoria illuxit, in Patriarchali S. Petri Apostoli Basilica, infra Missam una cum hesterno die creatis Cardinalibus celebratam, Ioannes Paulus Pp. II iisdem Anulum tradidit, cooperatores eos constituens universalis ministerii sui. Qua oblata occasione, hanc homiliam habuit :

Carissimi Fratelli e Sorelle!

1. Desidero oggi, insieme con Voi, contemplare la Chiesa pienamente « sottomessa a Cristo »[1] come Sposa fedele. Gli ultimi giorni, che abbiamo vissuto meditando insieme il sacrificio dei santi Apostoli Pietro e Paolo, ci impegnano a cercare

[1] Cfr. *Ef* 5, 24.

la manifestazione del mistero realizzatosi nella loro vocazione, attraverso la testimonianza di fede e di amore, resa fino alla morte. Una manifestazione, che troviamo lungo tutta la storia della Chiesa, lungo i secoli e le generazioni dei suoi figli e figlie fedeli, dei servi e pastori, risalendo così a quell'amore sublime, con cui il nostro Redentore e Signore « ha amato la Chiesa e ha dato se stesso per lei, per renderla santa, purificandola per mezzo del lavacro dell'acqua ... al fine di farsi comparire davanti la sua Chiesa tutta gloriosa, senza macchia né ruga o alcunché di simile, ma santa e immacolata ».[2]

A quell'amore sublime, a quel Cuore trafitto sulla Croce e aperto alla Chiesa, Sua Sposa, desidero oggi, insieme con Voi, andare in pellegrinaggio spirituale, dal quale noi stessi dobbiamo tornare « purificati, rinvigoriti e santificati » a misura di questi giorni.

Ecco la Chiesa! Frutto dell'imperscrutabile amore di Dio nel Cuore di Suo Figlio!

Ecco la Chiesa ! Che porta i frutti dell'amore dei santi Apostoli, dei Martiri, dei Confessori e delle Vergini! Dell'amore di generazioni intere!

Ecco la Chiesa : nostra Madre e Sposa insieme ! Meta del nostro amore, della nostra testimonianza e del nostro sacrificio. Meta del nostro servizio e dell'instancabile lavoro. Chiesa, per la quale viviamo per unirci a Cristo in un unico amore. Chiesa, per la quale voi, venerabili e cari Fratelli, creati Cardinali nel Concistoro di ieri, dovete vivere d'ora in poi ancor più intensamente, unendovi a Cristo in un unico amore verso di essa.

2. La Chiesa è nel mondo. Voi tutti ne costituite la viva testimonianza nel mondo, giungendo qui da tanti luoghi distanti nello spazio, ma, nello stesso tempo, spiritualmente vicini.

La Chiesa è nel mondo come segno della volontà salvifica

[2] *Ef* 5, 25-27.

di Dio stesso. Non è forse essa il Corpo di Colui che il Padre ha consacrato con l'unzione ed ha mandato nel mondo? «Mi ha mandato a portare il lieto annuncio ai poveri, a fasciare le piaghe dei cuori spezzati, a proclamare la libertà degli schiavi, la scarcerazione dei prigionieri... per consolare tutti gli afflitti ... per dare loro una corona invece della cenere ... canto di lode invece di un cuore mesto».[3]

Non dovrà forse la Chiesa esser tutto questo? Non dovrà forse vivere di tutto questo, se deve rispondere alla missione salvifica di Colui, che è Suo Sposo e Capo?

Venerabili e cari Fratelli, voi sapete benissimo — ed anche tutte le Chiese dalle quali provenite lo sanno — in quale linguaggio di fatti, esperienze, aspirazioni, tristezze, sofferenze, persecuzioni e speranze, occorra tradurre quell'antichissimo testo profetico di Isaia, affinché esprima, nel linguaggio del nostro tempo, come la Chiesa sia radicata nel mondo; quanto desideri essere, nel mondo, un vivo segno della volontà salvifica del Padre Eterno nei riguardi di ogni uomo e di tutta l'umanità ! La Chiesa della nostra difficile epoca — del secondo millennio che va verso la sua fine — epoca di estreme tensioni e minacce o di grandi paure e di grandi attese!

3. In ogni tempo questa Chiesa è semplice della medesima semplicità, che le ispirò il nostro Signore e Maestro con la parola del Vangelo. Quanto poco occorre perché la Chiesa « cominci ad esistere » tra gli uomini! « Dove sono due o tre riuniti nel mio nome, io sono in mezzo a loro » ;[4] e «se due di voi sopra la terra si accorderanno per domandare qualunque cosa, il Padre mio che è nei cieli ve la concederà ».[5]

Quanto poco è necessario perché questa Chiesa esista, si

[3] *Is* 61, 1-3.
[4] *Mt* 18, 20.
[5] *Ibid.* 18, 19.

moltiplichi e si diffonda! Di ciò decidono quei due o tre radunati nel nome di Cristo e per mezzo di Lui uniti, nella preghiera, col Padre. Quanto poco è necessario perché questa Chiesa esista dappertutto, perfino là, dove secondo le « leggi » umane non vi è né può essere e dove viene condannata a morte ! Quanto poco è necessario perché esista, e realizzi la sua più profonda sostanza !

E perché viva la sua perenne giovinezza! La stessa, che hanno vissuto i primi cristiani, i quali « erano assidui nel-Fascoltare l'insegnamento degli apostoli e nell'unione fraterna, nella frazione del pane e nelle preghiere... Spezzavano il pane a casa, prendendo i pasti con letizia e semplicità di cuore, lodando Dio e godendo la stima di tutto il popolo »,[6] come leggiamo oggi nella seconda lettura degli Atti degli Apostoli, lettura da cui si destano non soltanto i ricordi, ma i desideri di semplicità della Sposa, che ha appena sperimentato il sacrificio d'amore del Suo Sposo Crocifisso e gioisce della sua fecondità generatrice nello Spirito Santo, quando — come leggiamo — « il Signore ogni giorno aggiungeva alla comunità quelli che erano salvati ».[7]

Questa Chiesa è semplice della semplicità che le è propria.

Ed è forte di quell'unica forza, che ha ricevuto dal Signore: di quell'unica! Di nessun'altra! «Tutto quello che legherete sopra la terra sarà legato anche in Cielo e tutto quello che scioglierete sopra la terra sarà sciolto anche in Cielo ».[8]

Ecco la qualità propria di questa forza della Chiesa. Una simile forza non la conosce né l'uomo né l'umanità, in nessuna altra dimensione della sua esistenza individuale o sociale. Essa non attinge questa forza da nessun campo della propria temporaneità e da nessuna riserva della natura... Tale forza viene

[6] *At* 2, 42. 46-47.
[7] *IMd.* 2, 48.
[8] *Mt* 18, 18.

solo da Dio. Direttamente da Dio. Tale forza è riscattata dal Sangue del suo Redentore e Sposo. £ forza dello Spirito Santo.

Ed essa entra in alleanza con quello che nell'uomo vi è di più profondo : mediante la fede, la speranza e la carità cerca — immutabilmente cerca — le soluzioni nel Cielo di ciò che non può essere pienamente risolto sulla terra.

4. Venerabili e cari Fratelli! Quanto ci rallegriamo per il fatto che voi, neo-creati Cardinali, sposate oggi questa Chiesa ad esempio di Cristo! Segno di tali sponsali è l'anello, che fra poco vi metterò al dito.

Come ci rallegriamo di questi vostri sponsali, che immettono nella vita del Popolo di Dio, su tutta la terra, un nuovo afflusso di amore e una nuova sicurezza di amore ! Nuova — speriamo— efficacia di amore. Di quell'amore col quale siamo stati amati e col quale dobbiamo amarci a vicenda. Amore che proviene dallo Sposo ed è per lo Sposo.

Amore, mediante il quale la Chiesa deve essere amata con rinnovato fervore da ognuno di voi.

Amore mediante il quale essa deve di nuovo esprimersi in tutta la semplicità e la forza, che ha ricevuto dal Signore.

Amore, mediante il quale la Chiesa deve nuovamente diventare Sposa ((sine ruga et macula » per lo Sposo.

Questo amore vi auguro insieme a tutto il Popolo di Dio, che è in Roma e nel Mondo. Pongo il mio augurio nelle mani della Madre della Chiesa, Sposa dello Spirito Santo.

Amen !

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

TRUDENSIS

Vicariatus Apostolicus Norvegiae Centralis ad gradum Praelaturae erigitur, nomine Trudensis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum Nobis, mandato et caritate Christi urgentibus, totius Ecclesiae necessitatibus providendum sit, maxime vero illarum eiusdem Ecclesiae partium, quae variis vel locorum vel societatis vel aliis diversi generis difficultatibus laborant, quod quidem in iis regionibus plerumque accidit, ubi rari et quasi dispersi sunt Christifideles, peropportunum duximus Conferentiae Episcopali Scandiae assentiri quae, quo melius spiritali profectui gregum consideretur, rogavit ut Vicariatus Apostolicus Norvegiae Centralis in Praelaturam eveheretur. Audito Venerabili Fratre Iosepho Zabkar, Archiepiscopo tit. Virunensi et in Scandia Delegato Apostolico, Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus, negotiis Sacrae Congregationis pro Episcopis praepositis, rati id catholicae Ecclesiae propagationi et renovandae firmandaeque fidei christianorum ibi sedem habentium valde esse profuturum, novasque vires daturum Christi ministris ibidem operantibus, suprema Nostra potestate ea quae sequuntur decernimus et iubemus. Vicariatum Apostolicum Norvegiae Centralis ad dignitatem Praelaturae Apostolicae, Trudensis appellandae, erigimus eiusque sedem statuimus in urbe vulgo Trondheim vocata, cuius templum quasi paroeciale ibi exstans Deo in honorem Sancti Olavi dicatum, ad gradum et dignitatem Ecclesiae Praelaticiae attollimus cum omnibus iuribus et praerogativis quae huiusmodi Ecclesiae sunt propria. Eiusdem praeterea pro tempore Praesuli iura conferimus et onera, iuxta ius canonicum. Eandem Praelaturam immediate Sedi Apostolicae subicimus. Quod attinet autem ad Praelaturae regimen, administrationem, Vicarii Capitularis, sede vacante, electionem aliaque id genus, statuimus ut sacrorum Canonum praescripta plene et religiose serventur. Ad haec denique, quae decre-

vimus, perficienda, Venerabilem Fratrem Iosephum Zabkar, quem supra memoravimus, legamus, data etiam facultate subdelegandi quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, imposito onere ad Sacram Congregationem pro Episcopis authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die vigesimo octavo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo undeoctogesimo, Pontificatus Nostri primo.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI
a Publicis Ecclesiae Negotiis

© SEBASTIANUS Card. RAGGIO
S. Congr. pro Episc. Praefectus

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Angelus Lanzoni, *Proton. Apost. s. n.*

Loco £B Plumbi

In Secret. Status tab. n. 18904.
Signata et expedita d. 28 m. Iulii a. 1979.

II

TROMSOEANA

Vicariatus Apostolicus Norvegiae Sept. fit Praelatura.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qui volente Deo iam Ecclesiae universae gubernacula tractamus beati Petri successores, ea sane omnia quae viderimus posse gregi Christi magni parvi prodesse, ea, quantum in Nobis est, providenda curamus. Quamquam enim aeterna hominum salus est in credendo Evangelio posita inque divinis mandatis exsequendis collocata (cfr* *Me.* 16, 15), stat etiam externam rerum compositionem nonnihil Ecclesiae bono conferre. Qua re, cum Conferentia Episcopalis Scandiae id proposuerit, ut Vicariatus Apostolicus Norvegiae Septemtrionalis ad Praelaturae dignitatem eveheretur, Nos re bene reputata atque sententia quaesita tum Venerabilis Fratris Iosephi Zabkar, Archiepiscopi titulo Virunensis, atque in Scandia Apostolici Delegati, tum Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congrega-

tionis pro Episcopis, admotae expostulationi accedendum putamus. Quae cum ita sint, apostolica Nostra potestate territorium Vicariatus Apostolici Norvegiae Septemtrionalis in Praelaturae formam redigimus, quae Tromsoeana appellabitur, cuius Sedes in urbe Tromso erit, cathedra in templo quasi paroeciali Dominae Nostrae, quod Praelaticium habebitur cum iuribus debitis. Condita Praelatura Tromsoeana Apostolicae Sedi immediate subicietur ; eiusque regimen, administratio, Vicarii Capitularis electio, Sede vacante, similia iure Canonico regentur ad amussim. Ceterum haec quae mandavimus Venerabilis Frater Iosephus Zabkar exsequi studebit, vel quem ipse legaverit, factis in id necessariis facultatibus. Re vero acta, documentum exarabit, cuius exemplum sincerum ad Sacram Congregationem pro Episcopis cito mittet. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die duo de tricesimo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo nono, Pontificatus Nostri primo.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI
a Publicis Ecclesiae Negotiis

SB SEBASTIANUS Card. PAGGIO
S. Congr. pro Episc. Praefectus

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Angelus Lanzoni, *Proton. Apost. s. n.*

Loco £8 **Plumbi**

In Secret. Status tab. n. 15042
Signata et expedita d. 23 m. Iulii a. 1919.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Virgo Maria, sub titulo « Sanctae Spei », confirmatur Patrona civitatis, quam vulgo cognominant Battipaglia, in archidioecesi Salernitana.

'* IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Qui ab usque ineunte aetate semper Virginem Christi Matrem praecipuo amore atque dilectione prosequi consuevimus, nullam sane occasionem praetermittimus, per quam eius honor, decus, laus inter Christi fideles accrescat : illa enim nemo est qui apud Deum aut ampliore dignitate floreat, aut potentia vigeat, aut intercessione valeat.

Qua re, cum populus Battipaleensis, cuius urbs archidioecesis Salernitane finibus continetur, beatissimam Virginem Mariam sub titulo « Sanctae Spei » in quam singulari religione fertur, iam Patronam suae civitatis elegerit, electionem vero Venerabilis Prater Caietanus Pollio, sacer illius Ecclesiae Archiepiscopus, rite probaverit, idemque suo clerique populique nomine confirmationem actae rei a Nobis petierit, ad normam Instructionis « De Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis », n. 30, Nos, cum omnia constet ad iuris regulas esse facta, libenti animo admotae expostulationi concedimus.

Quae cum ita sint, cuncta rata habentes, quae Sacra Congregatio pro Sacramentis et Cultu Divino, factis olim a Nobis potestatibus, hac de re statuerit, beatissimam Virginem Mariam sub titulo <(Sanctae Spei » Patronam urbis ac civitatis Battipaleensis declaramus atque renuntiamus, cum iuribus debitis ac privilegiis liturgicis iuxta rubricas, rati fore ut tum populus per occasionem pietatem augeat, tum Mater Sancta ad perpetuam benevolentiam inclinet. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub Anulo Piscatoris, die xvm mensis Aprilis, anno MCMLXXIX, Pontificatus Nostri primo.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a Publicis Ecclesiae Negotiis*

Loco £& Sigilli

In Secret. Status tab. n. 18581.
Signatum hoc Breve et expeditum d. 18 m. Iunii a. 1979.

II

Nuntiatura Apostolica in Insularum Antillarum Civitate Barbatiana constituitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Publicis necessitudinis rationibus inter hanc Apostolicam Sedem et Civitatem Barbatianam nuper feliciter constitutis, ad communem utilitatem ac profectum provehendum, visum est Nobis in ea Dicione Nuntiaturam Apostolicam erigere. Certa igitur scientia ac matura deliberatione Nostra, Apostolicam Nuntiaturam in Civitate Barbatiana constituimus, cum omnibus iuribus, privilegiis, in-

dultis, quae huiusmodi Legationum propria sunt. Haec edicimus, statuimus, decernentes has Litteras firmas, validas atque efficaces exstare, manere, et vim suam, contrariis quibusvis nequaquam obstantibus, penitus in posterum obtinere atque sortiri.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xix mensis Aprilis, anno MCMLXXIX, Pontificatus Nostri primo.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a Publicis Ecclesiae Negotiis*

Loco © Sigilli

In Secret. Status tab. n. 16466.
Signatum hoc Breve et expeditum d. 23 m. Iulii a. 1919.

III

Regiones Gambia et Mons Leoninus ab Apostolica Nuntiatura Accraënsi, necnon Guinea ab Apostolica Nuntiatura Abidianensi separantur atque Apostolicae Nuntiaturae Monroviensi adduntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Quae Christiano nomini propagando atque saluti fidelium in regionibus ab hac Apostolica Sede longinquis degentium feliciter eventura videantur, Nos, pro gravissimo, quo fungimur, apostolico munere diligenti cupimus sollicitudine praestare. Qua de re, ut rei catholicae in Civitatibus Gambia, Monte Leonino, Gana, Guinea, Litore Eburneo, Liberia aptius consuleretur, visum est in Apostolicis Nuntiaturis apud easdem Civitates nonnullas mutationes sapienter efficere. Itaque e consulto Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque plenitudine Apostolicae potestatis, harum Litterarum vi, regiones Gambiam et Montem Leoninum ab Apostolica Nuntiatura Accraënsi, necnon Guineani ab Apostolica Nuntiatura Abidianensi separamus atque Apostolicae Nuntiaturae Monroviensi subicimus, contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque eificaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum, plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri,

si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum Eomae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die II mensis Maii, anno MCMLXXIX, Pontificatus Nostri primo.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a Publicis Ecclesiae Negotiis*

Loco ©Sigilli

In Secret. Status tab. n. 18006.
Signatum hoc Breve et expeditum d. 23 m. Iulii a. 1979.

IV

Loca Nigritanae Reipublicae regionesque Civitatis Voltae Superioris abstrahuntur ab Apostolica Nuntiatura Dakarensi et ad Abidianensem adiciuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Plenam, supremam et universalem, quam in Christi Ecclesiam habemus, potestatem exercentes, arbitrati sumus Sanctae Ecclesiae, quae est intra fines Nigritanos atque Voltae Superioris, aptius esse providendum aliterque de Nuntiatura Apostolica deliberandum. Eapropter, Sacra Congregatione pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide in consilium adhibita, re autem considerate ac mature perpensa, Nos de summa qua fungimur auctoritate hasce per Litteras Nostras ab Apostolica Nuntiatura Dakarensi loca seiungimus, quae « Niger » et ((Haute Volta » complectuntur, eademque Abidianensi addimus Nuntiaturae Apostolicae. Haec edicimus et statuimus praesentesque Litteras, contrariis quibuslibet haud obstantibus, volumus firmas, ratas atque efficaces sive nunc sive in posterum esse suosque effectus plenos sortiri et assequi necnon plenissime illis suffragari, quorum intererit, iisve qui id sua interesse contendere poterunt. Iudicamus autem irritum ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, qualibet de auctoritate, scienter aut imprudenter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die II mensis Maii, anno MCMLXXIX, Pontificatus Nostri primo.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a Publicis Ecclesiae Negotiis*

Loco © Sigilli

In Secret. Status tab. n. I8OO4.
Signatum hoc Breve et expeditum d. 28 m. Iulii a. 1979.

V

Regiones Civitatis Beninensis et Toganae seiunguntur ab Apostolica Nuntiatura Abidianensi et ad Accraè'nsem adiciuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Pro Nostro munere Patris et Pastoris universae Ecclesiae, intenti quidem ad singulas etiam partes eius ubique terrarum patentes, rati sumus omnia loca, quae finibus Beninensibus atque Toganis continentur, esse a superiore Nuntiatura Apostolica abstrabenda aliique Nuntiaturae assignanda. Hac de causa, Sacra Congregatione pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide in consilium opportune adhibita beneque re considerata, hasce Nos per Litteras, de plenitudine potestatis Nostrae datas et expeditas, regiones quas diximus Civitatis Beninensis et Toganae ab Apostolica Nuntiatura Abidianensi seiungimus easdemque ad Apostolicam adicimus Nuntiaturam Accraënsem. Haec edicimus et statuimus praesentesque Litteras volumus, contrariis minime obstantibus, firmas, ratas et efficaces esse tam nunc quam in posterum suosque effectus omnes semper sortiri et assequi necnon plane illis suffragari quorum intererit iisve qui id sua interesse contendere poterunt. Irritum autem iam nunc et inane fieri declaramus, si quidquam secus super his a quovis qualibetve de potestate aut scienter aut imprudenter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die n mensis Maii, anno MCMLXXIX, Pontificatus Nostri primo.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, ***a Publicis Ecclesiae Negotiis***

Loco £8 Sigilli

In Secret. Status tab. n. 18005.
Signatum hoc Breve et expeditum d. 28 m. Iulii a. 1979.

VI

Christi Mater sub titulo « Immaculatum Cor Beatae Mariae Virginis » Patrona dioecesis Sinceleiensis confirmatur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Qui a pueris, ac fere ab ipsa nativitate sincero ac tenero amore in beatissimam Virginem Mariam, Christi Matrem, affecti sumus, occasionem Eius cultus augendi, gloriae am-

plificandae, propagandi honoris omittimus numquam. Nam post Christum, adorandum Dei Filium, in nullo spes nostrae certius collocantur, quam in Illa, matre, praesidio ac tutela filiorum suorum fideli. Quam ob rem, cum clerus populusque dioecesis Sinceleiensis almam Christi Matrem sub titulo « Immaculatum Cor Beatae Mariae Virginis », in quam antiqua religione singulari modo feruntur, sibi Patronam elegerint idque Venerabilis Frater Felix Maria Torres Parra, eorum Episcopus, rite probaverit, Nos comperto rem ad iuris praescriptum actam esse, libenti animo quae Sacra Congregatio pro Sacramentis et Cultu Divino de re statuerit, confirmamus, pro certo habentes, fore ut pietas, amor ac dilectio populi erga tantam Matrem augeantur. Nihil enim tam prodest ad mores tutandos, virtutem confirmandam, quam caelestis Matris studium atque contemplatio. Placet ergo Beatam Virginem Mariam, eo titulo quem memoravimus, dioecesis Sinceleiensis Patronam esse, dici, et invocari, factis iuribus ac liturgicis privilegiis, iuxta rubricas consequentibus. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Bomae, apud S. Petrum, sub Anulo Piscatoris, die xvi mensis Maii, anno MDCCCCLXXVIIII, Pontificatus Nostri primo.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a Publicis Ecclesiae Negotiis*

Loco © Sigilli

In Secret. Status tab. n. 15597.
Signatum hoc Breve et expeditum d. 4 m- Augusti a. 1979.

VII

Beata Maria Virgo sub titulo Immaculatae Conceptionis Patrona dioecesis Cervi Lusci confirmatur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Die undetricesimo mensis Aprilis, hoc anno, Marius Picchi, Venerabilis dioecesis Cervi Lusci Episcopus, de pietate sui gregis sollicitus, Litteras dedit, quibus suo ipsius nomine, item civilium potestatum clerique populique sui omnis, id petebat, ut beatissimam Virginem Mariam, Christi Matrem, sub titulo Immaculatae Conceptionis iam inde a dioecesis constitutione veneratam, quam communitas illa dioecesana Patronam elegisset, ipse vero adprobasset, Nos, quasi Nostro impresso sigillo, confirmaremus ad normam Instruc-

tionis de Calendariis particularibus atque Missarum Propriis recognoscendis, n. 30. Ceterum se pro certo habere hoc non parum conferre posse ad religionem erga caelestem Matrem eiusque Filium Christum Iesum in finibus suae circumscriptionis augendam, alendam, roborandam. Nos autem, qui tanta pietate in sanctam Dei parentem afficimur, cui servire gloriosum est, libentissimo sane animo oblatam occasionem arripimus cultus eius intendendi, precibusque adhibitis auctoritate Nostra concedimus. Placet ergo beatissimam Virginem Mariam, quam populus dioecesis Cervi Lusci ab Immaculata Conceptione invocat ac celebrat, esse eiusdem dioecesis Patronam apud Deum, eoque titulo posse publice invocari, contrariis nihil obstantibus. Simul scilicet facimus etiam iura et privilegia liturgica, iuxta rubricas.

Datum Romae, apud S. Petrum, die xxix mensis Maii, anno MDCCCCLXXVIII, Pontificatus Nostri primo.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a Publicis Ecclesiae Negotiis*

Loco ✠ Sigilli

In Secret. Status tab. n. 16780.
Signatum hoc Breve et expeditum d. 4 m. Augusti a. 1979.

VIII

Domina Nostra ab Europa confirmatur Patrona praecipua dioecesis Gibraltariensis.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Si quis cum animo reputet quanta dignitate beatissima Virgo Maria floruerit ac floreat tum apud Deum, cuius Mater est, tum apud homines, quorum facta est patrona ; quantaque virtute fulgeat in filiorum suorum exemplum atque incitamentum; quanta denique gratia possit apud Filium suum adorandum, rerum omnium moderatorem, is profecto intelleget, cur Romani Pontifices semper et cultum tantae Matris probaverint, et, quantum potuerunt maxime, auxerint. Qua re, cum Venerabilis Frater Edmundus Rapallo, Episcopus Gibraltariensis, id a Nobis petierit, ut electionem Beatae Mariae Virginis sub titulo Dominae Nostrae ab Europa tamquam praecipuae dioecesis Gibraltariensis Patronae, quam clerus quidem populusque fecisset, ipse vero probasset, auctoritate Nostra confirmaremus, Nos glo-

riae Matris caelestis studiosissimi, quam libenter admotae expostulationi concedimus. Iis ergo probatis, quae Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione hac de re decreverit, placet Beatam Mariam Virginem, Christi Matrem, sub titulo Dominae Nostrae ab Europa, in quam fideles singulari pietate ac religione feruntur, Patronam principalem dioecesis Gibraltariensis esse, dici, invocari,' cum iuribus ac privilegiis quae leges liturgicae attribuunt. Contrariis nihil obstantibus. Occasione autem capta divinam Matrem in vota vocamus, ut benignissima populo assit, cuius tutelam singularem gerit.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub Anulo Piscatoris, die XXXI mensis Maii, anno MDCCCCLXXVIIII, Pontificatus Nostri primo.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a Publicis Ecclesiae Negotiis*

Loco © Sigilli

In Secret. Status tab. n. 1890!.
Signatum hoc Breve et expeditum d. 6 m. Augusti a. 1979.

IX

Sanctus Michael Archangelus confirmatur caelestis Patronus Papuae Novae Guineae atque Insularum Salomoniarum.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Curam vetere consuetudine firmatam, qua catholica natio in alicuius caelestis Patroni praesidium se permittit, valde laudandam esse existimamus. Idem est enim Patronus ac legatus et advocatus qui, ut custos angelus pro quovis Christifideli, apud Deum eiusdem nationis, dum filii ad domum Patris perveniant, res quodammodo tuetur, preces et bona opera commendans, pro peccatis veniam implorans, contra fidei morumque hostes praesidium, pacem, incrementum, securitatem viresque per hanc terrestrem peregrinationem petens. Idcirco, cum Conferentia Episcopalis Papuae Novae Guineae atque Insularum Salomoniarum, communibus consideratis cleri et populi votis, neque profecto horum Danielis prophetae verborum ignara : « surget Michael princeps magnus, qui stat pro filiis populi tui» *(Dan.* 12, 1), declaraverit Sanctum Michaelem Archangelum caelestem Patronum utriusque Nationis, atque Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, facultatibus fruens sibi

factis, rite probaverit, Nos banc sententiam ratam habemus deque plenitudine potestatis Nostrae Apostolicae Sanctum Michaelem Archangelum apud Deum Patronum principalem Papuae Novae Guineae atque Insularum Salomoniarum libenter confirmamus, congruentibus traditis iuribus et liturgicis privilegiis; contrariis quibusvis haud obstantibus. Ceterum volumus ut hae Litterae Nostrae diligenter serventur suosque effectus iam nunc et in posterum habeant.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub Anulo Piscatoris, die xxxi mensis Maii, anno MCMLXXIX, Pontificatus Nostri primo.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a Publicis Ecclesiae Negotiis*

Loco £8 **Sigilli**

In Secret. Status tao. n. 18906.

Signatum hoc Breve et expeditum d. 6 m. Augusti a. 1979.

NUNTII GRATULATORn

I

Aemilio Paulo S. R. E. Card. Léger, Archiepiscopo olim Marianopolitano, quinquagesimo anno expleto a suscepta presbyterali ordinatione.

I

Diem L anniversariam natalis sacerdotii tui, luce divina ac gratia venerabilem, quae proximo mense Maio recidet, cum tu, Venerabilis Frater Noster, iamdiu praestolaris, cui olim dies illa dona tanta attulit, tum Nos, quibus aptam dat occasionem acta tua in Dei gloriam tuamque laudem recensendi. Neque id ingratum : nam, cum sollicitudines Christianae familiae administrandae undique instent atque cotidie accrescane iucundum sane ac dulce animo te per has Litteras, etsi breviter, convenire, tecum colloqui, et qui sint animi sensus tibi aperire quasi praesenti.

Venerabilis Frater Noster, lucem huius diei, qua nulla sanctior, hauri, atque gaudio, quod inde manat, exsulta ! Gratias deinde age Deo de tanta ipsius dignatione, qui non solum te sacerdotii dono auxit, sed et episcopatu cumulavit : quorum nimirum beneficiorum priore te a reliquo populo segregatum in alterum Christum transfiguravit, ut mediator esses Dei ac populi; per episcopatum vero te, Apostolorum successo-

rum coetui addictum, eorum potestates communicare voluit egregias ac paene divinas, ut sunt : praedicare Evangelium, consecrare sacerdotes atque Episcopos, christianum populum ad oras immortales ducere ac dirigere iure nativo. Bene beatissimi Patres Ecclesiae pleno ore sacerdotalis honoris laudes habuerunt, ac quasi perpetuo carmine cecinerunt.

Tu vero, Venerabilis Frater Noster, data ingenii ac gratiae talenta non fossa terra abscondisti, sed labore multo ac sudore in servorum illorum speciem ac similitudinem, quos Evangelium laudat (cfr. *Matth.* 25, 14 sqq.) multiplicasti. Qui non modo conscientia munerum, quae manerent, et ad sacerdotium quam diligentissime praeparasti, studio, disciplina, pietate, sed etiam summa cura id exercuisti, eo semper respiciens, quo Dei voluntas atque animorum salus impellerent. Itaque ante iuvenes Seminarii urbis Issy-les-Moulineau, in Gallia, amanter docuisti, puerosque religiosae Domus Presbyterorum a S. Sulpitio, e quorum numero tu es, ibidem ad pietatem formasti Magister Noviciorum; deinde, de Christi verbo nuntiando sollicitus, Iaponiam petiisti, ubi conditum Seminarium in urbe Fukuoka prudenter gubernasti, eo profecto spectans, ut ampliandae fidei catholicae quasi ludus esset.

Ceterum ofiiciorum tuorum series longa (fuisti enim Curio, Vicarius Generalis, Rector Collegii Canadiensis in urbe Roma), donec anno MDCCCCL Archiepiscopus Marianopolitanus creatus es; in qua Ecclesia regenda animus tuus usquequaque alta petens haud minimam bonorum messem collegit. Recte ac merito ergo Pius XII, Decessor Noster f.r., te ad Cardinaliciam dignitatem, anno MDCCCCLIII, evexit, quam semper pie sancteque tuitus es.

Anno vero MDCCCCLXVII iam Sede Marianopolitana abdicata, stationem missionariam in Africae oris petiisti, ibique vires ad dilatandum Christi regnum impendisti, magno sane fructu.

Sunt ergo iustae causae, Venerabilis Frater Noster, cur tanta spatia animo remetientes, sive tibi gratias agamus, sive Deo cum gaudio; a quo te Benedictione Nostra Apostolica tuosque omnesque quos caros habes, bonis cumulari petimus, amantissime.

Ex Aedibus Vaticanis, die xvin mensis Aprilis, anno MCMLXXIX, Pontificatus Nostri primo.

IOANNES PAULUS PP. II

In sacrum Cardinalium Collegium adlectus, Ecclesiae Dei inserviisti religiosa administratione difficilium negotiorum, quae eiusdem dicionis pastoralis gubernatio attulit.

Fraternam proinde laudationem Nostram de Episcopatus tui curriculo et opere cupimus Nos, Venerabilis Frater Noster, ex longinquo admiscere benevolentiae officiis, quibus Florentina communitas te afficiet in sollemnitate sancti Ioannis Baptistae.

Interea tibi in primis, sollemnia anniversaria celebranti, Archiepiscopo Ioanni Benelli eidemque S. R. E. Cardinali, clero, populo, iisque omnibus, quos caros habes, Apostolicam Benedictionem divinae benevolentiae signum singularisque Nostrae dilectionis testem, peramanter impertimus.

Ex Aedibus Vaticanis, die xvni mensis Iunii, anno MCMLXXIX, Pontificatus Nostri primo.

IOANNES PAULUS PP. II

IV

Eugenio S. R. E. Cardinali de Araújo Sales, Archiepiscopo Metropolitae S. Sebastiani Fluminis Ianuarii, XXV **compienti annum ab episcopali ordinatione accepta.**

Tametsi Nobis saepe datur occasio Venerabiles Fratres Episcopos alloquendi, animique sensus iis aperiendi, cum iisque curas Nostras Communicandi; colloquendi tamen familiariter ac quasi coram cum illis haud ampla est Nobis ac rara facultas. Quae sane causa est, cur oblatam opportunitatem XXV diei natalis episcopatus tui non omitientes, et has Litteras tibi dari iusserimus, et cor pandamus, et Nos una tecum gaudere edicamus. Neque uni Nos profecto de tanto eventu laetamur, quippe et frequentissimus grex tuus, et paene tota Natio Brasiliensis festiva haec gaudia participent, quibus, sicut non ignota persona est, sic opera tua noverunt omnes et admirantur.

Quod Nobis esse gratum et acceptum ne dubitaveris, Frater ; Nobis, dicimus, quibus verba S. Gregorii Magni, Decessoris et magistri Nostri, sancta sunt : ((Meus honor est honor universalis Ecclesiae. Meus honor est Fratrum salidus vigor. Tum ego vere honoratus sum, cum singulis quibusque honor debitus non negatur» *(Ad Eulog.* 8, 30; *PL.* 77, 933).

Anni vero episcopatus tui, ut ad illos redeamus, quam fluxi, Vene-

rabilis Frater, sed et quam longi simul quamque laeti uberi fructu! Patiaris igitur, ut parumper in tuam vitam atque opus inspiciamus, non ut singula numerando percenseamus, sed ut pauca de multis in bono lumine collocemus.

Quae quamquam varia ac diversa sunt pro locorum, temporum, adiunctorum varietate, sunt tamen quaedam in tuo vitae instituto, in Ecclesiae tuae administratione, in ceteris, sibi constantia, nullo neque tenuata neque labefactata tempore, quasi adulta nata fuerint : sunt autem tua pietas egregia, quae pectus imbuit; et incorruptae fidei sanctitas, ab Apostolis transmissae et a Conciliis confirmatae; fidelitas atque veneratio erga Sedem Apostolicam, «e qua venerandae communionis iura in omnes dimanant» (S. Ambros. *Ep.* 11, 4) ; amor in gregem singularis, maxime in pauperes, aegros, miseros, quorum inopiae mederi tibi sacrum; studium aere et insomne, ut quaestiones sociales et oeconomicae solverentur quidem iuste ac recte, salvis tamen pace atque fidei integritate.

Huc respicit tua industria ac moles laborum, ab ipsa sacerdotii tui origine ad maturiorem aetatem ; inde Auxerunt orationes, scripta, ephemerides, scholae, pastoralia coepta, acroases radiophonicae atque televisificae; eo spectat vigil cleri atque populi formatio et disciplina ipsa, quam sancte colis colique niteris ab omnibus, tamquam arcem, civitatis Dei, id est Ecclesiae, custodem.

Multa nimirum, Venerabilis Frater Noster, operatus es; statque messis abundans atque cum iucunditate metenda. Qua de re gratias agentes, simul Deum in vota vocamus, ut tibi praesentissimus assit.

Benedictio vero Apostolica Te, Episcopos tuos Auxiliares, clerum, populum, omnemque Ecclesiam S. Sebastiani Fluminis Ianuarii roboret, fulciat, soletur in prosperis, in adversis.

Ex Aedibus Vaticanis, die xv mensis Iulii, anno MDCCCCLXXVIIII, Pontificatus Nostri primo.

IOANNES PAULUS PP. II

NUNTII SCRIPTO DATI

I

Occasione oblata diei ad rectum usum fovendum instrumentorum Communicationis Socialis constituti.

Carissimi Fratelli e Figli della Santa Chiesa!

Con sincera fiducia e viva speranza, con i sentimenti cioè che hanno segnato fin dall'inizio il mio servizio pastorale sulla Cattedra di Pietro, mi rivolgo a voi e, in particolare, a quanti tra voi si occupano di comunicazioni sociali, nel giorno che il Concilio Vaticano II ha voluto consacrare a questo importante settore.[1]

Il tema sul quale desidero richiamare la vostra attenzione contiene appunto un implicito invito alla fiducia ed alla speranza perché si riferisce all'infanzia, ed io tanto più volentieri lo tratto perché fu già prescelto, per la presente circostanza, dall'amato mio Predecessore Paolo VI. Mentre, infatti, l'Organizzazione delle Nazioni Unite ha proclamato il 1979 ((Anno Internazionale del Fanciullo », è opportuno riflettere sulle particolari esigenze di questa vasta fascia di « recettori » — i fanciulli — e sulle conseguenti responsabilità degli adulti e, in special modo, degli operatori delle comunicazioni, i quali tanto influsso possono esercitare ed esercitano sulla formazione o, purtroppo, deformazione delle giovani generazioni. Di qui la gravità e la complessità dell'argomento : « Le comunicazioni sociali per la tutela e lo sviluppo dell'infanzia nella famiglia e nella società ».

Senza pretendere di esaminarlo e, tanto meno, di esaurirlo nei vari suoi aspetti, voglio richiamare, sia pur brevemente, ciò che l'infanzia si aspetta ed ha diritto di ottenere da questi strumenti di comunicazione. Affascinati e privi di difesa di fronte al mondo ed alle persone adulte, i fanciulli sono naturalmente pronti ad accogliere quel che viene loro offerto, sia nel bene che nel male. Ciò ben sapete voi, professionisti delle comunicazioni e particolarmente voi che vi occupate dei mezzi audiovisivi. Essi sono attratti dal « piccolo schermo », seguono ogni gesto che vi è rappresentato e percepiscono, prima e meglio di ogni altra persona, le emozioni ed i sentimenti che ne risultano.

Come molle cera, sulla quale ogni pur lieve pressione lascia una traccia, così l'animo dei bimbi è esposto ad ogni stimolo che ne solleciti la

[1] Cfr. Decreto *Inter Mirifica,* n. 18.

capacità di ideazione, la fantasia, l'affettività, l'istinto. Le impressioni, peraltro, di questa età sono quelle destinate a penetrare più profondamente nella psicologia dell'essere umano ed a condizionarne, spesso in maniera duratura, i successivi rapporti con se stesso, con gli altri, con l'ambiente. È precisamente dall'intuizione di quanto sia delicata questa prima fase della vita che già la sapienza pagana aveva tratto la ben nota indicazione pedagogica, secondo cui « maximo debetur puero reverentia»; ed è in questa stessa luce che si evidenzia, nella sua motivata severità, il monito di Cristo : « Chi scandalizza anche uno solo di questi piccoli che credono in me, sarebbe meglio per lui che gli fosse appesa al collo una macina da mulino e fosse gettato negli abissi del mare ».[2] E certamente tra i « piccoli » in senso evangelico sono da comprendere anche e specialmente i bambini.

L'esempio di Cristo dev'essere normativo per il credente, che intende ispirare la propria vita al Vangelo. Ora, Gesù ci si presenta come colui che accoglie amorevolmente i fanciulli,[3] ne tutela lo spontaneo desiderio di avvicinarsi a lui,[4] ne loda la tipica e fiduciosa semplicità, perché meritevole del Regno,[5] ne sottolinea la trasparenza interiore che tanto facilmente li dispone all'esperienza di Dio.[6] Egli non esita a stabilire una equazione sorprendente : « Chi accoglie anche uno solo di questi bambini in mio nome, accoglie me ».[7] Come ho avuto occasione di scrivere recentemente, « il Signore si identifica col mondo dei piccoli (...) Egli non li condiziona, non li strumentalizza; li chiama e li fa entrare nel suo progetto di salvezza del mondo ».[8]

Quale sarà dunque l'atteggiamento dei cristiani responsabili e, segnatamente, dei genitori e degli operatori dei mass-media consapevoli dei loro doveri nei confronti dell'infanzia? Essi dovranno, innanzitutto, farsi carico della crescita umana del fanciullo : la pretesa di mantenersi di fronte a lui in posizione di ((neutralità » e di lasciarlo « venir su » spontaneamente nasconde — sotto l'apparenza del rispetto per la sua personalità — un atteggiamento di pericoloso disinteresse.

Un tale disimpegno davanti ai bambini non può essere accettato ; l'in-

[2] *Mt* 18, 6.

[3] Cfr. *Me* 10, 16.

[4] Cfr. *Ibid.* 10, 14.

[5] Cfr. *Mt* 18, 3-4.

[6] Cfr. *Ibid.* 18, 10.

[7] *Mt* 18, 5.

[8] Cfr. Messaggio al Presidente della Pontificia Opera dell'Infanzia Missionaria, *AAS* 71 (1979), p. 589.

fanzia, in realtà, ha bisogno di essere aiutata nello sviluppo verso la maturità. C'è una grande ricchezza di vita nel cuore del bambino ; egli, però, non è in grado di discernere, da solo, i richiami che avverte in se stesso. Sono le persone adulte — genitori, educatori, operatori delle comunicazioni — che hanno il dovere e sono in grado di farli ad essi scoprire. Ogni fanciullo non assomiglia forse, in qualche modo, al piccolo Samuele, del quale parla la Sacra Scrittura? Incapace di interpretare il richiamo di Dio, egli chiedeva aiuto al suo maestro, che dapprima gli rispose : « Io non ti ho chiamato ; torna a dormire ».[9] Terremo noi un uguale atteggiamento, che soffoca le spinte e le vocazioni migliori, oppure saremo capaci di farle comprendere al fanciullo, al pari di quanto fece alla fine il sacerdote Eli con Samuele : « Se ti si chiamerà ancora, dirai : — Parla, o Signore, perché il tuo servo ti ascolta »?[10]

Le possibilità ed i mezzi, di cui disponete voi adulti a questo proposito, sono enormi : voi siete in grado di destare lo spirito dei fanciulli all'ascolto oppure di addormentarlo e — Dio non voglia — di intossicarlo irrimediabilmente. Bisogna, invece, fare in modo che il fanciullo afferri, grazie anche al vostro impegno educativo non mortificante, ma sempre positivo e stimolante, le ampie possibilità di realizzazione personale, le quali gli consentiranno di inserirsi creativamente nel mondo. Assecondatelo, voi specialmente che vi occupate di mass-media, nella sua indagine conoscitiva, proponendo programmi ricreativi e culturali, nei quali egli trovi risposta alla ricerca della sua identità e del suo graduale « ingresso » nella comunità umana. È poi anche importante che il fanciullo non sia, nei vostri programmi, una semplice comparsa, come per intenerire gli occhi stanchi e disincantati di apatici spettatori o uditori, ma un protagonista di modelli validi per le giovani generazioni.

Sono ben consapevole che, sollecitandovi a tale sforzo umano e « poetico » (nel vero senso della capacità creatrice propria dell'arte), vi chiedo implicitamente di rinunciare a certi piani di ricerca calcolata del massimo « indice di ascolto », per un successo immediato. La vera opera d'arte non è forse, quella che s'impone senza ambizioni di successo e che nasce da una autentica abilità e da una sicura maturità professionale? Né vogliate escludere dalla vostra produzione — ve lo domando come fratello — le opportunità di offrire un richiamo spirituale e religioso al cuore dei fanciulli : e questo vuol essere un fiducioso appello di collaborazione da parte vostra al compito spirituale della Chiesa.

[9] *1 Sam.* 3, 5.6.

[10] *Ibid.* 3, 9.

Parimenti, mi rivolgo a voi, genitori ed educatori, a voi, catechisti e responsabili delle diverse Associazioni ecclesiali, perché vogliate responsabilmente considerare il problema dell'uso dei mezzi di comunicazione sociale, nei riguardi dei fanciulli, come cosa di importanza capitale, non soltanto per una loro illuminata formazione che, oltre a svilupparne il senso critico e — si direbbe — l'auto-disciplina nella scelta dei programmi, li promuova realmente sul piano umano, ma anche per l'evoluzione dell'intera società nella linea della rettitudine, della verità e della fraternità.

Carissimi Fratelli e Figli, l'infanzia non è un periodo qualsiasi della vita umana, dal quale ci si possa isolare artificialmente : come un figlio è carne della carne dei suoi genitori, così l'insieme dei fanciulli è parte viva della società. È per questo che nell'infanzia è in gioco la sorte stessa di tutta la vita, della « sua » e della « nostra », cioè della vita di tutti. Serviremo, quindi, la fanciullezza valorizzando la vita e scegliendo « per » la vita ad ogni livello, e la aiuteremo presentando agli occhi ed al cuore tanto delicati e sensibili dei piccoli ciò che nella vita c'è di più nobile ed alto.

Elevando lo sguardo a questo ideale, a me sembra di incontrare il volto dolcissimo della Madre di Gesù, la quale, totalmente impegnata a servire il suo divin Figliolo, ((conservava tutte queste cose nel suo cuore ».[11] Nella luce del suo esempio, io rendo omaggio alla missione che a tutti voi spetta in campo pedagogico e, nella fiducia che l'assolverete con amore pari alla sua dignità, vi benedico di cuore.

Dal Vaticano, il 23 Maggio dell'anno 1979, primo di Pontificato.

IOANNES PAULUS PP. II

II

Ob diem statutum catholica tota Ecclesia ad Missionales res provehendas.

A tutti i miei Fratelli e Figli in Cristo,

Neil'inaugurare il ministero apostolico la domenica 22 ottobre dello scorso anno — data che felicemente coincise con la Giornata Missionaria Mondiale nella Chiesa cattolica — non potei omettere, tra le intenzioni primarie che fervevano nel mio animo in quella solenne circostanza, il riferimento al problema sempre attuale ed urgente della dilatazione

[11] *Lc* 2, 51.

del Regno di Dio tra i popoli non cristiani. Rivolgendomi, infatti, a tutti i fedeli sparsi nel mondo, ricordai come in quel giorno la Chiesa pregasse, meditasse ed agisse perché le parole di vita del Cristo giungessero a tutti gli uomini, per essere da essi accolte come messaggio di speranza, di salvezza, di liberazione totale.[1]

Quel pensiero si è in me rinnovato, mentre componevo la prima Lettera Enciclica e trattavo il tema della missione della Chiesa a servizio dell'uomo ; ed esso ritorna ora a vibrare ancor più insistentemente, in vista della Giornata Missionaria del prossimo autunno. Al riguardo, mi sembra opportuno riprendere e sviluppare un'affermazione che nella menzionata Enciclica ho potuto solo enunciare, quando ho scritto che ((la missione non è mai una distruzione, ma è una riassunzione di valori e una nuova costruzione)).[2] Invero, l'espressione può offrire un tema adeguato per la comune nostra riflessione.

I. La missione non è distruzione di valori.

Quanti e quali sono i valori presenti nell'uomo? Ricordo rapidamente quelli specifici della sua natura, quali la vita, la spiritualità, la libertà, la socievolezza, la capacità di donazione e di amore ; quelli provenienti dal contesto culturale, in cui egli è situato, quali il linguaggio, le forme di espressione religiosa, etica, artistica; quelli derivanti dal suo impegno e dalla sua esperienza nella sfera personale e in quelle della famiglia, del lavoro e delle relazioni sociali.

Ora è con questo mondo di valori, più o meno autentici e diseguali, che il missionario nella sua opera di evangelizzazione viene a contatto : di fronte ad essi dovrà porsi in atteggiamento di attenta e rispettosa riflessione, preoccupandosi di non soffocare mai, bensì di salvare e di sviluppare tali beni accumulati nel corso di tradizioni secolari. Bisogna riconoscere lo studio costante a cui il lavoro missionario si ispira e deve ispirarsi nell'accogliere questi valori del mondo, nel quale si esercita: l'atteggiamento di fondo in coloro che portano il lieto annuncio del Vangelo alle genti è di proporre, e non già di imporre la Verità cristiana.

Ciò è richiesto, anzitutto, dalla dignità della persona umana, che la Chiesa, sull'esempio di Cristo, ha sempre difeso contro ogni aberrante forma di coercizione. Di tale dignità, infatti, la libertà è presupposto

[1] **Cfr. *AAS* 70 (1978), p. 947.**

[2] **Enciel. *Redemptor hominis,* n. 12.**

fondamentale ed irrinunciabile.[3] Ciò è richiesto, altresì, dalla natura stessa della fede, che può nascere soltanto da un assenso libero.[4]

Il rispetto per l'uomo e la stima « per ciò che egli stesso nell'intimo del suo spirito ha elaborato riguardo ai problemi più profondi e più importanti »,[5] restano principi basilari per ogni retta attività missionaria, intesa come prudente, tempestiva, operosa seminagione evangelica, non già come sradicamento di ciò che, essendo autenticamente umano, ha un intrinseco e positivo valore.

2. La missione è riassunzione di valori.

« Le nuove Chiese — si legge nel Decreto *Ad Gentes* — dalle consuetudini e dalle tradizioni, dal sapere e dalla cultura, dalle arti e dalle scienze dei loro popoli sanno ricavare tutti gli elementi che valgono a rendere gloria al Creatore, a mettere in luce la grazia del Salvatore ed a ben organizzare la vita cristiana ».[6] L'azione evangelizzatrice deve mirare, pertanto, a dare rilievo ed a sviluppare quel che di valido e sanò è presente nell'uomo evangelizzato, come nel contesto socio-culturale a cui egli appartiene. Con un metodo attento e discreto di educazione (nel senso etimologico del « trar fuori »), essa farà emergere e maturare, dopo averli purificati dalle incrostazioni e dai sedimenti accumulatisi nel tempo, gli autentici valori di spiritualità, di religiosità, di carità che, quali « semi del Verbo » e « segni della presenza di Dio », aprono la via all'accettazione del Vangelo.

Facendo propria « la ricchezza delle nazioni che a Cristo sono state assegnate in eredità »,[7] ed illuminando con la parola del Maestro quella somma di consuetudini, tradizioni e concezioni che costituiscono il patrimonio spirituale dei popoli, la Chiesa contribuirà così alla costruzione di una civiltà nuova ed universale, la quale, senza alterare la fisionomia e gli aspetti tipici dei diversi contesti etnico-sociali, attingerà il suo perfezionamento nell'acquisire i più alti contenuti evangelici. Non è forse questa la testimonianza che ci viene da tanti Paesi di missione (penso, ad esempio, alle Chiese dell'Africa), ove la forza del Vangelo liberamente e consapevolmente accettato, lungi dall'annullare, ha potenziato le tendenze e gli aspetti migliori delle culture locali e ne ha favorito l'ulteriore sviluppo?

[3] Cfr. Dichiar. *Dignitatis humanae,* n. 2.

[4] Cfr. *ibid., n. 10.*

[5] Encicl. *Redemptor hominis,* n. 12.

[6] *Ibid. n.* 22.

[7] Cfr. Decr. *Ad Gentes,* n. 22.

« Il Vangelo di Cristo — ricorda ancora il Concilio in una bella pagina della Costituzione *Gaudium et Spes* — rinnova continuamente la vita e la cultura dell'uomo decaduto, combatte e rimuove gli errori e i mali, derivanti dalla sempre minacciosa seduzione del peccato. Continuamente purifica ed eleva la moralità dei popoli. Con la ricchezza soprannaturale feconda dall'interno, fortifica, completa e restaura in Cristo le qualità spirituali e le doti di ciascun popolo. In tal modo la Chiesa, compiendo la sua missione, già con questo stimola e dà il suo contributo alla cultura umana e civile ...)).[8]

3. La missione è una nuova costruzione.

L'azione evangelizzatrice, mirando a trasformare « dal di dentro)) ogni creatura umana, introduce nelle coscienze un fermento rinnovatore, capace di ((raggiungere e quasi sconvolgere mediante la forza del Vangelo i criteri di giudizio, i valori determinanti, i punti di interesse, le linee di pensiero, le fonti ispiratrici e i modelli di vita dell'umanità, che sono in contrasto con la Parola di Dio e col disegno della salvezza.[9] Sollecitato da tale spinta interiore, l'individuo è portato a prender sempre meglio coscienza della sua realtà di « cristiano », cioè della dignità che gli è propria in quanto essere umano, creato ad immagine e somiglianza di Dio, nobilitato nella stessa natura dall'evento dell'Incarnazione del Verbo, destinato ad un ideale di vita superiore.

Troviamo qui le basi di quell'« umanesimo cristiano », nel quale i valori naturali si compongono con quelli della Rivelazione: la grazia della filiazione adottiva divina, della fraternità con Cristo, dell'azione santificatrice dello Spirito.

Diventa allora possibile la nascita della « nuova creatura », ricca ad un tempo di valori umani e divini : ecco l'« uomo nuovo », elevato ad una dimensione trascendente, da cui trae l'aiuto indispensabile per dominare le passioni e per praticare le più ardue virtù, quali il perdono e l'amore del prossimo, divenuto fratello.

Cresciuto alla scuola del Vangelo, l'« uomo nuovo » avverte l'impegno di farsi sostenitore della giustizia, della carità e della pace nel contesto socio-politico, al quale appartiene, e diviene artefice o, almeno, collaboratore di quella « civiltà nuova », che ha nel Discorso della Montagna la sua *magna charta.* Appare chiaro, pertanto, come il rinnova-

[8] N. 58.

[9] Cfr. Esort. Apost. *Evangelii Nuntiandi,* n. 19.

mento promosso dalla attività evangelizzatrice, pur essendo essenzialmente spirituale, vada diritto al cuore della questione grave ed assillante delle ingiustizie e degli squilibri economici e sociali, che tormentano tanta parte dell'umanità, e possa contribuire alla sua soluzione. Evangelizzazione e promozione umana, insomma, pur rimanendo nettamente distinte,[10] sono tra loro collegate in un nesso indissolubile, che trova significativamente la sua saldatura nella più alta virtù cristiana : la carità. « Dove arriva il Vangelo, arriva la carità », affermò il mio Predecessore Paolo VI nel Messaggio per la Giornata Missionaria del 1970. E di fatto i missionari non sono mai venuti meno a questo impegno fondamentale, sempre sforzandosi di integrare il loro specifico servizio « pro causa salutis » con una decisa e costruttiva azione per lo sviluppo. Ne è splendida dimostrazione la fioritura, in tutti i Paesi di missione, di Scuole, Ospedali, Istituti, ai quali si affianca tutta una serie di iniziative in campo tecnico, assistenziale, culturale, che son frutto di duri sacrifici personali da parte dei missionari stessi, come delle rinunce nascoste di tanti loro fratelli che risiedono altrove.

Edificando l'umanità nuova, permeata dallo Spirito di Cristo, l'attività missionaria si presenta, al tempo stesso, come lo strumeno idoneo ed efficace per risolvere non pochi dei mali del mondo contemporaneo : ingiustizia, oppressione, emarginazione, sfruttamento, solitudine. È una opera — come ognun vede — immensa ed esaltante, alla quale ciascun cristiano è chiamato a dare il proprio contributo.

4. La cooperazione e le Pontificie Opere Missionarie.

In realtà, la diffusione dell'annuncio di salvezza, lungi dall'essere prerogativa dei missionari, è un dovere grave che incombe su tutto il Popolo di Dio, come ha autorevolmente ricordato il Concilio : « Tutti i fedeli, come membra del Cristo vivente, hanno lo stretto obbligo di cooperare all'espansione (...) del suo Corpo».[11] Su questo dovere, perciò, non posso non soffermarmi a conclusione di queste parole.

Coloro che, avendo ricevuto il dono della fede, godono degli insegnamenti di Cristo e partecipano ai Sacramenti della sua Chiesa, proprio in forza del comandamento dell'amore e — direi — per la solidarietà della carità, non possono disinteressarsi dei milioni di fratelli, ai quali non è stata ancora portata la Buona Novella. Essi debbono partecipare

[10] Cfr. Esort. Apost. *Evangelii Nuntiandi,* n. 35.

[11] Decr. *Ad Gentes,* n. 36.

all'azione missionaria, innanzitutto con la preghiera e con l'offerta delle proprie sofferenze : è, questo, il modo di collaborazione più efficace dal momento che, proprio mediante il calvario e la croce, Cristo portò a compimento la sua opera redentrice. Debbono, poi, sostenerla con generosi aiuti concreti, perché nelle terre di missione immense ed innumeri sono le necessità di ordine materiale. Tali aiuti, raccolti attraverso le Pontificie Opere Missionarie — organo centrale ed ufficiale della Santa Sede per l'animazione e la cooperazione missionaria — saranno successivamente distribuiti, secondo giustizia ed opportunità, tra le Chiese giovani. « A queste Opere — avverte il Concilio — deve essere riservato il primo posto, perché costituiscono altrettanti mezzi per infondere nei cattolici, fin dalla più tenera età, uno spirito veramente universale e missionario ... ».[12] Sono esse che assicurano un'efficiente coordinazione nella visione globale delle attese e delle richieste; è da esse che si diparte, ramificandosi, la rete capillare della carità missionaria. Ma la loro ragion d'essere non si riduce soltanto ad una funzione organizzativa ; in realtà, esse son chiamate ad esercitare un ruolo di attiva mediazione e di comunicazione interecclesiale, favorendo un contatto frequente e fraterno tra le varie Chiese locali, tra quelle di antica tradizione cristiana e quelle di recente fondazione. E questa è funzione molto più alta, perché direttamente riflette e promuove la circolazione della carità.

Esprimendo sin d'ora viva gratitudine a quanti accoglieranno con cuore aperto il presente messaggio, invoco la pienezza dei favori celesti sui venerati Fratelli nell'episcopato, sulle loro Comunità diocesane, come e soprattutto sui singoli Missionari e Missionarie e sui loro Istituti, mentre in pegno di memore affetto a tutti imparto la Benedizione Apostolica.

Dal Vaticano, il 14 Giugno, Solennità del Corpo e del Sangue di Cristo, dell'anno 1979, primo di Pontificato.

IOANNES PAULUS PP. II

[12] *Ibid.*, n. 38.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI

Epistula ad Venerabiles Praesules Conferentiarum Episcopalium de quibusdam quaestionibus ad Eschatologiam spectantibus.

Recentiores episcoporum Synodi, quae evangelizationi atque catecheticae institutioni operam dederunt, magis magisque persuasionem confirmaverunt de necessitate perfectae fidelitatis servandae erga fundamentales fidei veritates, nostris praesertim temporibus, quibus magnae humani consortii mutationes nec non studia christianam fidem inserendi diversis populorum culturis iubent maiore quam anteacta aetate nisu contendere, ut eadem fides facilius percipi atque communicari queat. Haec altera necessitas, quae tantopere urgere animadvertitur, reapse quam maximam postulat curam ut fidei verus sensus atque integritas in tuto ponantur.

Quapropter ii, ad quos res pertinet, summopere attentos se praebere debent ad ea omnia quae in communem fidelium conscientiam inducere possint lentam corruptionem et progredientem dissolutionem alicuius elementi Symboli baptismalis, quod necessarium est ad cohaerentiam fidei quodque indissolubili nexu coniungitur cum quibusdam magni momenti usibus in vita Ecclesiae receptis.

In unum sane ex his elementis nobis necessarium et urgens visum est mentem convertere eorum, quibus Deus munus commisit fidei promovendae atque tutandae, ut pericula praecaveantur, quae eandem fidem in animo fidelium in discrimen adducere possint.

Agitur de eo Symboli articulo qui vitam aeternam respicit ac proinde, generatim, ea quae post mortem futura sunt. In hac doctrina proponenda fas non est aliquid detrahi, neque imperfectam aut incertam agendi rationem adhiberi absque fidei ac salutis fidelium periculo.

* * *

Neminem fugit momentum huius postremi articuli Symboli baptismalis : per ipsum enim terminus ac finis exprimuntur consilii Dei, cuius iter in Symbolo describitur. Si resurrectio non datur, tota cor-

ruit fidei structura, ut Sanctus Paulus tam firmiter asseverat.[1] Msi apud christianos certo constet quid verbis « vita aeterna » contineatur, Evangelii promissiones, creationis Redemptionisque significatio evanescunt, ac vel ipsa terrena vita omni spe prorsus destitui dicenda est.[2]

Nunc autem quomodo angustiae atque anxietates ignorari possunt, quibus multi circa hanc quaestionem vexantur? Quis non videt dubium in animos sensim ac penitus insinuari? Etiamsi feliciter contingat, quod plerumque fit, ut christianus homo nondum ad dubium positivum pervenerit, haud raro is abstinet a sorte cogitanda post mortem futura, eo quod incipit animo persentire quaestiones, quibus sibi respondendum esse pavet : Num quidquam exstat post mortem? Ex nobis vita functis num aliquid superest? Fortasse nihil nos exspectat?

Cuius quidem rei causa partim in vi reponenda est, quam praeter voluntatem in animos habent theologicae controversiae hodie passim publice agitatae, quarum neque exactum obiectum neque pondus maior pars fidelium percipere valet. Ac revera in disceptationem vocari animae exsistentia animadvertitur ac significatio vitae post mortem, itemque quaeritur quid inter christiani hominis mortem et universalem resurrectionem intercedat. Quibus omnibus christifideles perturbantur, cum usitatum suum loquendi modum ac notiones sibi familiares iam nequeant agnoscere.

Profecto hic non agitur de coarctanda aut prorsus impedienda investigatione theologica, qua Ecclesiae fides indiget cuiusque studia oportet in suum usum convertat; attamen id nullo modo praetermitti sinit officium tempestivo tempore in tuto ponendi fidem christianorum circa ea capita, quae in dubium vocantur.

Cuius duplicis difificilisque officii naturam atque varios aspectus, in gravibus hisce rerum adiunctis, nobis in animo est summatim revocare.

* * %

In primis necesse est ut ii, qui docendi munere funguntur, plane ea discernant, quae Ecclesia ad essentiam fidei pertinere iudicat; ipsa theologica investigatio nihil aliud spectare debet, nisi eadem altius perscrutari atque explicare.

Sacra autem haec Congregatio, cuius est doctrinam fidei promovere

[1] Cf. *1 Cor.* 15.

[2] Cf. *Hebr.* 11, 1.

ac tutari, hic sibi proponit ea recolere quae Ecclesia, nomine Christi, docet, praesertim, quae inter christiani hominis mortem et resurrectionem universalem intercedunt.

1) Ecclesia credit[3] mortuorum resurrectionem.

2) Ecclesia hanc resurrectionem ita intellegit ut ad *totum hominem* referatur; haec autem pro electis nihil aliud est quam ipsius Resurrectionis Christi ad homines extensio.

3) Ecclesia affirmat continuationem et subsistentiam, post mortem, elementi spiritualis, conscientia et voluntate praediti, ita ut ipsum « ego humanum », interim tamen complemento sui corporis carens, subsistat. Ad huiusmodi elementum designandum Ecclesia utitur voce ((anima », quae Sacrarum Scripturarum et Traditionis usu recepta est. Quamquam non ignorat in Scripturis Sacris huic voci diversas subici significationes, nihilominus ipsa censet nullam validam rationem adesse, cur vox reiciatur, ac iudicat praeterea prorsus necessarium esse verbale instrumentum ad christianorum fidem sustinendam.

4) Ecclesia excludit quoslibet cogitandi aut dicendi modos, quibus absurda fiant vel intellegi nequeant eius precatio, fúnebres ritus, cultus mortuorum : quae omnia, quoad suam substantiam, locos theologicos constituunt.

5) Ecclesia, secundum Sacras Scripturas, exspectat ((gloriosam manifestationem Domini nostri Iesu Christi »,[4] quam tamen distinctam et dilatam credit, respectu habito hominum condicionis statim post mortem.

6) Ecclesia, in sua doctrina proponenda de sorte hominis post mortem, excludit quamlibet explicationem, qua prorsus evanesceret significatio Virginis Mariae Assumptionis circa id quod ad ipsam unice pertinet; hoc scilicet sensu, quod corporea Virginis glorificatio eam glorificationem anticipat, quae ceteris omnibus electis destinatur.

7) Ecclesia, Novo Testamento ac Traditioni fideliter adhaerens, credit beatitudinem iustorum, qui aliquando cum Christo erunt. Item ipsa credit poena aeterna plectendum fore peccatorem, qui Dei visione pri-

[3] Cf. Symbolum Apostolorum.

[4] *Dei Verbum,* I, 4.

vabitur, nec non huius poenae repercussionem in totum ipsius peccatoris « esse ». Ad electos autem quod attinet, credit etiam haberi posse purificationem visioni Dei praeviam, quae tamen prorsus diversa est a damnatorum poena. Id Ecclesia intellegit, cum de Inferno ac de Purgatorio loquitur.

Cum autem agitur de hominis condicione post mortem, peculiari modo cavendum est a repraesentationibus, quae mentis fictione et arbitrio unice nituntur; huiusmodi enim immoderatio haud modica causa est difficultatum, in quas saepe christiana fides incurrit. Attamen imaginibus, quarum usus apud Sacras Scripturas invenitur, reverentia praestanda est. Necessarium est arcanum earum sensum percipere, remoto periculo eas nimis extenuandi, cum hoc saepe inanes reddat *realitates,* quae per has imagines indicantur.

Nec Scripturae Sacrae nec theologi satis luminum suppeditant ad futuram vitam post mortem rite describendam. Christifideles haec duo essentialia capita firmiter tenere debent: ex una parte credant oportet fundamentalem continuationem quae, virtute Spiritus Sancti, inter praesentem vitam in Christo et futuram vitam intercedit (nam caritas est lex Regni Dei, atque ipsa nostra in terris caritate metienda erit nostra in caelis divinae gloriae participatio); ex altera vero parte probe noscere debent rationes praesentis vitae et futurae valde inter se differre, nam oeconomiae fidei succedit oeconomia plenae lucis, ac nos cum Christo erimus et « Deum videbimus »;[s] quibus in promissionibus ac mirandis mysteriis essentialiter spes nostra consistit. Quod si nostra imaginandi vis eo accedere non valet, illuc cor nostrum sponte sua ac penitus pervenit.

* * fl-

uisce doctrinae capitibus in mentem revocans, nunc liceat praecipuas partes pastoralis muneris illustrare, quod in praesentibus temporum adiunctis absolvendum est, secundum normas christianae prudentiae.

Difficultates cum his quaestionibus conexae gravia officia imponunt theologis, quorum munus necessarium sane est. Ad eos igitur iure merito spectat nostrum incitamentum nec non illud libertatis spatium, quod ipsorum methodi legitime requirunt. Ad nos quod attinet, necessarium utcumque est in mentem christianorum incessanter revo-

[s] Cf. *i Io.* 3, 2.

care doctrinam Ecclesiae, quae fundamentum constituit tum christianae vitae, tum doctorum virorum investigationum. Necessarium quoque est operam dare, ut theologi nostrarum pastoralium sollicitudinum participes fiant, hoc quidem proposito, ne eorum studia investigationesque temere proferantur inter fideles, qui, si alias umquam, hodie potissimum fidei periculis sunt obnoxii.

Postrema Synodus manifesto in lumine posuit sedulam attentionem, qua Episcopi essentialia catecheseos capita consideraverunt, prae oculis habito christifidelium bono : quae capita bene perspecta habeant oportet omnes, quibus munus ea tradendi est concreditum. Nostrum igitur est auxilia praebere, quorum ope ipsi firmissime haerere valeant in iis quae ad doctrinae essentiam pertinent, simulque vigiles se gerant, ne contingat ut pueriles repraesentationes vel ad arbitrium fictae pro veritatibus fidei habeantur.

Assidua ac strenua vigilantia per doctrinalem Commissionem dioecesanam vel nationalem exercenda est in scripta, quae evulgantur, non solum ut tempestivo tempore fideles praecaveantur ab operibus minus tutis quoad doctrinam, verum etiam ac potius ut ipsis scripta innotescant, quae ad eorum fidem alendam fulciendamque apta videantur. De munere agitur arduo et magni momenti, quod tamen instanter urget, sive ob tam latam diffusionem scriptorum typis editorum, sive ob illam officiorum « decentralizationem », uti aiunt, quam rerum adiuncta necessario requirunt et Concilii Oecumenici Patres voluerunt.

Has Litteras in Conventu ordinario huius S. Congregationis deliberatasi Summus Ponti fex Ioannes Paulus Pp. II, in Audientia infrascripto Cardinali Praefecto concessa, adprobavit et publici iuris fieri iussit.

Romae, ex Aedibus S. Congregationis pro Doctrina Fidei, die 17 Maii 1979.

FRANCISCUS Card. SEPER, *Praefectus*

ffi Fr. Hieronymus Hamer, O. P.
Archiepiscopus tit. Loriensis, Secretarius

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

DECRETA

I

SANCTI PAULI IN ALBERTA MACKENZIENSIS-ARCIS SMITH

De mutatione finium.

Ad christifidelibus in vasus territoriis septentrionales dicionis Canadensis efficacius inserviendum, Exc.mus P. D. Raimundus Roy, Episcopus Sancti Pauli in Alberta, et Exc.mus P. D. Paulus Piché, O.M.I., Episcopus Mackenziensis-Arcis Smith, nuper ab Apostolica Sede expostulaverant ut suarum Ecclesiarum fines aliquantulum immutarentur.

Summus Pontifex Ioannes Paulus, Divina Providentia Pp. II, audita Conferentia Episcopali Canadensi et praehabito favorabili voto Em.mi Cardinalis Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione Praefecti et Exc.mi P. D. Angeli Palmas, Archiepiscopi tit. Vibianensis atque in praefata natione Pro-Nuntii Apostolici, de consilio Em.mi Cardinalis Sacrae Congregationis pro Episcopis Praefecti, ratus huiusmodi immutationem animarum bono valde profuturam, oblatis precibus benigne annuere dignatus est.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, de plenitudine Apostolicae potestatis, praesenti Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, a dioecesi Mackenziensi-Arcis Smith territorium separat quod intra quinquaginta quinque et quinquaginta octo gradus latitudinis atque centum decem et centum tredecim gradus longitudinis extenditur et illud perpetuo adnectit dioecesi Sancti Pauli in Alberta.

Ergo omnia acta et documenta huius territorii clericos, fideles et bona temporalia respicientia a Curia episcopali Mackenziensi-Arcis Smith ad Curiam episcopalem Sancti Pauli in Alberta, uti primum fieri poterit, tradantur.

Ad haec perficienda Sanctitas Sua memoratum Exc.mum P. D. Angelum Palmas deputat, eidem necessarias et opportunas tribuens facul-

tates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad Sacram Congregationem pro Episcopis authenticum exemplar actus peractae exsecutionis mittendi. Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 12 mensis Maii, anno 1979.

83 **SEBASTIANUS** Card. **RAGGIO**, ***Praefectus***

L. © S.

© Ernestus Civardi, ***Archiep. tit. Serdicensis, a Secretis***

II

ITABIRENSIS - FABRICIANENSIS

De concathedralis erectione deque dioecesis nominis mutatione.

Cum urbs vulgo Coronel Fabriciano, intra Itabirensis dioecesis fines patens, loci opportunitate, incolarum frequentia opibusque modo crebra, labentibus annis, felicia susceperit incrementa ac in praesens christifidelium numero, industria, negotiisque floreat, Exc.mus P. D. Marius Teixeira Gurgel, Episcopus Itabirensis, ad aptius animarum bono consulendum, audita Conferentia episcopali Brasiliensi, ab Apostolica Sede expostulavit, ut templum paroeciale in memorata urbe exstans, Deo, in honorem Sancti Sebastiani dicatum, ad dignitatem et fastigium Concathedralis eveheretur atque cathedrali Ecclesiae Itabirensi denominatio Fabricianensis adnecteretur.

Sacra Congregatio pro Episcopis, vigore specialium facultatum a Summo Pontifice Ioanne Paulo, Divina Providentia Pp. II, sibi tributarum, habito favorabili voto Exc.mi P. D. Carmeli Rocco, Archiepiscopi titularis Iustinianopolitani in Galatia et in Brasilia Apostolici Nuntii, catholicae religionis firmitatem ac incrementum prae oculis habens, oblatis precibus annuendum censuit.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Decreto, perinde valituro ae si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, decernit ut :

1. servata Itabirensis dioecesis episcopalis cathedrae dignitate, memoratum templum Deo, in honorem Sancti Sebastiani in urbe Coronel

Fabriciano exstans dicatum, titulo ac fastigio Concathedralis Ecclesiae decoretur, cum omnibus iuribus, honoribus et privilegiis ac oneribus et obligationibus quae huiusmodi Ecclesiis sunt propria;

2. Cathedrali Ecclesiae Itabirensi eiusque pro tempore Praesuli Ordinario nunc et deinceps titulus ac denominatio ((Pabricianensis » perpetuo adsciscatur cumulateque adhibeatur;

3. Episcopo Itabirensi-Pabricianensi in posterum de iure residere liceat in urbe Coronel Fabriciano prout, suo arbitrio, hoc ad maiorem Dei gloriam animarumque salutem provehendam cesserit.

Ad haec perficienda sacra Congregatio pro Episcopis memoratum Exc.mum P. D. Carmelum Rocco deputat, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Sacram Congregationem, ubi primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 1 mensis Iunii anno 1979.

® SEBASTIANUS Card. BAGGIO, *Praefectus*

L. © S.

ffi Ernestus Civardi, *Archiep. tit. Serdicensis, a Secretis*

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis a Sacra Congregatione pro Episcopis decretis, Summus Pontifex Ioannes Paulus II iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit. Videlicet :

Die 26 Februarii 1979. — Cathedrali Ecclesiae Brigantiensi Exc.mum P. D. Antonium Iosephum Rafael, hactenus Episcopum titularem Buduanensem.

Die 1 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Sedinensi-Caminensi Exc.mum P. D. Casimirum Ioannem Majdanski, hactenus Episcopum titularem Zorolensem.

Die 4 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Varmiensi R. P. D. Iosephum Glemp, Canonicum Capituli Cathedralis Gnesnensis.

Die 29 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Paracatuensi R. P. Iosephum Cardoso Sobrinho, Procuratorem Generalem Ordinis Fratrum B. Mariae V. de Monte Carmelo.

— Praelaturae Trudensi, noviter erectae, Exc.mum P. D. Gerardum Schwenzer, SS.CC, hactenus Episcopum titularem Holarensem et Vicarium Apostolicum Norvegiae Centralis.

— Praelaturae Tromsoeanae, noviter erectae, R. P. Gerardum Goebel, M.S.F., hactenus Administratorem Apostolicum ad nutum Sanctae Sedis Norvegiae Septentrionalis, cum charactere episcopali.

Die 31 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Veszprimiensi Exc.mum P. D. Ladislaum Paskai, hactenus Episcopum titularem Bavagalianensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Bavagalianensi R. D. Stephanum Bagi, Moderatorem Pontificii Instituti Hungarorum in Urbe, quem deputavit Auxiliarem Em.mi P. D. Ladislai S.R.E. Cardinalis Lékai, Archiepiscopi Strigoniensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Rapidensi R. D. Iulium Szakos, e clero dioecesis Sabariensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Emerici Kisberk, Episcopi Albae Regensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Maxulitanae R. D. Isidorum Stephanum Marosi, e clero dioecesis Vaciensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Iosephi Bank, Archiepiscopi-Episcopi Vaciensis.

Die 11 Aprilis. — Coadiutorem cum iure successionis Exc.mi P. D. Gerardi Mongeau, Episcopi Cotabatensis, Exc.mum P. D. Philippum F. Smith, O.M.I., hactenus Episcopum tit. Lamphuensem et Vicarium Apostolicum Ioloënsem.

Die 18 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Ursonensi R. D. Ioannem-Mariam Lafontaine, Vicarium Generalem Marianopolitanum, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Pauli Grégoire, Archiepiscopi Marianopolitani.

— Cathedrali Ecclesiae Sancti Petri in Florida R. D. W. Thomam Larkin, parochum apud Sanctam Caeciliam in oppido vulgo Clearwater eiusdem dioecesis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Cursolensi R. D. Ioannem I.„0'Connor, e clero archidioecesis Philadelphiensis Latinorum et cappellanum navium, quem deputavit Auxiliarem Em.mi P. D. Terentii S.R.E. Cardinalis Cooke, Vicarii Castrensis Civitatum Foederatarum Americae Septentrionalis.

Die 19 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Procopiensi Exc.mum P. D.

Dominicum Wisniewski, O. **M.,** hactenus Episcopum titularem Telensem et Auxiliarem Exc.mi Archiepiscopi Curitibensis.

— Titulari Episcopali Ecclesiae Vardimissensi R. P. Alfredum Novak, sodalem Congregationis SS. Redemptoris, quem deputavit Auxiliarem Em.mi ac Rev.mi P. D. Pauli Evaristi S. R. E. Cardinalis Arns, Archiepiscopi Sancti Pauli in Brasilia.

— Titulari Episcopali Ecclesiae Tetcitanae R. P. Ladislaum Biernaski, Provincialem Congregationis Missionis in parte meridionali brasiliensi, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Petri Antonii Fedalto, Archiepiscopi Curitibensis.

— Titulari Episcopali Ecclesiae Gummitanae in Byzacena R. D. Neotonium Holanda Gurgel, e clero Cratensi, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Vincentii de Araújo Matos, Episcopi Cratensis.

Die 21 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Sandhurstensi R. D. Natalem D. Daly, Vicarium Generalem Saliensem.

Die 22 Aprilis. — Titulari Ecclesiae Cannensi cum dignitate Archiepiscopali, R. D. Alfium Rapisarda, e clero archidioecesis Catanensis, Consiliarium Apostolicae Nuntiaturae in Republica Libanensi, quem deputavit Nuntium Apostolicum in Republica Boliviana.

Die 23 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Africanae R. D. Alexandrum Goié Karmelic, Vicarium Episcopalem de Punta Arenas, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Emmanuelis Sánchez Beguiristáin, Archiepiscopi Ss. Conceptionis.

— Cathedrali Ecclesiae Roffensi in America R. D. Matthaeum H. Clark, e clero dioecesis Albanensis in America, directorem spiritus Pontificii Collegii Civitatum Foederatarum Americae Septentrionalis in Urbe.

— Titulari episcopali Ecclesiae Velefitanae R. D. Vincentium Navarra y Macanan, Rectorem Seminarii in archidioecesi Capicensi, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Antonii Frondosa, Archiepiscopi Capicensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Scilitanae R. P. Petrum Magugat, M.S.C., curionem in dioecesi Cabanatuanensi, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Vincentii Reyes, Episcopi Cabanatuanensis.

Die 26 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Ceramensi R. P. Raimundum López Carrozas, sodalem Ordinis Beatae Mariae Virginis de Mercede, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Iosephi Vásquez Díaz, Episcopi Praelati Boni Iesu de Piaui.

Die 80 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Lemellefensi R. D.

Seraphinum de Sousa Ferreira e Silva, Vicarium Generalem dioecesis Portugallensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Eurici Dias Nogueira, Archiepiscopi Bracarensis.

Die 4 Maii. — Titulari episcopali Ecclesiae Dianensi R. D. Michaelem Pearse Lacery, curionem apud paroeciam ecclesiae cathedralis Torontinae, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Geraldi Emmett Carter, Archiepiscopi Torontini.

— Titulari episcopali Ecclesiae Laeubazensi R. D. Robertum B. Clune, e clero archidioecesis Torontinae, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Geraldi Emmett Carter, Archiepiscopi Torontini.

— Titulari episcopali Ecclesiae Leptiminensi R. D. Leonardum I. Wall, cancellarium curiae metropolitanae Torontinae, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Geraldi Emmett Carter, Archiepiscopi Torontini.

— Titulari episcopali Ecclesiae Novaliciensi R. D. Achillem Silvestrini, Presbyterum dioecesis Faventinae, Praelatum honorarium Sanctitatis Suae, quem archiepiscopali dignitate ornavit atque Secretarium Consilii pro Publicis Ecclesiae Negotiis constituit.

Die 21 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Barreriensi, noviter erectae, R. P. Richardum Iosephum Weberwerger, sodalem Congregationis Austriacae ab Immaculata Conceptione.

— Coadiutorem c.i.s. Exc.mi P. D. Gentilis Diniz Barreto, Episcopi Mossorensis, Exc.mum P. D. Iosephum Freiré de Oliveira Neto, hactenus Episcopum titularem Illicitanum et Auxiliarem eiusdem dioecesis.

Die 5 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Tacambarensi Exc.mum P. D. Aloisium Morales Reyes, hactenus Episcopum titularem Burcensem et Auxiliarem eiusdem dioecesis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Macrianensi in Mauretania R. D. Franciscum Aguilera González, e clero archidioecesis Mexicanae, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Ernesti Corripio Ahumada, Archiepiscopi Mexicani.

— Titulari episcopali Ecclesiae Thinisensi in Numidia R. D. Xaverium Lozano Barragán, e clero dioecesis Zamorensis in Mexico, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Ernesti Corripio Ahumada, Archiepiscopi Mexicani.

Die **6** *Iunii.* — Titulari episcopali Ecclesiae Thubunensi in Numidia R. D. Hectorem Emmanuelem Rivera, e clero Caguano, Vicarium Episcopalem pro actione pastorali fovenda in archidioecesi S. Ioannis Porto-

ricensis, quem deputavit Auxiliarem Em.mi P. D. Aloisii S.R.E. Cardinalis Aponte Martínez, Archiepiscopi S. Ioannis Portoricensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Vamallensi R. D. Henricum Hernández Rivera, Cancellarium curiae episcopalis Arecibensis, quem deputavit Auxiliarem Em.mi R. D. Aloisii S.R.E. Cardinalis Aponte Martínez, Archiepiscopi S. Ioannis Portoricensis.

Die 9 Iunii. — Titulari episcopali Ecclesiae Feraditanae Minoris R. D. Salvatorem Quizon, curionem in archidioecesi Lipensi, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Richardi Vidal, Archiepiscopi Lipensis.

Die 2 Iulii. — Metropolitanae Ecclesiae S. Iosephi in Costarica Exc.mum P. D. Romanum Arrieta Villalobos, hactenus Episcopum Tilaranensem.

Die S Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Sancti Thomae in Argentina, noviter erectae, R. D. Carolum Cremata, Vicarium Episcopalem in archidioecesi Platensi.

Die 7 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Clogheriensi R. D. Iosephum Duffy, vicarium paroecialem in oppido vulgo Ennislillen.

Die 13 Iulii. — Titulari Episcopali Ecclesiae Scebatianensi R. D. Michaelem Delgado Avila, e Societate S. Francisci Salesii, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Iosephi Ali Lebrún Moratinos, Archiepiscopi titularis Voncariensis, Coadiutoris cum iure successionis et Administratoris Apostolici ((sede plena » archidioecesis Caracensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Faleritanae R. D. Michaelem Delgado Avila, sodalem Societatis S. Francisci Salesii, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Iosephi Ali Lebrún Moratinos, Archiepiscopi Voncariensis, Coadiutoris c.i.s, et Administratoris Apostolici « Sede plena » archidioecesis Caracensis.

Die 1J\ Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Sancti Hyacinthi Exc.mum P. D. Aloisium Gonzaga Langevin, hactenus Episcopum titularem Rosmarkensem.

Die 24 Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Ulciniensi R. D. Villelmum H. Keeler, cancellarium curiae Harrisburgensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Iosephi T. Daley, Episcopi Harrisburgensis.

SACRA CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE SEU DE PROPAGANDA FIDE

DECRETA

I

LVENANA

Cum Exc.mus ac Rev.mus Dominus Iosephus Prosperus de Ascensão Püaty, Episcopus Lusitanianus, proposuisset ut praesens denominatio suae dioecesis ita permutaretur ut deinde, iuxta novam denominationem ab auctoritatibus civilibus nuper adoptatam, Lvenana nuncuparetur, haec Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, re mature perpensa, optatis praelaudati Ordinarii inhaerendum esse censuit.

Itaque eadem Sacra Congregatio, vigore facultatum sibi a SS.mo Domino Nostro Ioanne Paulo Divina Providentia Pp. II concessarum, supramemoratam propositionem adprobavit ac praesens ad rem Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die xvi mensis Maii A. D. MCMLXXIX.

AGNELLUS Card. Rossi, *Praefectus*

L. © S.

83 D. S. Lourdusamy, *a Secretis*

II

KVITOBIENSIS

Cum Exc.mus ac Rev.mus Dominus Emmanuel Antonius Pires, Episcopus Silva Portuensis, proposuisset ut praesens denominatio suae dioecesis ita permutaretur ut deinde, iuxta novam denominationem ab auctoritatibus civilibus nuper adoptatam, Kvitobiensis nuncuparetur,

haec Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, re mature perpensa, optatis praelaudati Ordinarii inhaerendum esse censuit.

Itaque eadem Sacra Congregatio, vigore facultatum sibi a SS.mo Domino Nostro Ioanne Paulo Divina Providentia Pp. II concessarum, supramemoratam propositionem adprobavit ac praesens ad rem Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die xvi mensis Maii A. D. **MCMLXXIX.**

AGNELLUS Card. Rossi, ***Praefectus***

L. SS S.

© D. S. Lourdusamy, ***a Secretis***

III

MENONGUENSIS

Cum Exc.mus ac Rev.mus Dominus Franciscus Viti, Episcopus Serpapintensis, proposuisset ut praesens denominatio suae dioecesis ita permutaretur ut deinde, iuxta novam denominationem ab auctoritatibus civilibus nuper adoptatam, Menonguensis nuncuparetur, haec Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, re mature perpensa, optatis praelaudati Ordinarii inhaerendum esse censuit.

Itaque eadem Sacra Congregatio, vigore facultatum sibi a SS.mo Domino Nostro Ioanne Paulo Divina Providentia Pp. II concessarum, supramemoratam propositionem adprobavit ac praesens ad rem Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die xvi mensis Maii A.D. **MCMLXXIX.**

AGNELLUS Card. Rossi, ***Praefectus***

L. £8 S.

SB D. S. Lourdusamy, ***a Secretis***

IV

ONJIVANA

Cum Exc.mus ac Rev.mus Dominus Alexander do Nascimento, Administrator Apostolicus Pereirensis, proposuisset ut praesens denominatio illius sedis ita permutaretur ut deinde, iuxta novam denominationem ab auctoritatibus civilibus nuper adoptatam, Onjivana nuncuparetur, haec Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, re mature perpensa, optatis praelaudati Ordinarii inhaerendum esse censuit.

Itaque eadem Sacra Congregatio, vigore facultatum sibi a SS.mo Domino Nostro Ioanne Paulo Divina Providentia Pp. II concessarum, supramemoratam propositionem adprobavit ac praesens ad rem Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die XVI mensis Maii A. D. MCMLXXIX.

AGNELLUS Card. Rossi, *Praefectus*

L. © S.

83 D. S. Lourdusamy, *a Secretis*

V

SAURIMOENSIS

Cum Exc.mus ac Rev.mus Dominus Petrus Marcus Ribeiro da Costa, Episcopus Henrici de Carvalho, proposuisset ut praesens denominatio suae dioecesis ita permutaretur ut deinde, iuxta novam denominationem ab auctoritatibus civilibus nuper adoptatam, Saurimoënsis nuncuparetur, haec Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, re mature perpensa, optatis praelaudati Ordinarii inhaerendum esse censuit.

Itaque eadem Sacra Congregatio, vigore facultatum sibi a SS.mo Domino Nostro Ioanne Paulo Divina Providentia Pp. II concessarum,

supramemoratam propositionem adprobavit ac praesens ad rem Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die xvi mensis Maii A. D. MCMLXXIX.

AGNELLUS Card. Rossi, ***Praefectus***

L. © S.

© D. S. Lourdusamy, ***a Secretis***

VI

UIJENSIS

Cum Exc.mus ac Rev.mus Dominus Iosephus Franciscus Moreira dos Santos, O.F.M. Cap., Episcopus Carmonensis-Soteropolitanus, proposuisset ut praesens denominatio suae dioecesis ita permutaretur ut deinde, iuxta novam denominationem ab auctoritatibus civilibus nuper adoptatam Uijensis nuncuparetur, haec Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, re mature perpensa, optatis praelaudati Ordinarii inhaerendum esse censuit.

Itaque eadem Sacra Congregatio, vigore facultatum sibi a SS.mo Domino Nostro Ioanne Paulo Divina Providentia Pp. II concessarum, supramemoratam propositionem adprobavit ac praesens ad rem Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die xvi mensis Maii A. D. MCMLXXIX.

AGNELLUS Card. Rossi, ***Praefectus***

L. E8 S.

© D. S. Lourdusamy, ***a Secretis***

VII

ISLAMABADENSIS - RAVALPINDENSIS

Cum Exc.mus P. D. Simeon Pereira, Episcopus dioecesis Ravalpindensis, proposuisset ut praesens denominatio territorii eiusdem dioecesis ita permutaretur ut deinde Islamabadensis-Ravalpindensis nuncuparetur iuxta nomina civitatum vulgo Islamabad, Foederale Caput Pakistanae Nationis, et Rawalpindi, Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione

seu de Propaganda Fide, re mature perpensa auditisque votis quorum interest, optatis praelaudati Ordinarii inhaerendum esse censuit.

Itaque eadem Sacra Congregatio, vigore facultatum sibi a SS.mo Domino Nostro Ioanne Paulo Divina Providentia Pp. II concessarum, suprememoratae propositionem adprobavit ac praesens ad rem Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die i mensis Iunii A. D. MCMLXXIX.

© D. S. Lourdusamy, *a Secretis*

L. © S.

Titianus Scalzotto, *Subsecretarius*

PROVISIO ECCLESIARUM

Decretis Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, Paulus VI bo. me. iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praeficiendos curavit. Videlicet :

Die 15 Maii 1978. — Titulari episcopali Ecclesiae Turrensi in Mauritania R. P. D. Silvium Luoni, e clero Urbis, Praelatum honorarium Sanctitatis Suae, quem archiepiscopali dignitate ornavit atque Pro-Nuntium Apostolicum in Thailandia necnon Delegatum Apostolicum in Laosio, Malaesia, Singapurana Civitate constituit.

Die 27 Maii. — Titulari episcopali Ecclesiae Sebanensi R. P. D. Thomam A. White, e clero dioecesis Ossoriensis, Antistitem Urbanum et munere Consiliarii Sanctae Sedis fungentem, quem archiepiscopali dignitate ornavit atque ad munus Nuntii Apostolici in Ruandensi Republica promovit.

Praeterea Ioannes Paulus I rec. mem. :

Die 31 Augusti. — Titulari episcopali Ecclesiae Tiburniensi R. P. D. Donatum Squicciarini, e clero Praelaturae Altamurensis et Aquavivensis, Antistitem Urbanum atque munere Consiliarii Nuntiaturae Apostolicae fungentem, quem archiepiscopali dignitate ornavit atque Nuntium Apostolicum in Burundensi Republica nominavit.

Denique Ioannes Paulus Pp. II :

Die 5 Februarii 1979. — Titulari episcopali Ecclesiae Sestensi R. P. D. Georgium Zur, Antistitem Urbanum apudque Consilium pro Publicis Ecclesiae Negotiis Consiliarium, quem archiepiscopali insignivit dignitate eique munus Pro-Nuntii Apostolici in Zambiana et Malaviensi Nationibus assignavit.

Die 21 Martii. — Titulari episcopali Ecclesiae Emeritensi Augustanae R. P. D. Iustum Mullor Garcia, e dioecesi Almeriensi, addictum inter Antistites domus Pontificis, cui dignitatem contulit archiepiscopalem eique munus Nuntii Apostolici in Litore Eburneo assignavit.

Die 3 Maii. — Titulari episcopali Ecclesiae Gigthensi R. D. Alfonsum Mariam Runiga Musanganya, e clero Archidioecesis Bukavuensis, Rectorem Seminarii philosophici, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Augustini Fatati, Kisanganiensis Archiepiscopi.

Die 15 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Kvitobiensi, olim Silvae Portuensi, in Angola, R. D. P. Petrum Aloisium Antonio, Archidioecesis Huambensis Vicarium Generalem.

NOMINATIONES

Peculiaribus datis decretis, Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide ad suum beneplacitum renuntiavit :

Die 10 Maii 1979. — Exc.mum P. D. Richardum Lester Guilly, Episcopum olim Georgiopolitanum, *Administratorem Apostolicum* « sede vacante » Archidioecesis Castriensis.

Die 28 Maii. — Exc.mum P. D. Andream Kaseba, Episcopum Kalemiensem-Kirunguensem, *Administratorem Apostolicum* « sede vacante » Dioecesis Kilvaënsis-Kasengaënsis.

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

I

RATISBONEN.

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Victricii ab Eggenfelden, Sacerdotis Professi O.F.M. **Capuccinorum.**

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.

Quae Concilium Oecumenicum Vaticanum Secundum sodalibus religiosis valde commendat, scilicet ut « Deum prae omnibus et unice quaerentes, contemplationem, qua Ei mente et corde adhaereant, cum amore apostolico, quo operi Redemptionis adsociari Regnumque Dei dilatare nitantur, coniungant oportet » (Decr. *Perfectae Caritatis,* n. 5) adamussim servata sunt a Servo Dei Victricio ab Eggenfelden, in saec. Antonio Weiss, sacerdote professo ex Ordine Fratrum Minorum Capuccinorum.

Servus Dei ortus est die 18 mensis Decembris anno 1842 in oppido *Eggenfelden* intra dioeceseos Ratisbonensis fines, parentibus Ioanne Antonio Weiss, medico, ac Maria Anna Zanneker, vita ac religione praestantibus, qui eum in baptismate Antonium vocaverunt.

Iam a prima pueritia Servus Dei optima indole morumque innocentia excelluit : pietatem excelsam colens, quotidie S. Missae adsistebat, saepe se cibo eucharistico reficiebat, ac filialem devotionem erga Beatissimam Virginem fovebat. Ingenio, pietate ac sedulitate condiscipulos longe superans, facile inter eos primum locum semper tenuit, atque a parentibus et magistris tamquam exemplar aliis filiis et discipulis proponebatur. Primis studiis optime peractis, humanitatis litteris in *Landshut,* philosophiae Monachii in regia studiorum universitate, deinde Frisingae in seminario sacrae theologiae vacavit, semper primus inter aequales. Anno

1866 Frisingae sacerdos consecratus, primum Monachii S. Ursulae parocho auxilium praestitit. Quo in munere ardenti zelo ac magno cum fructu fere per tres annos adlaboravit, doctrinam christianam edocens parvulos, iuvenes et provectiores ministerio verbi Dei ; confessiones fidelium, clericorum et monialium perassidue audiebat atque opera caritatis et devotionis inter omnes suscitabat et promovebat.

Anno 1869 inter professores et superiores seminarii cooptatus, per quinquennium et ultra Servus Dei gratus semper exstitit alumnis tamquam competens professor, bonus praedicator, doctus et prudens confessarius. Omnes sua modestia et pietate aedificabat et iuvabat etiam materialiter praesertim alumnos pauperes. Simul gradum Doctoratus in sacra theologia obtinuit in Studio Monacensi die 26 Iulii a. 1872.

Integro circiter lustro in seminario absoluto, sacerdos Antonius Weiss, qui hoc temporis spatio domi forisque sanctus Christi apostolus visus est, ad altiora se vocari sensit. Ut pauper pauperem Iesum sequeretur, die 20 Augusti a. 1875 noviciatum Fratrum Minorum Capuccinorum ingredi festinavit, nomenque aptissimum Victricium sortitus est. Tria vota religiosa emisit die 21 Augusti a. 1876, ac statim a Superioribus huc illuc in diversas domos Ordinis mittitur ut varia in eis munera obiret. Dum assignatis sibi muneribus fungebatur, Servus Dei Victricius salutis et boni animarum zelo inflammatus, indefesse adlaboravit verbum Dei praedicando, spiritualia exercitia tradendo, atque directionis consilia praebendo tum iuvenibus Ordinis, tum popularibus omnibus, tum etiam religiosis sororibus, quorum confessiones frequenter et magno cum fructu audiebat. Exteriori suo aspectu humili ac benevolo semper in Deum collecto, tamquam vera effigies Sancti Patris sui Francisci omnibus apparebat.

Inde factum est ut confratres, qui illius probe cognoverant virtutes, zelum animarum et amorem disciplinae, atque experti quoque erant prudentiam in regimine fratrum et dexteritatem in negotiis gerendis, vix anno quinto elapso post eius professionem eum elegerint ad munus Ministri Provincialis, quod ipse non minus oboedientia quam caritate religiose suscepit obeundum, quod onus quinquies semper ex oboedientia suscipere coactus est.

Praeter haec officia, numquam a praedicatione, ab audiendis confessionibus, a sacris expeditionibus aliisque ministeriis destitit, uberrimos fructus, quos vitae sanctitate, mira suavitate qua peccatores alliciebat et ad poenitentiam adducebat, atque oratione a qua numquam animum abstrahebat, efficaciores reddidit. In tota sua vita praefuit magis exemplo

quam verbis : ex eius vultu ducebant summa spiritus collectio et unio cum Deo. Fons autem absconditus, unde ingenium, unde robur animi et lumen vitae oriebantur, unus fuit : Christus, Deus et Homo. Hic vir religiosus, quantopere cum Christo semper unitus fuerit, ex vita eius firmiter tamque manifeste elucet, ut Christus per eum repraesentari multis visus sit. Quare cum SS. Cordi Iesu sese consecraret, haec verba scripsit : « Cum Iesu meo abscondito nesciri et pro nihilo reputari », et ((Cum Iesu crucifixo animo et corpore volo esse crucifixus, ut iniurias in SS. Sacramento ei illatas paulum reparem », et « Ad mentem SS. Cordis Iesu omnia pati et offerre volo ». His votis a Deo acceptis, caecus ac surdus factus est, anima eius omni solacio privata et corpus ulceribus excruciatum fuit : in quibus omnibus id unum oravit : ((Pater, tua voluntas fiat ».

Tandem anno 1908, vir Dei, labore et senio confectus, quod iam diu exoptaverat est assecutus, ut cum Maria in silentio sedere posset ad pedes Iesu. Et sic in conventum secessit B. M. Auxiliatricis in civitate *Vilsbiburg,* ut ibi prope sedem gratiarum Virginis Matris, societate et caritate quoque fratrum adiutus, ad sanctam mortem se pararet. Itaque his ultimis 16 annis vera hostia Christi effici meruit, et, sicut aurum in fornace, probatus et purgatus, die 8 Octobris a. 1924 sacramentis refectus, sancto fine quievit in conventu civitatis Vilsbiburg. Statim signis claresCere coepit et sepulcrum eius gloriosum factum est.

Eius fama sanctitatis percrebrescente, caelestibus quoque signis confirmata, anno 1935 in curia Ratisbonensi inchoati sunt processus ordinarii informativi, qui, anno insequenti absoluti, Romam delati sunt. Edito die 2 Augusti a. 1942 super scriptis decreto, Pius Papa XII die 23 Decembris a. 1952 commissionem introductionis Causae obsignavit. Processus apostolici super virtutibus et miraculis in specie Ratisbonae annis 1953-1955 rite instructi sunt, ac de eorumdem validitate die 16 Ianuarii a. 1959 decretum prodiit.

Servatis itaque omnibus de iure servandis, die 20 Iunii a. 1978, Peculiaris Congressus S. Congregationis pro Causis Sanctorum habitus est, in quo super virtutibus in specie Servi Dei disceptatum est. Quem Congressum subsecuta est die 7 Novembris in Palatio Apostolico Vaticano Congregatio plenaria, in qua Em.mi Patres Cardinales, relatore Cardinali Silvio Oddi, proposito dubio num Servus Dei christianas virtutes tum théologales cum cardinales iisque adnexas heroicum in modum exercuisset, unanimi suffragio affirmando annuendoque responderunt.

Super quibus omnibus Summus Pontifex Ioannes Paulus II certior est

factus, die 19 Ianuarii anno 1979, per subscriptum Cardinalem Praefectum, atque, attento Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum responso, mandavit ut super heroicis virtutibus Servi Dei Decretum rite appararetur.

Quod cum factum esset, hodierno die, Summus idem Pontifex ad se accivit Cardinales infrascriptum Praefectum et Silvium Oddi, Causae ponentem seu relatorem, meque Antistitem a Secretis ceterosque de more convocandos, iisque adstantibus sollemniter edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Victricii ab Fggenfelden, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum in vulgus edi et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Romae, die 10 Maii A. D. 1979.

CONRADUS Card. BAFILB, *Praefectus*

L. © S.

68 Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

II

DÜBLINEN, SEU RUREMUNDEN.

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Caroli a S. Andrea, Sacerdotis Professi Congregationis Passionis D.N.I.C.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.

Dei Servus Pius Papa IX, in bulla canonizationis beati Pauli a Cruce, celebrat primo finem ab eo conditae Congregationis, apostolatum scilicet ad memoriam Passionis Christi excitandam, in spiritu contemplationis et poenitentiae ; deinde vero plures eius fideles discipulos, qui sancti fundatoris optata perfecerunt, etiam in Angliae reditum obtinendum ad Ecclesiae unitatem (cfr. § 2). Tot vero inter tanti spiritus asseclas et

prosecutores, monitaque et exempla pone secutos beati Dominici a Matre Dei, catholicae unitatis in Anglia apostoli, recensendum esse Dei Servum Carolum a S. Andrea tota eius docet historia, quamquam brevissime delineata.

Pater Servi Dei, Petrus Iosephus Houben, in germanico suo precum libro scripsit : ((Ioannes Andreas natus est die 11 Decembris anno 1821. Gloriam et gratias Deo ». Quartus erat Dei Famulus inter decem eius filios et Ioannae Elisabethae Luvten, legitimae coniugis. Ambo pii honestique erant agricolae et molitores, qui eadem, qua natus est, die Famulum Dei ad sacrum paroeciae fontem, in *Munstergeleen,* dioeceseos Ruremundensis intra fines, baptizandum curarunt, nomine imposito Ioannis Andreae. Primo ille ad sacram Synaxim admissus est die 26 Aprilis anno 1835, quae erat dominica in Albis ; et die 28 Iunii eodem anno sacro est chrismate delibutus. Iam in Dei timore et amore filiali ab optimis parentibus educatus, quotidie cum suis Missam participare assuetus et altari deservire, in exemplum oboedientiae ab illis datus, puritate eminens, precum studiosus, Deiparae Virginis perdiligens cultor, in litterarum studiis, lente forsan, sed tuto progrediens, iucunditate et suavi fortitudine omnibus carus adolevit. Per trimestre, a. 1841, militiae munus sustinuit, innocentia servata optimisque exemplis inter socios emicans. Matre orbatus, facile ia patre veniam obtinuit ad ingrediendam Passionis Congregationem, in recessu de *Ere,* in Tornacensis dioeceseos finibus, anno 1840 a beato Dominico erecto. Novitius ibi vota emisit, unanimi sententia probatus, die 10 Decembris anno 1846 ; ac postea sacris eruditus est disciplinis, doctrina et virtute proficiens, simplicitate et caritate, humilitate, oboedientia, regulari observantia omnibus amabilis. Sacerdotio auctus die 21 Februarii a. 1852 Londinum appulit, in variis postea communitatibus, pastoralibus curis et novitiorum educationi, prudens quasi magister, addictus, donec, die 9 Iulii a. 1857, superiorum iussu, ad Dublinensem recessum S. Paulo a Cruce dicatum, anno 1856 fundatum, pervenit, a quo tamen, per octo annos abfuit, in Angliam, a die 4 Iulii a. 1866 ad diem 10 Ianuarii a. 1874, re ver sus ex oboedientia, variis in locis bonum Christi odorem diffundens, sed praesertim in recessu S. Annae, apud *Button,* ad beati Dominici a Matre Dei sepulcrum, apostolico ministerio heroice insudans, ab Hibernis ibi etiam expetitus. Inde in Hiberniam regressus, operam suam, ministeriis stipatam, impiger resumpsit, operam dicimus, a primis fundationis annis a sodali suo perillustri converso P. Ignatio Spencer (aa. 1799-1864), princeps forsan qui visus est tunc unitatis apostolus, inceptam cum proposito, omni ope consequendo,

de « sanctificatione Hiberniae, cum conversione Angliae coniuncta ». Ad quam sanctificationem Dei Servus, plus quam alii plurimi, dubio procul, adlaboravit, Deo sermones eius et ministeria confirmante « sequentibus signis », quae interdum ipsi Protestantes medici Dei operationi adscribebant. Ut ipse Dei Servus suis anno 1858 scripsit, a mane ad vesperum confessionibus audiendis incumbebat ; nam fidelium turmae ad eum praesertim, eius sapientia, prudentia et caritate allecti, convolabant, eius absolutionem, consolationem et benedictionem impetraturi. Ille vero, etsi viribus fractus, omnibus omnia se faciebat, ut omnes faceret salvos et sanctificaret, plenus Spiritu Sancto, qui etiam eius fidem et spem rependebat, intercessioni quoque sancti Pauli a Cruce innixam, cuius reliquia Servus Dei populo benedicens plerumque utebatur.

Divina quadam vi et donis praeditus visus est Dei Famulus in animarum sanctificationem, unde plurimorum peccatorum conversiones, cum ad illum praesertim fideles recurrerent pro moribundis adsistendis, maxime vero pro iis qui in extremo agone sacramenta Ecclesiae renuissent. Multos etiam acatholicos ad Ecclesiam reduxit, sive in Anglia sive in Hibernia, et constanter suas preces fundebat pro Ecclesiae unitate restituenda, numquam Hollandicam patriam ad hoc oblitus. Quamquam classicus orator non erat, post suas benedictiones, quas elevatis in caelum oculis amanter impertiebat, et in brevibus supplicationibus ad specum B. M. Virginis Lapurdensis in horto recessus, lacrimas haud raro cum verbis miscens, sacras oratiunculas populo dicebat, optimos assecutus sanctificationis fructus. Missae vero sacrificio piissime litabat, magna cum populi commotione, usque dum coram populo celebrare ipsi licuit. Preces et meditationes eius altae, continuae et validissimae visae sunt, ita ut non tam orans, quam oratio factus videretur.

Variis morbis, molestiis et adversitatibus probatus, constanter se Dei voluntati tradebat, hilaris vel media in tempestate, fortiter patienterque omnia sustinens ; fratribus praeterea regularis observantiae, omniumque virtutum exemplis cum vultus iucunditate maxime profuit, ut ad perficiendam vocationem in Christi Crucifixi imaginem Ecclesiaeque bonum atque unitatem procurandam et pacem perseverarent.

Corpus quoque suum in servitutem redigere studuit, servatis ieiuniis et abstinentiis regularibus, vigiliis etiam additis ad noctu orandum corpusque castigandum. Pauperibus semper praesto erat, qui ad eum fidenter veniebant, nullique parcebat labori ad eos evangelica solandos caritate.

Itaque sui integra donatione Servus Dei suum sacrificium consummavit et extremo suo acerrimo morbo fere per mensem cruciatus, prae-

claris exemplis sodalibus aedificatis, divinis sacramentis piissime recepi tis, die 5 Ianuarii anno 1893 ingenuam animam Deo reddidit. Statimque ad eius invisendas exuvias, per dies quinque populo expositas, frequentissima accurrit turba, eius ad Deum intercessionem invocans ; quae quidem frequentia ad eius sepulcrum nunc quoque perseverat, caelestibus haud raro favoribus repensa.

Nostrae quoque aetatis christianos omnes suo nuntio invitat Servus Dei, ut precibus et moribus fidei unitatem colant obtineantque ; invitat catholicos ad sancte Dei donis utendum, praesertim paenitentiae sacramento ; ad aemulanda quoque charismata meliora, bene discernendo quae vera sint, quae fallacia, quae dubia ; invitat sodales suos ut sancti fundatoris mandata perficiant in aedificanda Ecclesiae unitate et se Christo Crucifixo conformando, donec occurrant omnes in fidei unitatem, Christo pastore summo et eius in terris vicario unum pascente ovile.

Tot vero tantorumque caelestium favorum ac sanctitatis fama impellente, Causa de Beatorum Caelitum honoribus Servo Dei decernendis agi coepta est. Instructis igitur ordinaria potestate processibus in Curiis ecclesiasticis Ruremondensi (aa. 1922-1926), Dublinensi (aa. 1928-1929), Westmonasteriensi (a. 1928), Achadensi (aa. 1928-1929), Causa beatificationis eius introducta est apud Apostolicam Sedem die 13 Novembris anno 1935. Adornati sunt deinde apostolica potestate processus super virtutibus Servi Dei in specie apud Curias Dublinensem (aa. 1936-1938), Southwarcensem (a. 1937) et Ruremundensem (aa. 1936-1937) ; de omnium autem processuum iuridica validitate decretum Sacrae tunc Rituum Congregationis die 14 Decembris anno 1945 editum est. De virtutibus vero Servi Dei est deinde, die 23 Iunii a. 1964, in Coetu, quem vocabant, antepraeparatorio, prout tunc iuris erat, disceptatum. Nova a. 1972 comparata Positione super virtutibus Servi Dei iuxta novas causarum sanctorum normas, Congressus Peculiaris super iisdem virtutibus die 11 Iulii a. 1978 disceptavit, ac denique Coetus Plenarius Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum, ponente seu relatore Rev.mo Cardinali Sergio Pignedoli, die 30 Ianuarii, anno hoc 1979.

Super hisce omnibus certior factus, die 24 Februarii hoc anno, per subscriptum Cardinalem Praefectum, Summus Pontifex Ioannes Paulus II, responsum Sacrae Congregationis ratum habens, mandavit ut Decretum super heroicis virtutibus Servi Dei appararetur.

Quod cum factum esset, Sanctitas Sua, accitis hodierno die Cardinalibus infrascripto et Sergio Pignedoli, Causae ponente seu relatore, meque a Secretis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus pronun-

ciavit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, Servi Dei Caroli a S. Andrea, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum rite promulgari et in acta Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 10 Maii Anno Domini 1979.

CONRADUS Card. BAFILE, *Praefectus*

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali:

Sabato, 7 Luglio 1979, S. E. il Sig. JORGE NICHOLSON SOLOGUREN, Ambasciatore del Perù presso la Santa Sede.

Giovedì, 12 Luglio 1979, S. E. il Sig. MOHAMMED SULTAN, Ambasciatore del Bangladesh presso la Santa Sede.

Venerdì, 13 Luglio 1979, S. E. il Sig. BASHIR BAKRI, Ambasciatore del Sudan presso la Santa Sede.

Sabato, 14 Luglio 1979, S. E. il Sig. JOHN VIVIAN SCOTT, Ambasciatore di Nuova Zelanda presso la Santa Sede.

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza:

Lunedì, 9 Luglio 1979, S. E. il Sig. HELMUT SCHMIDT, Cancelliere della Repubblica Federale di Germania.

Lunedì, 9 Luglio 1979, S. A. Em.ma Fra' ANGELO DE MOJANA DI COLOGNA, Gran Maestro del Sovrano Militare Ordine di Malta, con i Membri del Consiglio.

Martedì, 10 Luglio 1979, S. E. il Sig. WILFRIED MARTENS, Primo Ministro del Belgio.

Mercoledì, 11 Luglio 1979, S. E. il Sig. LEOPOLD SEDAR SENGHOR, Presidente della Repubblica del Senegal.

Giovedì, 12 Luglio 1979, S. E. il Sig. JULIUS K. NYERERE, Presidente della Repubblica di Tanzania.

Venerdì, 13 Luglio 1979, S. E. il Sig. JOSEPH ISSOUFOU CONOMBO, Primo Ministro dell'Alto Volta.

Sabato, 14 Luglio 1979, S. E. il Generale ZIAUR RAHMAN, Presidente della Repubblica Popolare del Bangladesh.

Lunedì, 27 Agosto 1979, S. E. il Sig. Luis CABRAL, Presidente del Consiglio di Stato della Repubblica di Guinea-Bissau.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con suo Chirografo il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

1 luglio 1979. L'Em.mo Signor Cardinale Agostino Casaroli, *Segretario di Stato, Prefetto del Consiglio per gli Affari Pubblici della Chiesa* e *Presidente della Pontificia Commissione per lo Stato della Città del Vaticano.*

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

1 luglio 1979. L'Em.mo Signor Cardinale Giuseppe Caprio, *Presidente dell'Amministrazione del Patrimonio della Sede Apostolica.*

12 luglio 1979. S. E. Mons. Giuseppe Tomko, Arcivescovo tit. di Doclea, *Segretario Generale del Sinodo dei Vescovi.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

12 luglio 1979. Mons. Marcello Costalunga, *Sotto-Segretario della S. Congregazione per i Vescovi.*

Protonotari Apostolici soprannumerari:

2	maggio	1979.	Mons. Lucchesi Giovanni (Faenza).
»	»	»	Mons. Tampieri Giacomo (Faenza).

Prelati d'Onore di Sua Santità:

25	febbraio	1979.	Mons. Biser Eugen (Freiburg im Br.).
»	»		Mons. Walter Eugen (Freiburg im B.).
26	marzo	»	Mons. Herrmann Rudolf (Freiburg im Br.)
»	»	»	Mons. Lehmann Karl (Freiburg im Br.).
28	»	»	Mons. Brenner Matthias (München und Fr.).
»	»	»	Mons. Henrich Franz (Speyer).
»	»	»	Mons. Leciejwski Stefan (Poznan).
2	maggio	»	Mons. Horan James (Tuam). -
9	maggio	»	Mons. Concannon Edward (Toowoomba).
10	»	»	Mons. Tomichek George W. (Dipolog).
6	giugno	»	Mons. Bozzuffi Antonio (Piacenza).
18	»	»	Mons. Backis Audrys Jouzas (Kaunas).
22	»	»	Mons. Monterisi Francesco (Bisceglie).

Cappellani di Sua Santità:

17	marzo	1979.	Il sac. Gessel Wilhelm (München und Fr.).
26	»		Il sac. Völker Franz (Freiburg im Br.).
28	»	»	Il sac. Aigner Jakob (München und Fr.).

28	marzo	1979.	Il sac. Gravante Ernesto (Calvi e Teano).
»	»	/ »	Il sac. Kell Michael (München und Fr.).
»		»	Il sac. Streber Hermann (München und Fr.).
10	maggio	»	Il sac. Lari Maris (Volterra).
12	»		Il sac. Baroni Armando (Reggio Emilia).
6	giugno	»	Il sac. Costa Renato (Piacenza).
»		»	Il sac. Pallaroni Teodoro (Piacenza).
»		»	Il sac. Risposi Enrico (Piacenza).
»	»	»	Il sac. Rossi Giuseppe (Piacenza).
11	giugno	»	Il sac. Mercalli Federico (Novara).
18	giugno	»	Il sac. Dziwisz Stanislaw (Krakow).
»	»		Il sac. Rakoczy Tadeusz (Krakow).

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha conferito :

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

1	giugno	1979.	Al sig. Forjaz Trigueiros Miguel *(Portogallo).*
18	»	»	Al sig. Griffi Filippo *(Italia).*

La Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

29	maggio	1979.	Al sig. Arrostuto Tommaso (Roma).

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, elasse civile:

12	febbraio	1979.	Al sig. D'Hont Maurice (Anvers).
6	marzo	•»	Al sig. Bisofii Giulio (Verona).
20	»	»	Al sig. Schömann Johannes (München und Fr.).
2	aprile		Al sig. Niedballa Rudolf (Köln).
22	»	»	Al sig. Boylan Roy (Sydney).
14	maggio	»	Al sig. Yoshikawa Takeo *(Giappone).*
22	»	»	Al sig. Dédéyan Christian *(Esarcato Armeno in Francia)*
29		»	Al sig. De Biagi Mario (Roma).
»	»	»	Al sig. Ordoñez Joaquín (Bogotá).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, elasse civile

20	marzo	1979.	Al sig. Marx Hans Albert (München und Fr.).
»		»	Al sig. Valdstein-Wartenberg Graf Heinrich (München und Fr.).
»	»	»	Al sig. Wildmoser Sebastiano (München und Fr.).
10	aprile		Al sig. Limpo Fortunato (Malolos).
29	maggio	»	Al sig. Nosello Aldo (Roma).

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

20	marzo	1979.	Al sig. Böck Anton (München und Fr.).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

25 febbraio 1979. Al sig. De Vries Gubert (Anvers).
28 marzo 1979. Al sig. Montani Massinissa (Massa Marittima-Piombino).
» » » Al sig. Zagni Luigi (Firenze).
9 maggio » Al sig. Rosa Carlo (Siena).
22 maggio » Al sig. Maguarían Antoine *(Esarcato Armeno in Francia)*.
18 giugno » Al sig. Coralli Primo (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

10 marzo 1979. Al sig. Gondrie Josephus Johannes (Bois-le-Duc).
20 » » Al sig. Nittner Ernest (München und Fr.).
28 » » Al sig. Ovidi Benito (Massa Marittima-Piombino).
10 aprile 1979. Al sig. Canart Marcel (Malines-Bruxelles).
» » » Al sig. De Kempeneer Ludo (Malines Bruxelles).
» » » Al sig. Plasman Marcel (Malines-Bruxelles).
14 aprile » Al sig. Ombeck Leo (Essen).
22 » » Al sig. Horion Guillaume (Liège).
10 maggio » Al sig. Cianferotti Garrone (Volterra).
» » » Al sig. Rossetti Sergio (Volterra).
29 maggio » Al sig. De Simone Enrico (Roma).
18 giugno » Al sig. Badia Pio (Roma).
» » » Al sig. Cotta Flaviano (Roma).
» Al sig. Repetti Giovanni (Roma).
30 giugno 1979. Al sig. Fanali Mario (Roma).

NECROLOGIO

12 maggio 1979. Mons. Antonio Rocca, Vescovo tit. di Augusta.
3 luglio » Mons. Olimpo Santiago Maresma, Arcivescovo di Mendoza *(Argentina)*.
6 » » Card. Antonio M. Barbieri, Arcivescovo già di Montevideo *(Uruguay)*.
» » » Mons. Edward Ellis, Vescovo già di Nottingham *(England)*.
10 » » Mons. Adrianus Djajasepoetra, Arcivescovo già di Jakarta *(Indonesia)*.
12 » » Mons. Karl W. Vervoort, Vescovo tit. di Barica, Vicario Apostolico già di Pilcomayo *(Paraguay)*.
16 » » Card. James F. Mclntyre, Arcivescovo già di Los Angeles *(U.S.A.)*.
21 » » Mons. Mulolwa Songolo, Vescovo già di Kalemie-Kirungu *(Zaïre)*.

Recens tantum nuntiatum est decessisse, anno 1972, Iosephum Ceuzisce, Archiepiscopum Nanciamensem *(China)*; anno autem 1973, Pacificum Ly-Hsüan-te, Episcopum Iennganensem atque Administratorem Apostolicum Singanensem *(China)*.

An. et vol. LXXI **30 Septembris 1979** **N. 12**

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: **Palazzo Apostolico - Città del Vaticano** — *Administratio:* **Librerìa Editrice Vaticana**

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

SANCTI THOMAE IN ARGENTINA

Nonnullis territoriis ab Ecclesiis Corrientensi atque Goyanensi detractis, nova conditur dioecesis « Sancti Thomae in Argentina » appellanda.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Romani est Pontificis, omnium Ecclesiarum bono divino mandato providentis, illas Episcoporum audire preces quae potissimum ad Christifidelium sibi commissorum adiumenta ferenda dirigantur. Qua re, cum Venerabiles Fratres Georgius Emmanuel López, Archiepiscopus Corrientensis, et Albertus Devoto, Episcopus Goyanensis, Episcoporum Argentina Conferentia audita, ab hac Sede postulaverint ut e quibusdam Ecclesiarum suarum distractis territoriis nova dioecesis constitueretur, Nos, re mature perpensa atque sententia rogata Venerabilis Fratris

Pii Laghi, Archiepiscopi titulo Maurianensis, in Republica Argentina Apostolici Nuntii, sequentia decernimus. Ab Ecclesiis Corrientensi atque Goyanensi territorium separamus quod complectitur plagas seu ((Departamentos » quae vulgari sermone cognominantur : Ituzaingó, Santo Tomé, General Alvear, San Martín et Paso de los Libres, intra fines civilis provinciae « Corrientes » exstantes et ex his plagis novam condimus dioecesim nomine S. Thomae in Argentina, iisdem circumscribendam finibus quibus plagae seu « Departamentos », quas diximus, in praesens terminan tur. Sedem conditae dioecesis in urbe vulgo Santo Tomé nuncupata ponimus, episcopalis magisterii cathedram in templo paroeciali Immaculatae Conceptionis B.M.V, eadem in urbe exstante, quod ad cathedralis dignitatem evehimus, cum debitis iuribus et privilegiis, quae quidem et Episcopo concedimus, impositis insuper congruis obligationibus et officiis. Eandem suffraganeam facimus metropolitanae Sedi Corrientensi, sicut eius Episcopum Metropolitae. Statuimus etiam ut Canonicorum Collegium condatur, ad aliarum Litterarum normas; interim, Consultores dioecesani eligantur qui Episcopum consilio et opera iuvent. Mensam episcopalem efficient Curiae emolumenta, fidelium oblationes et portio bonorum, ei obveniens ad normam canonis 1500 C.I.C., quae hucusque ad episcopales mensas Corrientensem et Goyanensem pertinuerunt. Seminarium aedificetur, et alumni iuxta leges iuris communis Ecclesiae instituantur, ratione habita tum Decreti « Optatam totius » Concilii Vaticani II, tum etiam eorum quae Sacra Congregatio pro Institutione Catholica de hac re iusserit. Selecti seminarii alumni, philosophicis et theologicis imbuendi disciplinis, necnon sacerdotes acta studia perfecturi Romam mittantur in Pontificium Collegium Pianum Latinum Americanum. Quod attinet ad novae Ecclesiae regimen, administrationem, Vicarii Capitularis electionem, Sede vacante, hisque similia, leges ecclesiasticae serventur. Dioecesi Sancti Thomae in Argentina rite constituta, sacerdotes ei addicantur, in qua beneficium vel officium habeant, ceteri vero sacerdotes, clerici seminariique tirones ei, in qua legitime degant. Acta et documenta novam dioecesim respicientia a Curiis Corrientensi et Goyanensi ad Curiam Sancti Thomae in Argentina transferantur, in tabulario custodienda. Haec quae statuimus ad effectum adducat Venerabilis Prater Pius Laghi, quem diximus, vel ab eo delegatus sacerdos; actae denique rei documenta sinceris exemplis ad Sacram Congregationem pro Episcopis mittantur. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die tertio mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo nono, Pontificatus Nostri primo.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI
a Publicis Ecclesiae Negotiis

© SEBASTIANUS Card. RAGGIO
S. Congr. pro Episc. Praefectus

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*
Angelus Lanzoni, *Proton. Apost. s. n.*

Loco £ß Plumbi
In Secret. Status tab., n. 21087.

II

RURKELAENSIS

Civili regione vulgo « Sundargarh » a dioecesi Sanxbalpurensi distracta, nova conditur in India dioecesis nomine « Rurkelaënsis ».

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum cordi potissimum Nobis sit opus evangelizationis ubique terrarum quam expeditissimum reddere, idcirco Nos, ratam habentes sententiam Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide praepositorum, quae et votis congruit eorum quorum res interest, novam dioecesim ex civili Indiae regione « Sundargarh)) condendam esse censemus. Per has igitur Litteras, Apostolica potestate Nostra expeditas, haec Nos decernimus atque iubemus. A dioecesi Sambalpurensi civilem regionem « Sundargarh » seiungimus eademque novam erigimus dioecesim nomine Rurkelaènsem, quam Ecclesiae Metropolitanae Cuttackensi-Bhubanesvarensi sufrraganeam constituimus, simul autem statuentes ut novae dioecesis cathedra episcopalis in principe urbis « Rourkela » appellatae sacra aede collocetur utque pro Canonicis Consultores dioecesani, iure quidem electi, ibi instituantur. Mandamus praeterea ut documenta omniaque acta ad novam dioecesim pertinentia rite exarentur certaque eorum exempla, sueto more signata sigilloque impressa, ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione seu

de Propaganda Fide cito transmittantur. Quae hic praescripsimus exsequatur Venerabilis Frater Lucianus Storero, Archiepiscopus titulo Tigimmensis atque Apostolicus in India Pro-Nuntius, qui a Nobis est deputatus et facultatibus huius mandati causa instructus, haud excepta facultate eiusdem officii alicui presbytero subdelegandi. Has Nos Apostolicas Litteras sive nunc sive in posterum ratas esse volumus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quarto mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo undeoctogesimo, Pontificatus Nostri primo.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI
a Publicis Ecclesiae Negotiis

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gent. Evang. seu de Prop. Fide Praefectus

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*
Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Loco Cf Plumbi
In Secret. Status tab., n. 20^20.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Templum abbatiale atque paroeciale Schyrense, quod in archidioecesi Monacensi atque Frisingensi exstat, ad honorem Basilicae Minoris tollitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Qui divino consilio munere fungimur summi dominici gregis Episcopi cunctaeque catholicae familiae patris, quae sane quovis modo fidelium pietatem augere cognovimus aut animis sanctam instillare religionem intelleximus, et profecto seu Ipsi facimus, si res ferat, seu libentissime ab aliis fieri patimur. Qui enim ut Petrus, Apostolorum princeps, gregem pascendum suscepimus, eius Nos utilitatibus, quantum humana fragilitas sinit, die nocte invigilamus. Qua re, cum Venerabilis Frater Noster Iosephus S. R. E. Cardinalis Ratzinger, Archiepiscopus Monacensis et Frisingensis, suo clerique fideliumque nomine iam a Nobis petierit ut templum abbatiale simulque paroeciale quod in loco Schyren exstat, in suo territorio, ad dignitatem Basilicae Minoris eveheremus, Nos, sive ad antiquitatem,

sive ad historiam, sive ad artem, qua nitet, sive denique ad momentum templi singulare respicientes, ob reliquias Sanctissimae Crucis insignis, cetera; quae a Sacra Congregatione pro Sacramentis et Cultu Divino sunt acta probantes, expostulationem tam Venerabilis Fratris aequo animo admittimus. Placet ergo templum, de quo sermo habitus est, ad Basilicae Minoris dignitatem tolli, cum iuribus ac privilegiis Liturgicis talium templorum propriis, servatis nempe iis quae Decretum « De titulo Basilicae Minoris » die vi mensis Iunii, anno MDCCCCLXVIII, factum servanda iubet. Quod felix faustumque sit. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub Anulo Piscatoris, die xxv mensis Iunii, anno MDCCCCLXXVIIII, Pontificatus Nostri primo.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a Publicis Ecclesiae Negotiis*

Loco £ß Sigilli

In Secret. Status tab. n. 19276
Signatum hoc breve et expeditum d. 18 m. sept. a. 1919.

II

Templum in Tuamensi archidioecesi Beatae Mariae Virgini sub titulo « Our Lady at Knock » dicatum ad gradum et dignitatem Basilicae Minoris evehitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Abunde constat quam amanter iam dudum Tuamenses aliique Hiberniae filii Beatam Mariam Virginem venerentur quotque hinc atque illinc peregrinantes singulis annis soleant templum ei sub titulo « Our Lady at Knock » dicatum obire, religionis et implorationis causa. Quapropter, magnopere cupientes amorem Populi Dei in Christi Matrem confirmari et magis etiam excitari, nihil Nos morati sumus quo minus preces audiremus sacri Praesulis Ecclesiae Tuamensis, qui, communia cleri et fidelium vota expromens suis ipsius cumulata, nuper poposcit ut id templum, quod diximus, titulo Basilicae Minoris exornaremus. Nos itaque, sententiam Sacrae Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino ratam habentes, de potestate Nostra Apostolica perpetuumque in modum per has Litteras templum istud praeclarum in memorata archidioecesi Tuamensi exstans Beataeque Mariae Virginis sub titulo « Our Lady at Knock » sacrum ad

dignitatem et honorem Basilicae Minoris libenter evehimus cunctisque iuribus insignimus atque liturgicis concessionibus, quae omnium cathedralium templorum sunt propria ; iis tamen servatis, de quibus cautum est per Decretum « De titulo Basilicae Minoris », die vi mensis Iunii anno MCMLXVIII evulgatum. Contrariis quibuslibet haud obstantibus. Ceterum volumus ut hae Litterae Nostrae religiose observentur suosque sive nunc sive in posterum habeant effectus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xvm mensis Iulii, anno MCMLXXIX, Pontificatus Nostri primo.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a Publicis Ecclesiae Negotiis*

Loco £ß Sigilli
In Secret. Status tab., n. 2018S.

III

Nuntiatura Apostolica in Civitate Bahamensi conditur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Quae sive Catholicae fidei incremento sive publicis necessitudinis rationibus inter Apostolicam hanc Sedem et Civitates haud parvam utilitatem esse allatura videntur, ea studemus quam diligentissime prosequi. Qua re, cum Civitas Bahamensis et eadem Apostolica Sedes desideravissent quo arctioribus amicitiae vinculis coniungerentur, peropportunum Nobis visum est in ea Nuntiaturam Apostolicam constituere. Nos igitur, certa scientia ac matura deliberatione, harum Litterarum vi Nuntiaturam Apostolicam in Civitate Bahamensi condimus eidemque omnia et singula deferimus iura, privilegia, honores et praerogativas, quae huiusmodi Legationum sunt propria. Quae vero per praesentes Litteras statuimus firma sint plane sive nunc sive in posterum, ac vim suam habeant, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxvii mensis Iulii, anno MCMLXXIX, Pontificatus Nostri primo.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a Publicis Ecclesiae Negotiis*

Loco £ß Sigilli
In Secret. Status tab., n. 21290.

IV

Templum cathedrale dioecesis Galvestoniensis-Houstoniensis ad gradum Basilicae Minoris evehitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Cum cathedrale dioecesis Galvestoniensis-Houstoniensis templum ut ad Basilicae Minoris gradum tolleretur petiisset Venerabilis Frater Ioannes Morkovsky, eiusdem Ecclesiae Episcopus, probe Nos censuimus iis votis et precibus faveri posse. Namque exoptata huiusmodi dignitatis accessio non solum vota sacri ipsius Praesulis, cleri ac populi explere videtur, sed etiam catholicarum rerum inceptorumque pastoralium auctum afferre et alere. Quapropter, audita hoc super negotio sententia Sacrae Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino, apostolica Nostra potestate atque harum Litterarum vi, cathedrale templum Galvestoniense-Houstoniense ad gradum et dignitatem Basilicae Minoris evehimus, omnibus adiectis iuribus et privilegiis liturgicis, quae sacris aedibus hoc titulo insignibus competunt, servatis tamen iis quae servanda sunt iuxta decretum « De titulo Basilicae Minoris », die sexto mensis Iunii datum, anno millesimo nongentesimo sexagesimo octavo. Ceterum volumus ut Apostolicae hae Litterae religiose serventur suosque effectus nunc et posthac habeant. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die II mensis Augusti, anno MCMLXXIX, Pontificatus Nostri primo.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI. *a Publicis Ecclesiae Negotiis*

Loco ffi Sigilli
In Secret. Status tab., n. 21530.

V

Sacra aedes in dioecesi S. Marci Argentanensis Beatae Mariae Virginis Nativitati dicata, quae vulgari sermone « Maria Santissima del Pettoruto » cognominatur, ad gradum et dignitatem Basilicae Minoris evehitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Innúmera fere sunt templa a populo Christiano toto terrarum orbe per labentem saeculorum cursum ad

praecelsae Dei Genetricis honorem dicata. Inter quae Nos potissimum iuvat hodie singulari cogitatione memorare templum vulgo « Maria Santissima del Pettoruto » appellatum, in Ecclesiae S. Marci Argen tanensis finibus positum, quod arte museisque operibus decorum ac sollemnibus sacris insigne, plurimi Christifideles regionis Calabriae frequentant, ut a tam benignissima Matre salutare sive animi sive corporis postulent adiumentum. Omnibus insuper sanctuarium istud visitantibus Decessores Nostri Callistus III et Pius X particulares indulgentias sunt largiti atque sacrum eiusdem Beatissimae Virginis simulacrum, ibi magna in veneratione habitum, anno millesimo nongentesimo tertio, de Petriani Canonicorum Collegii sententia, praestanti est diademate redimitum. Quam ob rem, quoniam Venerabilis Frater Aeneas Selis, Archiepiscopus Consentinus atque olim Administrator Apostolicus S. Marci et Bisinianensis, suo suique cleri ac populi nomine, ab hac Sede Apostolica petiit ut templum, quod diximus, Basilicae Minoris dignitate honestaretur, Nos, eius preces cupientes exaudiré Pastoris, iis probatis quae Sacra Congregatio pro Sacramentis et Cultu Divino censuerit, harum Litterarum vi ac perpetuum in modum, Apostolica Nostra potestate templum Nativitati Beatae Mariae Virginis dicatum atque vulgari sermone <(Maria Santissima del Pettoruto » nuncupatum, in pago vulgo S. Sosti dioecesis S. Marci Argentanensis exstans, ad Basilicae Minoris gradum et dignitatem evehimus, omnibus datis iuribus et privilegiis liturgicis, quae templis hoc nomine insignibus competunt; servatis tamen iis quae iuxta decretum « De titulo Basilicae Minoris *y*>, die sexto mensis Iunii, anno millesimo nongentesimo sexagesimo octavo datum, servanda sunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Ceterum volumus ut hae Litterae Nostrae religiose serventur ac sive nunc sive in posterum suos effectus habeant.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xvn mensis Augusti, anno MCMLXXIX, Pontificatus Nostri primo.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a Publicis Ecclesiae Negotiis*

Loco ©Sigilli
In Secret. Status tao., n. 21885.

HOMILIAE

I

In sollemnitate Corporis et Sanguinis Christi, in area ante Basilicam Lateranensem patente habita inter Missarum sollemnia.*

Dilettissimi Fratelli e Sorelle!

1. Siano oggi brevi le mie parole. Parli invece a noi la festa stessa,. l'Eucaristia stessa nella pienezza della sua espressione liturgica.

Ecco, stiamo per celebrare sul sagrato della Basilica di san Giovanni in Laterano, della cattedra del Vescovo di Roma, il Santissimo Sacrificio, per procedere poi, alla fine, in processione, alla Basilica di Santa Maria Maggiore sull'Esquilmo.

In questo modo vogliamo mettere insieme, in un solo atto liturgico,, il culto del Sacrificio e il culto dell'adorazione, così come lo esigono da noi la solennità odierna e la tradizione secolare della Chiesa.

2. Desideriamo annunziare all'Urbe e all'Orbe l'Eucaristia, cioè la Gratitudine. Questo Sacramento è il segno della gratitudine di tutto il creato per la visita del Creatore. Questo Sacramento è il segno della gratitudine dell'uomo perché il Creatore è diventato creatura; perché Dio è diventato Uomo, perché « ha preso il corpo umano dalla Genitrice Vergine Immacolata », per elevare di nuovo noi uomini al Padre ; per fare di noi i Figli di Dio.

Desideriamo quindi annunziare e cantare con la bocca, e ancora di più confessare col nòstro cuore umano, la gratitudine per il Sacramento del Corpo e del Sangue di Dio, con il quale Egli nutre le nostre anime e rinnova i nostri cuori umani.

3. Desideriamo poi annunziare all'Urbe e all'Orbe l'Eucaristia come il segno di Alleanza, che Dio ha concluso irreversibilmente con l'uomo mediante il Corpo e il Sangue del Suo Figlio.

Questo Corpo è stato esposto alla passione e alla morte. Ha condiviso la sorte terrestre dell'uomo dopo il peccato originale. Questo Sangue è stato versato per sigillare la Nuova Alleanza di Dio con l'uomo : l'alleanza di grazia e di amore, l'alleanza di santità e di verità. Noi siamo partecipi di questa Alleanza ancora più che il Popolo di Dio dell'Antica Legge. Oggi vogliamo quindi dare una testimonianza davanti a tutti gli uomini.

* **Die 17 *m.* iunii a. 1979.**

Eppure per tutti gli uomini Dio si è fatto uomo. Per tutti Cristo è morto e risorto. Tutti, infine, sono stati chiamati al Banchetto delPeternità. E qui sulla terra il Dio Signore invita ognuno dicendo : « Prendete e mangiate ... Prendete e bevete ! ... per non fermarvi sulla strada ! ».

4. Infine desideriamo all'Urbe e all'Orbe annunziare l'Eucaristia come Segno dell'adorazione dovuta a Dio solo. Quanto ammirabile è il nostro Dio ! Colui che nessun intelletto è in grado di abbracciare e di adorare a misura della Sua santità. Colui che nessun cuore è in grado di amare a misura del Suo amore.

Quanto è mirabile quando vuole che lo abbracciamo, lo amiamo e lo adoriamo, secondo la dimensione umana della nostra fede, sotto le specie del Pane e del Vino !

5. Accetta, Cristo Eucaristico, questa espressione dell'adorazione e dell'amore, che la Chiesa Ti rende mediante il ministero del Vescovo di Roma, successore di Pietro. Sii adorato per la memoria di tutti i miei Predecessori, che Ti hanno adorato dinanzi agli occhi dell'Urbe e dell'Orbe.

Alla fine della liturgia odierna, Ti riceva, dalle nostre mani sul sagrato del suo tempio, la Tua Madre Santissima che a Te, Eterno Figlio del Padre, ha dato il corpo umano :

((Ave, verum corpus, natum ex Maria Virgine. Vere passum, immolatum in cruce pro homine; esto nobis praegustatum mortis in examine ! ».

« Salve, o vero Corpo, nato dalla Vergine Maria, che veramente hai patito e sei stato immolato sulla Croce per l'umanità; sii da noi pregustato quando giungerà la prova della morte!».

Amen.

II

In sacra aede Xystina habita ad Archiepiscopos et Episcopos Europae, occasione oblata eorum IV Coetus in urbe Roma celebrati.*

Cari Fratelli!

1. Esprimo cordiale e sincera gioia per il nostro incontro. È gioia, questa, soprattutto perché l'incontro si svolge nel quadro del Simposio sul tema : ((I giovani e la fede ».

Ricordo il Simposio precedente, del 1975, in cui ebbi la fortuna di

* **Die 20 m. iunii a. 1979.**

partecipare attivamente come uno dei relatori. In pari tempo desidero esprimere la mia letizia di incontrarmi oggi con voi, concelebrando la Santa Eucaristia. Spero che in questa comunione, nella quale si esprime nel modo più pieno e profondo la nostra unità sacerdotale ed episcopale, riceveremo maggior luce e forza di Spirito Santo da Cristo-Principe dei Pastori, che come unico ed Eterno Sacerdote è anche unica fonte e fondamento di questa unità, che manifestiamo e viviamo nella concelebrazione eucaristica.

Di tale luce e forza dello Spirito di Cristo abbiamo tanto bisogno per tutti i compiti che derivano dalla nostra missione — ad esempio nell'ambito del tema del vostro Simposio : la gioventù — ma non esclusivamente; il complesso di quei compiti, tutta la nostra missione, esigono una qualche grazia particolare affinché sappiamo venire incontro con esatta e piena rispondenza ai segni dei tempi, che costituiscono il salvifico ((kairos » degli europei e del continente che rappresentiamo e al quale siamo inviati come successori di quegli Apostoli, di quei nunzi del Vangelo, dai quali prende inizio la storia d'Europa dopo Cristo.

2. Il vostro incontro — e quindi anche la nostra odierna concelebrazione eucaristica — affonda le radici in quel fausto pensiero del Vaticano II che ricorda ai Vescovi di tutta la Chiesa il carattere collegiale del ministero da loro esercitato. Per l'appunto, da tale pensiero, espresso con la più grande precisione dottrinale nella Costituzione dogmatica « Lumen gentium », trae origine una serie di istituzioni e di iniziative pastorali, che già oggi testimoniano la nuova vitalità della Chiesa e certamente nel futuro costituiranno il fondamento dell'ulteriore rinnovamento della sua salvifica missione, nella varietà delle dimensioni e delle sfere d'azione.

Nel dirlo, ho ancora negli occhi la meravigliosa assemblea dei Vescovi della Chiesa dell'America Latina, che ho avuto la fortuna di inaugurare il 28 gennaio del corrente anno a Puebla, in Messico. La medesima assemblea era frutto di una sistematica collaborazione di tutte le Conferenze Episcopali di quell'immenso continente, in cui attualmente abita quasi la metà dei cattolici di tutto il globo. Sono Episcopati di varia rilevanza numerica, alcuni molto numerosi, come soprattutto quello del Brasile che da solo conta più di 300 Vescovi. La metodica collaborazione di tutte le Conferenze Episcopali dell'America Latina ha il suo appoggio nel Consiglio comunemente noto sotto il nome

di CELAM, che consente alle dette Conferenze di rileggere insième i compiti, che si prospettano ai Pastori della Chiesa in quel grande continente, così importante per l'avvenire del mondo.

cheseos in essentialibus rebus innixae simulque popularis, utentis gestibus verbisque simplicibus, corda hominum facile moventis. Horum ergo duorum Pontificum veluti hereditatem adeuntes, expostulationi satisfacimus, quam Episcopi exeunte quarto Coetu generali Synodi expressis verbis edixerunt, cui etiam Paulus Pp. VI morem gessit in extremo eiusdem conventus sermone.[8] Hoc vero eo etiam consilio facimus, ut muneris Nostri apostolici gravissimum tueamur officium. Nos enim, sive sacerdotis sive Episcopi munus gerentes, ad catechesim summa semper sollicitudine respeximus.

Valde ergo exoptamus, ut Adhortatio haec Apostolica, quam universae adhibemus Ecclesiae, soliditatem fidei atque christianae vitae confirmet, novum vigorem inceptis indat, quae fiunt, stimulos animis addat ad novas hac in re rationes, necessaria quidem servata vigilantia, inveniendas, atque conferat ad diffundendum inter communitates christianas gaudium quod mysterium Christi cum mundo valent communicare.

I

5. Quartus Coetus generalis Synodi Episcoporum saepe in luce collocavit omnem veri nominis catechesim esse ***christocentricam.*** Quare binas huius vocis significationes retinere possumus, utpote quae neque sibi invicem adversentur neque se impediant, sed potius revocent atque compleant.

Ilico ergo affirmandum est in ipsa catecheseos intima ratione hanc potissimum personam inveniri: Iesu Christi Nazareni, « Unigeniti a Patre, pieni gratiae et veritatis » ;[9] qui passus ac pro nobis mortuus est; quique iam, quandoquidem resurrexit, vivit semper nobiscum. Ipse est « via, veritas et vita » ;[10] christiana vero conversatio in hoc est posita, ut eum sequamur, continetur videlicet « sequela Christi ».

Obiectum essentiale et primarium catecheseos est — ut verbo

[8] Cf. *AAS* 69 (1977), p. 633.
[9] Cf. *Io* 1, 14.
[10] *Io* 14, 6.

utamur sancto Paulo ac theologis horum temporum probato — ((mysterium Christi ». Catechesim tradere idem est ac quodam modo aliquem adducere, ut hoc mysterium, ad omnes eius facies quod attinet, perscrutetur : « illuminare omnes quae sit dispensatio mysterii ... comprehendere cum omnibus sanctis quae sit latitudo et longitudo et sublimitas et profundum, scire etiam supereminentem scientiae caritatem Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem Dei ».[11] Hoc igitur idem valet ac patefacere in Christi persona universum Dei consilium aeternum, quod in ea est impletum ; idem ac sensum gestuum et verborum Christi comprehendere studere necnon signorum, quae ipse perpetravit, siquidem ea mysterium illius continent et ostendunt. Si ita accipitur, catechesis terminali ratione eo pertinet, ut quis non solum Iesum Christum contingat, sed etiam ad communionem cum eo, immo ad intimam familiaritatem perveniat; ipse enim solus conducere aliquem potest ad amorem Patris in Spiritu et ad Sanctissimae Trinitatis vitam participandam.

6. ***Christocentrismus*** vero in catechesi eo etiam spectat, ut quis per eam non quidem suam ipsius vel alterius magistri doctrinam tradere velit, sed doctrinam Iesu Christi, id est veritatem, quam nobiscum communicat, seu, quo accuratius dicamus, veritatem, quae ipse est.[12] Affirmari ergo oportet in catechesi Christum, Verbum incarnatum et Filium Dei, institutione tradi, cetera autem prout ad eum referantur; solum Christum docere, quemvis alium docentem ea dumtaxat ratione, qua eius sit nuntius seu interpres et qua Christus per huius os loquatur. Quilibet ergo catecheseos institutor, quodcumque officium in Ecclesia gerit, sollicite eo contendere debet, ut sua, quam impertit, disciplina suoque se gerendi modo doctrinam et vitam Christi traducat. Ne attentionem et obsequium mentis et cordis eius, qui catechizatur, ad se vel ad suas ipsius opinationes suumque mentis habitum astringat; potissimum vero ne suas

[11] *Eph* 3, 9. 18 s.
[12] Cf. *Io* 14, 6.

ipsius sententias vel optiones, quasi Christi doctrinam vitaeque documenta declarent, aliis imponat. Oportet ergo ad omnem catecheseos insti tutorem haec arcana verba Christi possint transferri: ((Mea doctrina non est mea sed eius, qui misit me».[13] Id ipsum sanctus Paulus fecit, cum summi momenti quaestionem pertractant: « Ego enim accepi a Domino, quod et tradidi vobis ».[14] Ad quam diligens studium verbi Dei, ab Ecclesiae Magisterio traditi, incumbere debet catecheseos institutor, quam intime cum Christo et Patre agere, quam assidue precibus fundendis vacare, quam abalienatus a semet ipso esse, ut dicere valeat: « Mea doctrina non est mea » !

7. Haec doctrina non est corpus veritatum abstractarum, sed communicatio viventis mysterii Dei. Nam tum excellentia eius, qui hoc docet in Evangelio, tum eius natura doctrinae longe antecedunt eiusmodi excellentiam et doctrinae naturam « magistrorum » in Israel, ob singularem necessitudinem in illo intercedentem inter ea, quae dicit, agit, est. Ex Evangelio autem luculenter nonnumquam apparet Iesum « docuisse ». « Iesus fecit ac docuit » : [15] per haec vero duo verba, quibus Actus Apostolorum inducuntur, sanctus Lucas coniungit simulque distinguit duo, quae in missione eminent Christi.

Profecto Christus docuit, et hoc est testimonium, quod de se ipso perhibuit: « Cotidie sedebam docens in templo ».[16] Hoc scilicet Evangelistae cum admiratione animadvertunt, quippe qui obstupefacti eum videant omni tempore et loco docentem, ac quidem cum auctoritate adhuc incognita.- « conveniunt iterum turbae ad eum, et, sicut consueverat, iterum docebat illos »; [17] ((et stupebant super doctrina eius: erat enim docens

[13] *Io* 7, 16. Hoc argumentum in Evangelio frequentatur: cf. *Io* 3, 34; 8, 28; 12, 49 s.; 14, 24; 17, 8. 14.

[14] *1 Cor* 11, 23: verbum «tradendi», quo in hoc loco S. Paulus utitur, in Adhoratione Apost. *Evangelii Nuntiandi* saepius adhibetur ad significandam actionem evangelizantis Ecclesiae, veluti in nn. 4, 15, 78, 79.

[15] *Act* 1, 1.

[16] *Mt* 26, 55; cf. *Io 18,* 20.

[17] *Me* 10, 1.

eos quasi potestatem habens ».[18] Id ipsum etiam inimici eius intellegunt, quamvis inde materiam capiant eum accusandi atque condemnandi : « Commovet populum docens per universam Iudaeam et incipiens a Galilaea usque huc! ».[19]

8. Qui ita docet, ei uni nomen « Magistri » merito tribuitur. Quoties haec appellatio ei in Novo Testamento, praesertim in Evangelio, inditur![20] Duodecim videlicet, ceteri discipuli, multitudo audientium voce admirationis, fiduciae, teneri affectus plena eundem appellant « Magistrum ».[21] Etiam ipsi Pharisaei, Sadducaei, legis doctores, Iudaei in universum hoc nomen ipsi non denegant : « Magister, volumus a te signum videre » ;[22] « Magister, quid faciendo vitam aeternam possidebo? ».[23] Verumtamen imprimis Iesus Christus ipse in temporis adiunctis peculiariter sollemnibus et significantibus Magistrum se nuncupat : « Vos vocatis me " Magister " et : " Domine et bene dicitis : sum etenim » ;[24] atque singularem rationem et indolem, sibi uni propriam, Magistri enuntiat: « unus enim est Magister vester, Christus **N** .[25] Quocirca intellegitur homines cuiusvis condicionis, generis, nationis per duorum fere milium annorum spatia, omnibus sermonibus usos, cum veneratione hoc nomine eum vocasse, suo quemque modo iterantes verba Nicodemi : « scimus quia a Deo venisti magister » ,[26]

Has ergo considerationes de catechesi in mundo nostri temporis tradenda ineuntes, iuvat Nos hanc imaginem Christi do-

[18] *Me* 1, 22; cf. etiam *Mt* 5, 2; 11, 1; 13, 54; 22, 16; *Me* 2, 13; 4, 1; 6, 2. 6; *Lc* 5, 3. 17; *Io* 7, 14; 8, 2, etc.

[19] *Lc* 23, 5.

[20] Sunt quinquaginta fere loci in quattuor Evangeliis, in quibus hoc nomen, ab universa traditione Iudaica acceptum sed nova significatione praeditum, Iesu Christo tribuitur, qui quidem ipse id crebro in lumine posuit.

[21] Cf., praeter alios, *Mt* 8, 19; *Me* 4, 38; 9, 38; 10, 35; 13, 1; *Io* 11, 28.

[22] *Mt 12,* 38.

[23] *Lc* 10, 25; cf. *Mt* 22, 16.

[24] *Io* 13, 13s.; cf. etiam *Mt* 10, 25; 26, 18 et locos similes.

[25] *Mt* 23, 8. S. Ignatius Antiochenus hanc locutionem resumens ita explanat: « (per quod [id est mysterium mortis Christi] mysterium) fidem accepimus, et propter quod hoc sustinemus, ut inveniamur discipuli Iesu Christi, solius doctoris nostri » *(Epistula ad Magnesios,* IX, 1: *FVNK* 1, p. 239).

[26] *Io* 3, 2.

centis in memoriam revocare, quae simul est maiestatis plena et familiaris, animum simul permovet blandeque confirmat; quae imago, tantopere studium excitans, ab Evangeiistis quasi delineata, postmodum, prioribus saeculis aetatis christianae, in iconographia est saepius expressa.[27]

9. Non sane obliviscimur, in haec animum intendentes, maiestatem Christi docentis itemque cohaerentiam atque vim persuadendi eius doctrinae ex eo manare quod eius tum verba tum parabolae tum disceptationes nequeant ab ipsius vita atque persona separari. Rem ita consideranti tota Christi vita apparebit perpetua quaedam institutio : silentia videlicet ipsius, signa, preces, amor erga homines, studium humilium atque pauperum singulare, sacrificium Crucis in hominum redemptionem plene susceptum, ipsa denique Resurrectio sunt effectio verbi atque consummatio Revelationis ipsius; quocirca Crucifixus evasit Christifidelibus imago pulcherrima atque notissima Christi Magistri.

Omnes autem hae considerationes, quae insunt in praeclaris Ecclesiae traditionibus, augent in nobis ardens studium in Christum, in Magistrum, qui Deum hominibus revelat pariterque hominem homini; qui servat, sanctificat, dirigit; qui vivit, loquitur, excitat, permovet, corrigit, iudicat, ignoscit, ambulat cotidie nobiscum per historiae iter; qui Magister venit ac veniet in gloria.

Quare catechistae, modo cum illo arctissime coniungantur, certe lumen ac vim haurient, ut catechesim ratione germana et optabili renovent.

[27] Imago Christi Doctoris, eum videlicet exhibens dum docet, iam in sacris cryptis Romanis invenitur. Multum vero frequentatur in operibus musivis arte Romana-Byzantina saeculo III et IV confectis. Fuit deinde simulacrum, quod artifices media aetate libentius efficiebant in magnis ecclesiis cathedralibus, Romanico vel Gothico structurae genere insignibus.

II

10. Christi docentis imago inhaeserat in mentibus duodecim Apostolorum ac priorum discipulorum; atque iussum: « Euntes ergo docete omnes gentes »,[28] omnem vitam illorum direxit. Cuius rei sanctus Ioannes testimonium affert in Evangelio suo, tum cum verba Iesu refert: « Iam non dicam vos servos, quia servus nescit quid faciat dominus eius: vos autem dixi amicos, quia omnia quaecumque audivi a Patre meo, nota feci vobis ».[29] Nam non sane ipsi consilium inierunt, ut sequerentur Iesum, sed Iesus elegit eos et apud se tenuit et, ante Pascha, constituit, ut irent et fructus afferrent, qui manerent.[30] Quae causa fuit, cur post Resurrectionem aperte mitteret eos, qui ex omnibus gentibus discipulos sibi asciscerent.

Totus autem liber Actuum Apostolorum testatur fideles illos acceptae vocationi missionique fuisse. Primae quidem communitatis christianae sodales fuerunt « perseverantes in doctrina Apostolorum et communicatione, in fractione panis et orationibus ».[31] Deprehenditur hic nimirum iam stabilis Ecclesiae imago, quae, e docentium Apostolorum fonte hauriens, ut nascitur atque nutritur continenter verbo Domini, sic illud celebrat in sacrificio eucharistico, eius testimonium perhibet in mundo per documenta caritatis.

Cum vero Apostolorum navitas in suspicionem cecidisset eorum adversariis, hi videlicet dolebant « quod docerent populum »[32] atque prohibebant, ne omnino loquerentur neque docerent in nomine Iesu.[33] Scimus autem, eadem in hac ipsa docendi provincia, Apostolos existimavisse iustum potius esse Deum quam homines audire.[34]

[28] *Mt* 28, 19.
[29] *Io* 15, 15.
[30] Cf. *Io* 15, 16.
[31] *Act* 2, 42.
[32] *Act* 4, 2.
[33] Cf. *Act* 4, 18; 5, 28.
[34] Cf. *Act* 4, 19.

11. Apostoli vero non dubitaverunt quin mature cum aliis ministerium apostolatus communicarent.[35] Qui praeterea successoribus suis docendi munus tradunt; et diaconibus ipsis, postquam-eos constituerunt, demandant: Stephanus, «plenus gratia et fortitudine », non cessat a docendo, Spiritus sapientia motus.[36] Ad hoc Apostoli « alios plures » discipulos sibi adiungunt [37] in munere docendi ; ac vel simplices christiani, quos turbo persecutionis disperserat, « pertransierunt evangelizantes verbum ».[38] Sanctus autem Paulus est praeco unus omnium praecipuus huius nuntii, ab urbe Antiochia usque Romam; ultimaque eius repraesentatio, quam Actus Apostolorum adumbrant, Romae commorantis, eum perhibet « praedicantem regnum Dei et docentem quae sunt de Domino Iesu Christo cum omni fiducia ».[39] Ceterum multae eius epistulae doctrinam ipsius continuant atque luculenter exponunt. Item Petri, Ioannis, Iacobi, Iudae epistulae testes sunt quae fuerit catechesis aetate apostolica.

Evangelia, quae priusquam litteris consignarentur, iam fuerant corpus quoddam doctrinae communitatibus christianis ore transmissae, in se ostendunt plus minusve manifesto structuram quandam catecheticam. Nonne narratio sancti Matthaei vocata est Evangelium catechistae et sancti Marci Evangelium catechumeni ?

12. Ecclesia autem prosequitur docendi munus Apostolorum eorumque priorum sociorum. Quoniam in dies ipsa se discipulam Domini facit, merito dicitur « Mater et Magistra »*f* siquidem a Clemente Romano usque ad Origenem [41] aetas Apo-

[35] Cf. *Act* 1, 25.

[36] Cf. *Act* 6, 8 ss. ; cf. etiam narrationem de Philippo, qui ministrum reginae Aethiopum catechizat: *Act* 8, 26 ss.

[37] Cf. *Act* 15, 35.

[38] *Act* 8, 4.

[39] Cf. *Act* 28, 31.

[40] Cf. Litt. Enc. *Mater et Magistra* Ioannis PP. XXIII {*AAS* 53 [1961], p. 401): Ecclesia est « mater », quia per baptismum indesinenter novos filios parit atque efficit, ut familia Dei crescat; est autem «magistra», quia curat, ut filii gratia baptismatis augeantur, quorum *sensum fidei* illa veritatibus fidei alit.

[41] Exempli causa memorantur: Epistula S. Clementis Romani ad Corinthios, Didache, Epistula Apostolorum, Opera S. Irenaei, Lugdunensis Episcopi *{Demonstra-*

stolos proxime subsecuta egregia opera peperit. Postea vero evenit quiddam animos permovens: videlicet Episcopi atque Pastores e potioribus, maxime saeculo III ac iv, munus ore docendi vel de re catechetica tractatus conscribendi officii sui episcopalis esse iudicant partem graviorem. Vigent tunc Cyrillus Hierosolymitanus, Ioannes Chrysostomus, Ambrosius, Augustinus ; eoque tempore e tot Patrum calamo ea scripta prodiere, in quae tamquam in praestantissima exemplaria intuemur.

Fieri autem non potest, ut hoc loco memoremus, ne brevissime quidem, quomodo catechesis disseminationem atque propagationem Ecclesiae sustentaverit, varias per aetates, in omnibus terris, condicionibus atque humani cultus formis tam diversis populorum. Atqui non obstantibus difficultatibus, sermo Dei cucurrit per saecula ac diffamatus et clarificatus est, iuxta Pauli Apostoli verba.[42]

13. Catecheseos ministerium novas semper vires traxit e Conciliis. Inter quae Tridentinum illud praebet luculentum exemplum : suis enim in constitutionibus ac decretis tribuit catechesi principatum; fons et origo fuit « Catechismi Romani », qui et ex eius nomine appellatur atque opus est praeclarissimum utpote summam praebens doctrinae christianae ac theologiae a maioribus traditae ad usum sacerdotum; qui in Ecclesia insignem rei catecheticae ordinationem excitavit, clericos ad exercendum officium catecheseos tradendae impulit; propter sollertiam theologorum sanctorum, quales fuerunt Sancti Carolus Borromaeus, Robertus Bellarminus, Petrus Canisius, effecit, ut catechismi ederentur, qui illis temporibus exempla veri nominis erant. Utinam Concilium Vaticanum II inflammare possit simile studium et opus hac nostra aetate!

Missiones sacrae pariter constituunt excellentem campum, ubi catecheseos opera valeat expleri. Sic post duo milia paene annorum Populus Dei nondum desiit in fide se ipse educare

tio Apostolicae Praedicationis et *Adversus haereses),* Tertulliani *(De baptismo),* Clementis Alexandrini *(Paedagogus),* S. Cypriani *(Testimonia ad Quirinum),* Origenis *(Contra Celsum),* etc.

[42] Cf. *2 Th* 3, 1.

secundum rationes, quae ad diversos credentium status multiplicesque opportunitates ecclesiales sunt aptatae.

Patet autem catechesim cum omni vita Ecclesiae arcte coniungi atque conecti. Ex ipsa enim potissimum pendet non solum disseminatio Ecclesiae per loca eiusque auctus per numeros, verum multo magis interius Ecclesiae incrementum eiusque convenientia cum Dei consilio. Ex nonnullis autem rebus experientia comprobatis, quas ex historia Ecclesiae hic commemorari placuit, plura documenta — praeter multa alia — digna sane sunt, quae in lumine ponantur.

14. Patet ante omnia catechesim semper fuisse sacrum Ecclesiae officium iusque perpetuum, a quo discedi non possit. Ex una parte est profecto officium ex Domini mandato natum, quod eos praesertim obstringit, qui Novo in Foedere acceperunt vocationem ad pastorum ministerium; ex altera vero parte licet de eo item loqui ut de iure; si enim rem theologicam consideramus, quisque baptizatus, ob ipsum suum baptismum, habet aequabiliter ius recipiendae ab Ecclesia institutionis et educationis, quae eum iuvet, ut ad veram christianam vitam perveniat. Quod vero ad hominis iura attinet, omni personae humanae est ius quaerendae veritatis religiosae libereque ad eam adhaerescendi — id est « omnes homines debent immunes esse a coercitione ex parte sive singulorum sive coetuum socialium et cuiusvis potestatis humanae, et ita quidem ut in re religiosa neque aliquis cogatur ad agendum contra suam conscientiam neque impediatur, quominus iuxta suam conscientiam agat ».[43]

Catechetica igitur opera se posse explicare debet inter adiuncta propitia — quod attinet ad tempora et loca, ad usum instrumentorum communicationis socialis, aptorum operis faciendi subsidiorum — sine ullo discrimine quoad parentes vel catechesim recipientes vel ipsos catechistas. In praesentia quidem hoc ius sine dubio magis agnoscitur, saltem secundum praecipua sua principia, quemadmodum declarationes aut conven-

[43] Conc. Oecum. Vat. II, Declaratio de libertate religiosa *Dignitatis Humanae,* n. 2: *AAS* 58 (1966), p. 930.

tiones internationales testantur, in quibus — quicumque sunt limites constituti — deprehendi potest vox conscientiae plurimorum sane temporis nostri hominum.[44] Attamen idem hoc ius sic multis in Civitatibus violatur, ut tradendam curare aut recipere catechesim fiat crimen poenae obnoxium. Cum vi ergo Nos, una cum Synodi Patribus, vocem tollimus adversus omne iniustum discrimen in illa catecheseos regione eodemque tempore vehementer iterum postulamus ab universis, ad quos pertinet, ut penitus desistant a cunctis coercitionibus, quae universim opprimunt humanam libertatem particulatimque libertatem religiosam.

15. Alterum deinde documentum afficit locum ipsum catecheseos in pastoralibus Ecclesiae propositis ac rationibus. Quanto enim magis Ecclesia tum localis tum universalis ostendit se primatum catechesi assignare — prae aliis scilicet operibus et inceptis etiam cum fructibus evidentioribus — tanto quidem magis in catechesi detegit confirmationem interioris vitae suae, uti communitatis credentium, et exterioris suae industriae, uti missionalis. Exeunte hoc vicesimo saeculo Ecclesia movetur a Deo ipsisque rerum eventibus — qui totidem sunt ab eo missae voces — ut suam redintegret fiduciam in catechetico opere collocatam quasi in parte sui muneris usquequaque vere praecipua. Incitatur Ecclesia, ut optimas suas opes catechesi reservet, homines videlicet et vires, nullis parcens conatibus, laboribus, subsidiis materialibus, quo melius ordinentur instituanturque idonei illius ministri. Neque haec sola aestimatio humana est, verum fidei affectio. Atque talis fidei affectio semper refertur ad Dei ipsius fidelitatem, qui numquam non respondet.

16. Tertium est hoc notandum documentum: fuit semper catechesis eritque opera, cuius officium in se recidere Ecclesia

[44] Cf. Declaratio universalis de iuribus hominis (Consilii Unitarum Nationum) 10 Dec. 1948, art. 18; Conventio Internationalis de iuribus civilibus et politicis (Consilii Unitarum Nationum) 16 Dec. 1966, art. 4; Actus finalis Conventus de Securitate et Cooperatione in Europa, par. VII.

universa sentire debet, immo et cupere. Singula tamen eius membra habent distincta omnino officia, quae ex cuiusque vocatione profluunt. Propter ipsum suum munus Pastores exercent in variis quidem ordinibus summam auctoritatem provehendae, dirigendae, apte componendae catecheseos. Romanus Pontifex vero, quod ad illum attinet, penitus novit graviores sibi in hoc negotio partes reservari; in quo munere gerendo, ut curis atque sollicitudinibus afficitur, ita gaudii atque spei invenit causam. Sacerdotes praeterea, religiosi atque religiosae sodales habent profecto in catechesi fertilem agrum apostolatus exercendi. Alio deinde in vitae statu parentes explent singulare officium. Magistri variique Ecclesiae ministri, catechistae ac reliqui ceterum curatores socialis communicationis — hi omnes in suo quisque gradu — implent admodum definita munia in credentium formanda conscientia, quae res tantam vim habet ad Ecclesiae vitam, ne loquamur de impulsu eius in societatis ipsius vitam. Unus profecto ex melioribus effectibus illius Coetus generalis Synodi, qui totus in catechesi versabatur, erit in universa Ecclesia ipsiusque singulis partibus exsuscitatio vivae et actuosae conscientiae circa istud multipliciter distinctum sed commune officium.

17. Denique catechesis indiget perpetuae renovationis in certa quadam amplificatione suae ipsius notionis et suis in paedagogicis rationibus, in conquisitione accommodati ad rem sermonis, fructuoso in usu recentium instrumentorum ad proprium nuntium transmittendum. Renovatio tamen ista non aequalem semper habet virtutem; et Synodi Patres pro rerum veritate — praeter progressionem, non infitiandam, in alacri actione catechetica et inceptis bonum portendentibus factam — agnoverunt limites atque etiam « defectus » eorum omnium, quae adhuc sunt patrata.[45] Qui quidem limites gravissimi fiunt, quotiens doctrinae integritatem in discrimen

[45] **Synodus Episcoporum,** ***De catechesi hoc nostro tempore tradenda praesertim pueris atque iuvenibus, Ad Populum Dei Nuntius,*** **nn. 1 et 4;** ***loc. cit.,*** **pp. 3-4 et 6-7; cf. diarium « L'Osservatore Romano » (30 Oct. 1977), p. 3.**

arcessunt. In Nuntio ad Populum Dei haec, ad catechesim quod pertinet, sunt in lumine posita: « Repetitio, in consuetudinem adducta, quae omni mutationi adversatur, et inconsiderata agendi ratio quae temere res aggreditur, eodem modo periculosae sunt Inveterata consuetudo tritaque via inertiam pariunt et torporem ac denique omnimodum impedimentum. Consilia vero capta ex tempore et sine ponderatione gignunt conturbationem in hominibus catechesim discentibus eorumque parentibus, si agitur de pueris, necnon errores omnis generis, solutionem et postremo prorsus interitum unitatis. Hinc vicissim interest, ut Ecclesia — nostris diebus haud secus ac fecit aliis historiae suae aetatibus — sapientiam, fortitudinem fidelitatemque evangelicam demonstret, dum catecheticae institutionis vias novas ac rationes exquirit inque actum deducit.

III

18. Sane catechesis non potest ab reliqua Ecclesiae actione sive pastorali sive missionali seiungi. Nihilominus quiddam proprium praebet, quod quartus Conventus generalis Synodi Episcoporum, dum parabatur atque dum continuabatur, est saepe scrutatus. Quaestio enim publicam etiam opinionem sollicitat, tum intra Ecclesiam, tum etiam extra eius saepta.

Non autem hic expedit, ut accuratam atque expressam catecheseos vim definitione declaremus, in ***Directorio Catechistico Generali*** iam satis expositam,[47] commissa peritis cura eius notionem altius perspiciendi atque delineandi.

Quare, quoniam in usu cotidiano magna est varietas mobilitasque casuum, placet hic simpliciter nonnulla in mentem revocare capita praecipua doctrinae — ceterum haec in Ecclesiae documentis solido pollent vigore — ad perfecte catechesim intellegendam, quibus sublatis fieri potest, ut quid sit catechesis quantique ponderis, non comprehendatur.

[46] *Ibid.*, n. 6: *loc. cit.*, pp. 7-8; cf. diarium «L'Osservatore Romano» (30 Oct. 1977), p. 3.

[47] Sacra Congregatio pro Clericis, *Directorium Catechisticum Generale*, nn. 17-35: *AAS* 64 (1972), pp. 110-118.

In universum amrmari potest catechesim esse educationem in fide impertiendam pueris, iuvenibus, adultis, potissimum per institutionem doctrinae christianae, quae plerumque cohaerenti fit via atque ratione, eo nempe consilio ut credentes christianae vitae plenitudini initientur. Quae quidem institutio plura elementa pastoralis missionis Ecclesiae continet, quae sane catechesim sapiunt quaeque vel eam praeparant vel ab illa manant, quamvis cum iisdem elementis illa haud plane coalescat. Sunt autem : prima Evangelii annuntiatio seu praedicatio missionalis per ***kerygma*** ad fidem excitandam; res apologetica seu inquisitio argumentorum, quae ad credendum moveant; exercitatio christianae vitae; celebratio Sacramentorum; plena communitatis ecclesialis participatio; testimonium demum vitae apostolicae atque missionalis.

Monemus imprimis catechesim et evangelizationem neque inter se seiungi neque opponi neque prorsus idem esse, sed intima quadam necessitudine inter se coniungi ac se mutuo complere.

Adhortatio Apostolica *Evangelii Nuntiandi,* die VIII mensis Decembris anno MCMLXXV edita, de evangelizatione in mundo huius temporis, haud immerito illustravit hanc ipsam evangelizationem — cui propositum est Bonum Nuntium ad totum genus humanum afferre, ut inde vivat — esse quiddam copiosum, multiplex, dynamicum, in elementis vel, si aptius videtur, momentis primariis et inter se distinctis consistens, quae oportet nos uno in hac re obtutu mentis complecti.[48] Sane catechesis est unum ex his totius cursus evangelizationis elementis.

19. Peculiaris indoles catecheseos, quae distinguitur a prima Evangelii annuntiatione, e qua conversio nata est, duplicem finem sibi proponit: ut ortam in animo fidem ad maturitatem adducat atque verum Christi discipulum formet, idque cogni-

[48] **Cf. nn. 17-24: *AAS* 68 (1976), pp. 17-22.**

tione subtiliore et magis ordinata personae atque doctrinae Christi, Domini nostri.[49]

In usu tamen cotidiano oportet haec docendi via, sane optima, huius rei habeat rationem: saepe primam evangelizationem impertitam non esse. Nam nonnulli pueri, in prima infantia baptizati, ad catechesim paroecialem accedunt, nullo adhuc modo fidei initiati neque ulla sua expressa et personali coniunctione cum Christo ducti, sed tantum credendi facultate praediti, baptismo et Spiritus Sancti praesentia in ipsos infusa; et sive praeiudicatae opiniones in familiis parum christianis receptae, sive educatio « positivismo », quem dicunt, imbuta, non paucos cito excitant difiidentis animi renisus. Alii etiam his adiunguntur pueri non baptizati, quorum parentes sero tantum institutioni religiosae assentiuntur, unde fit, ut ob causas in re positas ex magna parte eorum tempus catechumenale saepe in catechesi ordinaria peragatur. Multi postea, et adulescentes et adulescentiam vix attingentes, quamvis baptizati sint et ordinata catechesi instituti atque Sacramenta acceperint, diu haesitant num totam vitam suam Iesu Christo impendant, nisi forte, nomine libertatis suae, educationem religiosam vitare nituntur. Ipsi denique adulti a tentatione dubitandi vel fidem relinquendi, praesertim ob incredulam societatem, in qua versantur, nequaquam sunt tuti. Necesse scilicet est catechesis saepe non solum fidem curet alendam et docendam, sed continenter, adiuvante gratia, suscitandam; corda aperiat, convertat et sic efficiat, ut, si qui sint adhuc in limine fidei, toti Iesu Christo adhaereant. Haec cura modum, dicendi genus, methodum catecheseos ex parte moderatur ac dirigit.

20. Quod autem catechesi peculiariter est propositum, ea non minus contendere debet, ut, Deo auxiliante, fides adhuc initialis progrediatur et ut vita christiana fidelium cuiusque aetatis ad plenitudinem perducatur atque alatur cotidie. Id profecto

[49] Cf. Synodus Episcoporum, *De catechesi hoc nostro tempore tradenda praesertim pueris atque iuvenibus, Ad Populum Dei Nuntius,* n. 1: *loc. cit.,* pp. 3s.; cf. diarium «L'Osservatore Romano» (30 Oct. 1977), p. 3.

agitur, ut, sive in cognitione sive in usu, fidei semina, quae Spiritus Sanctus cum primo nuntio spargit et quae baptismate efficaciter transmittuntur, grandeseant.

Catechesis igitur eo spectat, ut intellectum mysterii Christi, verbo affulgente, promoveat, cuius luce homo totus imbuatur. Qui gratia transfiguratus in novam creatur am, incipit Christum sequi et in Ecclesia discit melius in dies cogitare ut ille, iudicare ut ille, agere ut illius poscunt mandata, sperare, quemadmodum ille nos invitat.

Quo accuratius rem declaremus, catechesis, in toto evangelizationis opere, eo nititur, ut sit gradus instituendi et maturescendi, id est tempus, quo christianus, cum per fidem Iesum Christum ut solum Dominum exceperit atque sincera cordis conversione ei totus adhaeserit, hunc Iesum, cui se tradidit, melius cognoscere studet: cognoscere dicimus eius « mysterium », Regnum Dei, quod annuntiat, postulationes et promissa, quae eius nuntio evangelico continentur, vias, quas omnibus commonstravit, qui eum vellent sectari.

Si ergo christianum esse idem valet ac Christo assentiri, oportet cogitemus hunc assensum duabus fieri rationibus: ut quis non solum Dei Verbo se committat et in eo constet, sed etiam ut satius in dies altissimam significationem huius Verbi intellegere conetur.

21. Paulus VI in sermone, quem exeunte quarto Coetu generali Synodi Episcoporum habuit, gratulatus est Patribus, haec efferens verba : « magno Nobis gaudio fuit animadvertere ab omnibus denotatam esse summam necessitatem bene dispositae et ordinatae catecheseos, quoniam talis meditata inquisitio in ipsum mysterium christianum praecipue distinguit catechesim ipsam ab omnibus ceteris modis exhibendi Verbum Dei ».[50]

Quoniam vero in usu difficultates occurrere solent, expedit quasdam notas peculiares huiusce institutionis — missis aliis — in lumine ponere:

[50] Allocutio exeunte Synodo 29 Oct. 1977 habita: *AAS* 69 (1977), p. 634.

— oportet ut institutio certis praeceptis ordinetur seu servato systemate tradatur, ne sit subitaria, sed secundum statutum ordinem rerum impertiatur, quo ad id, quod illi est definite propositum, perveniatur;

— praecipua et necessaria tractet neque omnes quaestiones controversas aggrediatur, neque inquisitio theologica vel erudita interpretatio fiat;

— plena sit satis, verumtamen talis, ut in solis primordiis annuntiandi mysterii christiani non consistat, quod per ***kerygma*** accepimus;

— sit integra christiana initiatio, omnia vitae christianae elementa attingens.

Haud neglecto momento variarum vitae personalis, socialis, ecclesialis occasionum, quibus opportune utendum est ad catechesim tradendam de quibusque in capite VI agemus, nihilominus necessitati institutionis christianae ordine ac secundum rationem faciendae idcirco insistimus, quod hinc inde voces audiuntur rem minus aestimantium.

22. Inaniter enim rectus vitae usus adducitur contra rectam doctrinam. Nam christiana religio utrumque comprehendit concluditque arctissimo vinculo, siquidem certae ac bene meditatae opiniones ad animose atque probe agendum conducunt; labor autem initus ad Christifideles educandos, ut hodie qua Christi discipuli vivant, postulat, ut faciliorem reddat penitiorem cognitionem « mysterii Christi ».

Item inaniter asseritur derelictio diligentis atque ordinati studii in nuntio Christi versantis, pro quo methodus vitali experientiae plurimum tribuens substituatur. Stat enim « neminem posse ad integram veritatem pervenire ex sola aliqua simplici experientia, id est sine idonea explanatione nuntii Christi, qui est "Via, Veritas et Vita" ***{Io*** 14, 6) ».[51]

Ne ergo audeat quisquam eam catechesim, quae a vita

[51] **Allocutio exeunte Synodo 29 Oct. 1977 habita:** ***AAS*** **69 (1977), p. 634.**

manat, ei opponere, quae, a maioribus tradita, doctrinalis est atque certa via et ratione impertitur.[52]

Vera catechesis semper huiusmodi est, ut per eam quis ordine atque certa ratione et via Revelationi initietur, quam Deus de se ipse fecit in Iesu Christo quamque Ecclesia in firma memoria et in sacris Scripturis custodivit et constanter, viva et actuosa traditione, per hominum aetates prodidit. Haec autem Revelatio neque a vita dissociatur neque huic de industria quasi opponitur; siquidem ad extremam rationem et significationem humanae exsistentiae spectat, quam totam illuminat, ut, luce Evangelii affulgente, afflando incitet aut arguât.

Quam ob rem ad catecheseos institutores haec verba significantia, quae Concilium Vaticanum II peculiariter de catechesi sacerdotum protulit, possumus transferre : « educatores — hominis et humanae vitae — in fide ... sint ».[53]

23. Catechesis suapte natura cum omnibus celebrationibus liturgicis atque sacramentalibus coniungitur, quippe cum in Sacramentis, maxime in Eucharistia, Christus Iesus cumulate agat ad hominum transformationem.

Quare, in primaeva Ecclesia catechumenatus et initiatio Sacramentorum baptismatis et Eucharistiae idem erant. Sed etiam hodie, quamquam Ecclesia hac in re a pristina consuetudine in antiquioribus christianis Civitatibus discessit, tamen catechumenatus numquam est prorsus abolitus, quin immo refioruit ;[54] et in Ecclesiis missionalibus recentibus est frequenti in usu. Quoquo modo catechesis semper cum Sacramentis necessitudinem servat. Hinc eximia ratio catecheseos ea est, quae ad suscipienda Sacramenta animos praeparat, et quaevis catechesis necessario ducit ad Sacramenta fidei; illinc germanus Sacramentorum usus fieri non potest, quin quandam ca-

[52] *Directorium Catechisticum Generale,* nn. 40 et 46: *AAS* 64 (1972), pp. 121 et 124 s.

[53] Decr. de Presbyterorum ministerio et vita *Presbyterorum Ordinis,* n. 6: *AAS* 58 (1966), p. 999.

[54] Cf. *Ordo Initiationis Christianae Adultorum.*

techeticam speciem praeferat. Ut aliis verbis utamur, vita sacramentalis debilitatur et citissime ad inanem observantiam redigitur, nisi in vera Sacramentorum significationis intellegentia nititur, et ipsa catechesis, nisi Sacramentorum usu nutritur, intellectualem tantum induit formam.

24. Catechesis denique arcta iungitur necessitudine operi, cum conscientiae officio sociato, tum Ecclesiae tum christianorum in mundo. Qui enim Christo fide adhaesit fidemque annititur catechesi solidare, necessitate premitur eos communione frequentandi, qui idem iter confecerint. Periculum est enim, ne catechesis sterilitate laboret, nisi communitas, quae fide vitaque censeatur christiana, suo sinu catechumenum excipiat in aliquo catecheseos gradu constitutum.

Communitati ergo ecclesiali cuiusvis ordinis, ad catechesim quod attinet, haec duo sunt praestanda : ut membrorum suorum institutioni prospiciat et ut haec recipiat illas praebendo hominum rerumque condiciones, in quibus illa, quae didicerint, quam plenissime vivendo queant servare.

Item catechesis ad missionalem alacritatem contendit. Si enim recte tradatur, christianis profecto cordi erit suae fidei testimonium dare, filiis eam transmittere, aliis ostendere hominumque societati omnibus modis inservire.

25. Ita ergo, per catechesim, ***kerygma*** evangelicum — quod prima sua annuntiatione, cum vi et incitatione coniuncta, hominem olim sic turbavit atque permovit, ut fide se Iesu Christo committeret — sensim penitius comprehenditur, consectariis ***implicitis,*** quae inde manant, promovetur, sermone, etiam ratiocinationem expostulante, explicatur, ad christianae vitae exercitationem in Ecclesia et in mundo perducit. Hoc quidem non est minus evangelicum quam ***kerygma*** ipsum, quidquid effutiunt quidam, qui putant hoc modo catechesim necessario fieri rationalem, arescere ac tandem exstinguere id, quod in eodem ***kerygmate*** sit vivum, spontaneum, ardens. Veritates enim, quae catechesi altius sunt perceptae, cor hominis percusserunt, cum primum eas audivit. Eo autem quod penitius cognoscuntur, ne-

dum extenuentur aut arefiant, potius excitant plusque momenti habent ad vitam.

Secundum notionem catecheseos, quam modo exposuimus, ea rationem illam prorsus pastoralem servat, qua ducta Synodus eandem expendit. Haec amplior catecheseos significatio non repugnat catechesi strictiore sensu acceptae, quae olim plerumque in expositione didactica retinebatur, id est simplici illi institutioni, qua formulae fidem exprimentes traduntur, sed eam complectitur atque superat.

Ut omnia paucis dicamus, catechesis simul necessaria est, ut fides christianorum ad maturitatem perducatur, simul ut hi testimonium in mundo exhibeant: hoc enim in nobis christianis intendit efficere, ut « occurramus omnes in unitatem fidei et agnitionis Filii Dei, in virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi »;[55] ad defendendam omni poscenti rationem de spe, quae est in ipsis.[56]

IV

26. Cum catechesis pars sit vel ratio ipsius evangelizationis, ideo doctrina eius nulla alia esse poterit nisi illa quae propria est totius integraeque evangelizationis: idem nempe nuntius — Bonus salutis Nuntius — semel, immo centies auditus intimisque sensibus receptus, sine intermissione vestigatur in catechesi per meditationem ordinatamque inquisitionem, per renovatam conscientiam — plus iam plusque obstringentem — effectuum suorum ad singularem cuiusque hominis vitam, per sui ipsius immissionem in bene compositum illum concordemque rerum veluti contextum, qui christiana vita est in societate ac mundo.

27. Catechesis quidem materiam suae institutionis semper e vivo fonte verbi Dei hauriet, per Traditionem atque Scripturam accepti; nam « Sacra Traditio et Sacra Scriptura unum verbi

[55] *Eph* 4, 13.
[56] Cf. *1 Pt* 3, 15.

Dei depositum constituunt Ecclesiae transmissum », ut Concilium Vaticanum II commemorat, simul optans, ut « ministerium verbi, pastoralis nempe praedicatio, catechesis omnisque instructio christiana ... eodem Scripturae verbo ... salubriter nutriatur sancteque virescat ».[57]

Loqui autem de Traditione ac de Scriptura tamquam de fonte catecheseos non solum idem est atque affirmare oportere hanc sententiis, spiritu, rationibus biblicis et evangelicis imbui penitusque pervadi per assiduum textuum ipsorum usum; sed etiam reminisci catechesim eo locupletiorem et efficaciorem esse, quo magis eodem intellectu et animo verba legat, quo Ecclesia; mente ac vita duci, quae his duobus milibus annorum Ecclesiae propriae fuerint.

Doctrina, liturgia, vita Ecclesiae ab hoc fonte redundant ad eumque revocant, ductu nempe Pastorum ac potissimum doctrinae Magisterii, a Domino ipsis crediti.

28. Formula prestantissima viventis hereditatis, quam illi custodiendam susceperunt, reperitur in ***Credo,*** seu quo verius dicamus, in Symbolis, quae magnorum discriminum temporibus eximia in compendia revocaverunt Ecclesiae fidem.

Progredientibus vero saeculis magni momenti pars catecheseos fuit omnino haec « traditio Symboli » (seu compendii fidei), quam traditio orationis dominicae subsequebatur. Qui quidem ritus multum significans diebus hisce nostris legitime est restitutus per catechesim catechumenalem.[58] Nonne eius usus, ad tempora nostra accommodatus, dilatandus est, ut gradus, magni momenti inter ceteros, in lumine ponatur; quo in gradu novus Iesu discipulus plena cum mentis claritate animique fortitudine suscipit earum rerum doctrinam, quas dein serio scrutabitur animo?

Decessor Noster Paulus VI in ipsum ***Credo Populi Dei,***

[57] Cf. Const. dogm. de divina Revelatione *Dei Verbum,* nn. 10 et 24: *AAS* 58 (1966), pp. 822 et 828s.; cf. etiam Sacra Congregatio pro Clericis, *Directorium Catechisticum Generale,* n. 45: *AAS* 64 (1972), p. 124, ubi fontes praecipui vel additicii catecheseos in recto lumine ponuntur.

[58] Cf. *Ordo Initiationis Christianae Adultorum,* nn. 25-26; 183-187.

promulgatum exeunte duodevicesimo saeculo a martyrio Apostolorum Petri et Pauli, contulit primaria fidei catholicae elementa, praesertim illa quae maiorem prae se ferebant difficultatem maiusve periculum, ne perperam intellegeren tur.[59] Certe hic ipsa catecheseos doctrina indicatur.

29. Ab eodem dein Summo Pontifice commemorata sunt in tertia parte Adhortationis Apostolicae ***Evangelii Nuntiandi*** « essentialia capita sive substantia vitalis » evangelizationis.[60] Quare in ipsa catechesi oportet singula haec elementa, perinde ac viventem summam, in quam coacta sint, meminisse.[61]

Hic ergo satis habemus pauca omnino memorare.[62] Omnes, exempli gratia, intellegunt quanti intersit, ut explanetur puero et adulescenti et cuiquam in fide progredienti, « quod noscibile est Dei »,[63] ut aliquo modo dici iis possit: « quod ... ignorantes colitis, hoc ego annuntio vobis i) ,[64] atque ut in brevi[65] notum ipsis fiat mysterium Verbi Dei, quod homo factum est hominumque salutem reparavit per suum Pascha, videlicet per mortem suam ac Resurrectionem, sed etiam per praedicationem suam et signa, quae patravit, necnon per Sacramenta praesentiae suae perpetuae inter nos. Synodi Patres recte sunt afflati, cum postularent, ut caveretur, ne Christus ad suam ipsius humanitatem eiusque nuntius ad solam rationem terrestrem re-

[59] Cf. *AAS* 60 (1968), pp. 436-445. Praeter hasce magni momenti professiones fidei professiones populares, quae in quarundam regionum cultu civili christiano, a maioribus tradito, insident, cf. ea quae die 3 Iunii 1979 ad iuvenes Gnesnenses diximus de cantico-nuntio, quod «Bogurodzica» inscribitur: «Hoc non est solum canticum, sed etiam professio fidei, symbolum illius " Credo Polonici ", est catechesis atque etiam documentum traditionis christianae. Ibi praecipuae veritates fidei et principia rei moralis continentur. Non est solum quasi quoddam obiectum historicum; est documentum vitae. (Hoc canticum appellatum est etiam) "catechismus Polonicus"»: cfr. *AAS* 71 (1979), p. 754.

[60] N. 25: *AAS* 68 (1976), p. 23.

[61] *Ibid.,* praesertim nn. 26-39: *loc. cit.,* pp. 23-25; «essentialia capita» nuntii christiani modo magis ad systema revocato etiam in *Directorio Catechistico Generali* explicantur, nn. 47-69: *AAS* 64 (1972), pp. 125-141, ubi insuper norma doctrinae essentialis, quae in catechesi contineatur, invenitur.

[62] Ratio etiam habeatur capitis, de hac re agentis, *Directorii Catechistici Generalis,* nn. 37-46 *(loc. cit.,* pp. 120-125).

[63] *Born* 1, 19.

[64] *Act* 17, 23.

[65] Cf. *Eph* 3, 3.

eligerentur, sed ut ille agnosceretur Filius Dei, mediator, per quem liberum accessum habemus in Spiritu ad Patrem.[66]

Pariter refert, ut tum intellectui tum cordi proponatur sub fidei claritate illud Sacramentum praesentiae eius, quod est mysterium Ecclesiae, congregationis hominum peccatorum quidem at simul sanctificatorum et efficientium Dei familiam, a Domino conglobatam sub illorum ductu, quos « Spiritus Sanctus posuit episcopos, pascere Ecclesiam Dei ».[67]

Expedit item, ut doceatur historiam generis humani cum propriis notis gratiae et malitiae, excellentiae et miseriae susceptam a Deo esse in Filio eius Iesu Christo atque « novi saeculi adumbrationem iam praebere ».[68]

Oportet demum sine ulla ambiguitate illustrari ipsas postulationes, cum sui abnegatione verum etiam cum laetitia acceptas, quas id secum infert, quod Apostolo Paulo placuit appellare ((novitatem vitae »,[69] « novam creaturam »,[70] esse aut vivere in Christo,[71] « vitam aeternam in Christo Iesu »,[72] quodque nihil revera aliud est ac vita in hoc mundo, sed quae ducitur secundum beatitudines et ad prorogationem et transfigurationem in caelo destinatur.

Hinc efficitur quanti momenti in catechesi sint postulationes morales, ad unumquemque pertinentes et congruentes Evangelio, necnon christiane se gerendi modi in vita et in mundo, sive heroici illi quidem sunt sive admodum simplices, quos christianas vel evangélicas virtutes appellamus. Hinc similiter cura et opera proficiscitur, quam catechesis dabit, ne umquam intra suum in fide educandi opus praetermittat sed ut clare ipsa exponat — quemadmodum decet — certas quasdam res, quales

[66] Cf. *Eph 2,* 18.

[67] *Act 20,* 28.

[68] Conc. Oecum. Vat. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et Spes,* n. 39: *AAS* 58 (1966), pp. 1056 s.

[69] *Rom* 6, 4.

[70] *2 Cor* 5, 17.

[71] Cf. *ibid.*

[72] *Rom* 6, 23.

sunt hominis navitas ad integram liberationem adipiscendam,[73] conquisitio societatis magis coniunctae ac fraternae, contentio iustitiae pacisque conficiendae.

Attamen non est altera ex parte putandum hunc catecheseos prospectum funditus esse novum. Iam enim Patrum Ecclesiae aetate sanctus Ambrosius et sanctus Ioannes Chrysostomus — ut duos saltem memoremus — posuerunt propria in luce sociales effectus postulatorum Evangelii et, recentiore tempore, catechismus sancti Pii X nominatim annumerat peccatis, quae ultionem efflagitant a Deo, oppressionem pauperum fraudationemque iustae operariorum mercedis.[74] Praesertim post Encyclicas Litteras ***Rerum Novarum,*** socialium rerum sollicitudo actuose explicatur in institutione catechetica Romanorum Pontificum atque Episcoporum; pluresque Patres Synodi etiam atque etiam iure rogaverunt, ut opulentum patrimonium rei socialis, quod in Ecclesiae documentis continetur, recte congruenterque adhiberetur in communi Christifidelium institutione.

30. Ad materiam seu argumenta catecheseos quod attinet, tria sunt rerum capita, in quae hodie accuratam considerationem intendamus oportet.

Primum quidem eorum respicit ipsam doctrinae integritatem. Ut enim suae fidei obsequium[75] sit perfectum, habet ille, qui fit Christi discipulus, ius recipiendi « verbum fidei »,[76] non mutuum nec adulteratum nec mancum, sed plenum et integrum omni in suo rigore suoque vigore. Aliqua ergo re integritatem nuntii violare est idem ac periculose vacuefacere catechesim ipsam adducereque in discrimen fructus, quos ex ea Christus et ecclesialis communitas pro suo possunt iure exspectare. Sine dubio non casu postremum Iesu mandatum in Evangelio Matthaei totum quiddam designat: « Data est mihi omnis pote-

[73] Cf. PAULUS PP. VI, Adh. Apost. *Evangelii Nuntiandi,* nn. 30-38: *AAS* 68 (1976), pp. 25-30.

[74] Cf. *Catechismus maior,* pars V, cap. 6, nn. 965-966.

[75] Cf. *Phil* 2, 17.

[76] *Rom* 10, 8.

stas ... docete omnes gentes ... docentes eos servare omnia ... ego vobiscum sum omnibus diebus ». Haec praeterea ratio est cur cuilibet homini, qui scrutans « eminentiam scientiae Christi Iesu »,[77] fide sibi oblatam, gerit in se aviditatem, etsi obscuram, cognoscendi amplius meliusque Christum ex praedicatione et institutione, « sicut est veritas in Iesu »,[78] nullo praetextu denegari possit quaevis pars scientiae illius. Qualis autem catechesis ista erit, ubi suum locum non obtinebunt creatio hominis eiusque peccatum, Dei nostri consilium de redemptione eiusque longa et amans praeparatio necnon effectio, Incarnatio Filii Dei, Virgo Maria Immaculata, Mater Dei, semper Virgo, corpore et anima ad caelestem gloriam assumpta eiusque officium in salutis mysterio, mysterium iniquitatis, quod operatur in vita nostra,[79] ac virtus Dei, qui nos inde liberat, necessitas paenitentiae ac disciplinae asceticae, ritus sacramentales et liturgici, veritas praesentiae eucharisticae, communicatio vitae divinae his in terris ac post mortem et his similia? Numquam igitur ulli licebit veri nominis catechistae proprio arbitratu seligere ipso in fidei deposito inter ea, quae momenti esse et quae sine momento esse censet, ut illa doceat, haec praetereat.

31. Secundo dein hoc est animadvertendum: fieri potest, ut hodiernae condiciones catecheseos, rationes methodi artisve paedagogicae suadeant, ut divitiae doctrinarum catecheseos iam alia potius quam alia via tradantur. Ceterum integritas institutionis minime tollit aequabilitatis necessitatem neque indolem aptae rerum dispositionis et insertionis in certum quendam ordinem, ob quam unusquisque assignabit veritatibus docendis et regulis transmittendis et viis christianae vitae indicandis illud quidem pondus ac momentum, quod ipsis convenit. Fieri etiam potest, ut alius sermo comprobetur melior ad hanc catecheseos doctrinam tradendam aliis hominibus aliisve hominum coetibus. Haec vero doctrinarum electio eatenus solum permittetur,

[77] ***Phil*** **3, 8.**
[78] ***Eph*** **4, 20 s.**
[79] **Cf.** ***2 Th 2,*** **7.**

quatenus non quidem praecipietur quibusdam ex opinationibus aut praeiudiciis plus minus subiectivis certaque ideologia distinctis, sed movebitur humili cura attingendi melius ipsam doctrinam, quae permaneat intacta oportet. Ratio igitur docendi ac sermo vere adhiberi debent ut instrumenta, quibus universim ex toto, non partim communicentur « verba vitae aeternae »[80] vel « viae vitae ».[81]

32. Magnus ille motus, a Spiritu Iesu sine dubio excitatus, qui post complures annos Ecclesiam catholicam impellit, ut una cum aliis Ecclesiis religionibusve christianis quaerat perfectae unitatis redintegrationem a Domino exoptatae, Nos inducit, ut de indole oecumenica catecheseos agamus. Qui motus omnem suam vim ex Concilio Vaticano II hausit[82] ac post idem Concilium novam in Ecclesia accepit amplitudinem, quae veluti concreta perspicitur in numero insigni factorum coeptorumque ab omnibus iam cognitorum.

Profecto aliena esse non potest catechesis ab hac oecumenica ratione, cum universi fideles, secundum suam quisque facultatem condicionemque in Ecclesia, invitentur, ut participes et ipsi fiant istius motus ad unitatem.[83]

Rationem vero oecumenicam habebit catechesis si, dum numquam docere desinet plenitudinem revelatarum veritatum salutisque instrumentorum a Christo institutorum reperiri in Ecclesia catholica,[84] id tamen perficiet sincera cum observantia, in dictis suis et factis, erga communitates ecclesiales, quae nondum vivunt perfecta in communione cum eadem hac Ecclesia.

Ad hoc quod attinet, maximi refert, ut reliquarum Ecclesiarum atque communitatum ecclesialium recta atque sincera imago praebeatur, quarum ope Christi Spiritus non abnuit .sa-

[80] *Io* 6, 69; cf. *Act* 5, 20; 7, 38.

[81] Cf. *Act 2,* 28, ubi verba Ps. 16, 11 afferuntur.

[82] Cf. totum Decretum de Oecumenismo *Unitatis Redintegratio: AAS* 57 (1965), pp. 90-112.

[83] Cf. *ibid.,* n. 5: *loc. cit.,* p. 96; cf. etiam Conc. Oecum. Vat. II, Decr. de activitate missionali Ecclesiae *Ad Gentes Divinitus,* n. 15: *AAS* 58 (1966), pp. 963-965; Sacra Congregatio pro Clericis, *Directorium Catechisticum Generale,* n. 27: *AAS* 64 (1972), p. 115.

[84] Cf. Conc. Oecum. Vat. II, Decr. de Oecumenismo *Unitatis Redintegratio,* nn. 3-4: *AAS* 57 (1965), pp. 92r96.

lutem afferre. Insuper « ex elementis seu bonis, quibus simul sumptis ipsa Ecclesia aedificatur et vivificatur, quaedam immo plurima et eximia exstare possunt extra visibilia Ecclesiae saepta ».[85] Vera haec earundem Ecclesiarum imago, missis aliis rebus, catholicos adiuvabit, ut simul propriam fidem penitius inspiciant, simul christianos fratres melius cognoscant cognitosque existiment atque ita facilius communiter exquirere possint iter ad unitatem ducens integrae veritatis. Scilicet mutua cognitio etiam non catholicis auxilio erit, quo melius intellegant maiorisque faciant Ecclesiam catholicam et rationem, ex qua ea sibi persuasum habeat se esse « generale auxilium salutis ».

Oecumenicum insuper aspectum prae se feret catechesis, si suscitabit aletque verum unitatis desiderium; quin immo etiam magis, si auctor erit conatuum seriorum — inter quos ipsius studii in humilitate Spiritusque fervore sui singillatim purificandi, ut itinera ad unitatem expediantur — non iam propter facilem quendam irenismum, conflatum ex omissionibus concessionibusque in re doctrinali, sed propter unitatem illam perfectam, quandoque et quomodocumque eam Dominus contingere voluerit.

Erit demum oecumenica catechesis, si praeparare enitetur pueros et adulescentes, haud secus atque catholicos adultos, ad conversandum cum non catholicis, dum simul et suam identitatem catholicam, reverentiam erga fidem aliorum servantes, affirmant.

33. Cum plures religiones una vivunt, fieri potest, ut Episcopis opportunum seu etiam necessarium videatur in catecheseos tradendae campo inter catholicos ceterosque christianos sociari operam, qua consueta institutio compleatur, ceterum catholicis necessario tradenda.

Haec experimenta theologicum fundamentum habent in communibus omnium christianorum elementis.[86] Sed cum ista com-

[85] *Ibid.,* n. 3: *loc. cit.,* p. 93.

[86] Cf. *ibid.;* cf. etiam Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium,* n. 15: *AAS* 57 (1965), p. 19.

munio inter catholicos ceterosque christianos neque plena sit neque perfecta, in quibusdam rebus illi magnopere inter se dissentiant, consequens est cooperationem, de qua diximus, esse suapte natura circumscriptam; neque ullo modo quasi reducendam ad minima quaedam elementa communia. Catechesis insuper non in sola doctrinae traditione consistit, sed in initiatione universae christianae vitae cum plena Sacramentorum Ecclesiae participatione. Quare, ubi cooperatio haec in re catechetica iam usu venit, vigilare oportet, ut catholicorum formatio omnino in tuto collocetur in Ecclesia, quod ad doctrinam vitamque attinet christianam.

Synodi tempore quidam Episcopi notaverunt casus, quos usque crebriores iam accidere dixerunt, ubi civilis auctoritas vel alia adiuncta imponunt quarundam in nationum scholis catecheticam institutionem christianae religionis, quae in libris adhibitis et horariis hisque similibus rebus communis est tum catholicorum tum non catholicorum. Vix autem dicere oportet istam minime esse veram catechesim.

Talis vero institutio momentum habere potest oecumenicum, si doctrina catholica fideliter exhibetur. Ubi vero rerum adiuncta huiusmodi disciplinam poscant, oportet alias ac quidem accuratiore ratione catechesi tradendae consulere veri nominis catholicae.

34. Ad hoc et aliud est addendum simile priori, quamvis e diversa iudicandi ratione. Accidit enim ut scholae discipulis libros suppeditent, quibus cultus humani promovendi causa — in re historica, morali, litteraria — variae religiones proponuntur, etiam catholica. Obiectiva autem expositio rerum historicarum, itemque variarum religionum necnon diversarum confessionum, ut aiunt, christianarum, potest ibi sane meliorem cognitionem mutuam secum ferre. Tum vero vigilandum nullique labori parcendum, ut rerum traditio modo obiectivo fiat, tuto a systematibus ideologicis et politicis vel a praeiudiciis fucatae doctrinae, quae verum eius intellectum deformare consuevit.

Quidquid est, haec enchiridia profecto non possunt aestimari

opera catechetica, cum in iis testimonium credentium, qui fidem alios doceant credentes, desideretur et intellegentia desit mysteriorum christianorum et propria catholicae religionis indoles, quae ex interiore fidei ratione hauriatur.

V

35. Argumentum, quod a Decessore Nostro Paulo VI praefinitum erat quarto Coetui generali Synodi Episcoporum, sic enuntiabatur : « De catechesi hoc nostro tempore tradenda praesertim pueris atque iuvenibus ». Be quidem vera incrementa iuvenum sunt quiddam spem afferens maximam simulque causa trepidationis, quod ad non modicam partem mundi nostri temporis attinet. Quibusdam enim in regionibus praesertim tertii, qui dicitur, mundi, plus dimidium incolarum aetatem habet infra duodevicesimum vel tricesimum annum. Hoc autem significat centies esse centena milia puerorum et adulescentium sese iam praeparantium ad venturum maturae vitae suae tempus. At haec est sola aestimatio numerorum : praeterea sane recentiores eventus cotidianaque rerum nuntiatio nos docent eandem hanc innumerabilem iuvenum multitudinem, quamvis hac illae dubitatione et metu prematur aut seducatur effugio per lentitudinem animi indifferentis et medicamenta psycho tropica, immo nihilismo et violentia sollicitetur, tamen constituere maiore sua ex parte validum hominum agmen, qui — etsi plura inter pericula — propositum sibi habent, ut civilem cultum futurum aedificent.

Iam vero pro sollicitudine pastorali nostra interrogamus : quonam modo huic puerorum iuvenumque turbae revelari potest Iesus Chistus, Deus factus homo, — et quidem revelari non mentis incitatione orta e prima fugacique congressione, sed per cognitionem, quae in singulos dies altius percipitur clariusque illuminat Christi personam et nuntium necnon consilium Dei, qui illum revelavit, tum etiam appellationem, quam is ad unumquemque dirigit, ac tandem Regnum ipsum, quod in hoc

mundo vult instituere apud « pusillum gregem »[87] credentium in ipsum quodque aeterno solum tempore perficietur? Quonam modo eifici potest, ut cognoscantur sensus ac vis, postulationes primariae ac lex amoris necnon spes illius Regni 1

Nonnulla ergo animadvertenda sunt de peculiaribus proprietatibus, quas catechesis sibi induit secundum diversas vitae aetates.

36. Tempus notabile saepe prorsus illud est quo infantulus suis ex parentibus ac convictu familiari percipit prima catecheseos rudimenta, quae nihil fortasse aliud sunt quam simplex patefactio caelestis Patris, boni et providi, ad quem ipse cor suum discit convertere. Perbreves deinde preces, quas balbutit, initium faciunt amantis colloquii cum abscondito hoc Deo, cuius postea verbum audire consuescit. Non satis inculcare parentibus possumus hanc mature instituendam catecheticam initiationem; nam iuxta christianos parentes locus est, ubi infantis ipsius facultates vitali necessitudine cum Deo instruuntur. Opus summum, quod copiosum amorem intimamque reverentiam erga infantem deposcit, qui ius habet simplicis veracisque expositionis christianae fidei.

37. Quam primum exinde subsequetur et quidem in schola et ecclesia, in paroecia vel apud pietatis magistros in collegio catholico vel schola civili, dum simul latius aperitur socialis ambitus infantis, tempus catecheseos tradendae, qua infans modo disposito et ordinato in vitam Ecclesiae inducatur simulque ad celebranda Sacramenta proxime praeparetur; quae quidem catechesis didascalica erit, sed ad testificationem de fide reddendam dirigetur, initialis erit sed non dissipata, quoniam aperire debebit — quantumvis rudi modo — cuncta principalia fidei mysteria eorumque appulsum in moralem religiosamque infantis vitam; porro catechesis illa sensum addet ipsis Sacramentis, sed eodem tempore ex Sacramentis, quae quidem viventur, simul accipiet vim vitalem, qua impedietur, ne maneat

[87] *Lc* 12, 32.

ea sola quaedam doctrina, atque infanti gaudium afferet quod in vitae suae ambitu testis est Christi.

38. Accidit dein pubertas et adulescentia omnibus cum rebus, quas aetas ista secum infert tum grandes tum periculosas. Est videlicet tempus, quo quis se ipsum reperit suumque interiorem veluti mundum, quo magnanima ineuntur consilia erumpuntque affectio amoris et impetus naturales sexualitatis; tempus, quo cupiditas socialis consortionis exardescit, quo percipitur laetitia insignite vehemens, coniuncta cum inebriante vitae inventione. Attamen saepe eadem est aetas interrogationum subtiliorum et inquisitionum sollicitarum, immo frustrantium, aetas cuiusdam diffidentiae aliorum periculosaeque separationis ab aliis, aetas interdum primarum calamitatum et acerbitatum. Haud vero catechesis negleget has tam facile mutabiles condiciones istius difficilis vitae aetatis. Immo partes decretarías explere poterit catechesis, quae adulescentem ducere valebit ad recognoscendam propriam vitam et ad dialogum faciendum quaeque minime vitabit graves ipsius quaestiones : donationem sui, fiduciam, amorem eiusque communicationem, quae sexualitas est. Demonstratio Iesu Christi velut amici et ducis et exemplaris, admirabilis sane et nihilominus imitabilis; illustralo eius nuntii, reddentis responsionem interrogationibus illis principalibus, patefactio consilii, pieni amore Christi Salvatoris, quo unus verus amor significanter exprimitur et qui homines coniungere potest, iacere valebit veluti fundamenta germanae educationis in fide. Atqui imprimis mysteria Passionis ac mortis Iesu, quibus sanctus Paulus gloriosae eius Resurrectionis meritum assignat, conscientiam animumque adulescentis valde compellare poterunt ac lumen iactare super primos dolores eius et mundi, quem is detegit.

39. Cum iuventutis exinde aetate advenit tempus primarum magni momenti decisionum. A domus suae sodalibus amicisque fortasse sustentus et tamen sibimet ipsi suaeque morali conscientiae relictus, debebit iuvenis usque saepius ac delibe-

ratius tractare ex conscientiae suae officio propriam fortunam. Intra illum magis ac magis confligent bonum et malum, gratia et peccatum, vita et mors velut rationes morales — hoc quidem patet — sed etiam maximeque ut fundamentales optiones lucido cum iudicio ac sensu propriorum officiorum sibi recipiendae aut reiciendae. Constat autem catechesim, quae nimium sui amorem repudiet magnanimitatem inculcando, quae sine ulla nimis simplici fallacique formula tribuat christianum sensum laboris ac boni communis necnon iustitiae et caritatis, quae pacem inter populos, promotionem dignitatis humanae, liberationem doceat, quales recentibus Ecclesiae documentis exhibentur,[88] feliciter quidem perficere in ipsa iuvenum mente probatam catechesim de rebus proprie religiosis, quae est numquam praetermittenda. Tunc profecto catechesis accipit praestabit pondus; nam tempus illud est quo Evangelium ita ostendi, comprehendi, suscipi potest, ut sensum vitae infundat et unde affeetiones quaedam ceteroqui inexplicabiles exoriantur: abdicatio scilicet rerum, liberatio a rebus, mansuetudo, iustitia, obligatio voluntatis, reconciliatio, sensus Absoluti rerumque invisibilium hisque similia, totidem nempe proprietates, quae permittunt, ut hic iuvenis suos inter socios notetur tamquam Iesu Christi discipulus.

Catechesis praeparat etiam ad gravia officia christiana adultae aetatis. Si enim, exempli gratia, vocationes ad sacerdotium atque vitam religiosam spectentur, pro certo haberi potest plerasque earum natas esse e bene tradita catechesi infantiae et adulescentiae tempore.

Sic ergo a prima infantia ad maturitatis ipsius limen catechesis schola quaedam permanens evadit sequiturque praecipuas veluti vitae lineas quasi lucerna, quae infantis, adulescentis, iuvenis iter collustrat.

[88] Cf. exempli causa, Conc. Oecum. Vat. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et Spes: AAS* 58 (1966), pp. 1025-1120; PAUXTTS PP. VI, Litt. Encycl. *Populorum Progressio: AAS* 59 (1967), pp. 257-299; Epistula Apost. *Octogésima Adveniens: AAS* 63 (1971), pp. 401-441; Adhort. Apost. *Evangelii Nuntiandi: AAS* 68 (1976), pp. 5-76.

40. Gaudio sane affecti sumus cum intellegeremus, tempore quarti Coetus generalis Synodi et annis eum subsecutis, Ecclesiam longe lateque hanc curam communicavisse : quomodo tradenda est catechesis pueris et iuvenibus? Faxit Deus ut sollicitudo ita excitata diu in Ecclesiae conscientia persistat! Hoc demum pacto Synodus utilitatem magnam Ecclesiae universae attulit, cum describere quam accuratissime studuit perplexam hodiernae iuventutis figuram, cum eandem illam iuventutem adhibere rationem loquendi ostendit, secundum quam oportet aliquis patienter sapienterque sciat transferre, at non adulterare, Iesu Christi nuntium, cum contra exteriorem rerum speciem demonstravit iuvenes habere, etsi confuse tantum et obscure, plus quam promptam voluntatem mentemque apertam sed magis etiam veram cupiditatem cognoscendi quis sit hic « Iesus, qui vocatur Christus »,[89] cum denique pronuntiavit opus catecheseos, si modo quis illud serio religiosoque animo exsequi cupiat, hodie magis esse arduum magisque fatigare quam alias umquam propter impedimenta ac difficultates omnis generis, quae illi obstant, atque maioris etiam consolationis esse fontem propter altitudinem ipsarum responsionum, quas pueri et iuvenes reddunt. Ibi enim iacet thesaurus, cuius rationem Ecclesia futuris annis potest ac debet habere.

Quidam praeterea ordines iuvenum, receptorum catecheseos, indigent peculiaris quoque curationis ob propriam vitae condicionem.

41. Ante omnes nimirum cogitamus corpore menteve praepeditos. Illis sane haud secus ac ceteris aequalibus est ius noscendi « mysterium fidei ». Maiores autem difficultates, quas offendunt, maius profecto meritum tribuunt conatibus ipsorum simulque educatorum. Laetissimi quidem intelleximus catholica instituta, praesertim impeditis sic iuvenibus dicata, Synodo fructus praebuisse propriorum hac in re experimentorum et ex Synodo manasse novatam voluntatem eiusdem huius

[89] *Mt 1,* 16.

quaestionis aptius aggrediendae. Vehementer proinde volumus ea instituta cohortari et confirmare illo in studio.

42. Animus deinde Noster convertitur ad eos plures numero usque infantes et adulescentes, qui, nati et instituti in domibus non christianis vel saltem ubi religio non exercetur, tamen fidem christianam cognoscere avent. Idonea illis comparari debebit catechesis, ut in fide adolescere ac proficere valeant, quamquam adminiculo carentes, immo etiamsi repugnantiam in propriae ambitu vitae patiuntur.

43. Ordines autem eorum persequentes, quibus tradi debet catechesis, praetermittere non possumus unam e maximis sollicitudinibus Patrum Synodi, e rerum experientia ortam, quae ubi vis terrarum fit, aerem et urgentem. Agitur autem de primaria quaestione catecheseos adultis tradendae. Est enim haec princeps catecheseos forma, quippe quae ad personas spectet, quae maximis fungantur muneribus atque pares omnino sint ad vivendum secundum christianum nuntium ac quidem ex eius plenitudine.[90] Verum communitas christiana nequit constanter catechesim impertire, quin adultorum opera proxima et probata utatur, sive de iis agitur, qui excipiunt sive de iis qui eam promovent. Nam mundus ille, in quo oportet iuvenes vivere ac testari, fidem, quam catechesis scrutatur atque confirmat, magna ex parte in adultorum potestate versatur; quapropter necesse aequaliter est fides istorum sine intermissione illuminetur, concitetur, renovetur, ut ipsa permeet temporalia per omnia negotia, quorum temperatio recidit in adultos. Ut autem sic efficax sit catechesis, perpetuam eam esse decet; erit vero plane futtilis, si ad maturae aetatis limen ipsum cessaverit, nam, etsi alia certe sub forma, haud tamen minus necessaria adultis comprobatur.

[90] Cf. Conc. Oecum. Vat. II, Decr. de pastorali Episcoporum munere in Ecclesia *Christus Dominus,* n. 14: *AAS* 58 (1966), p. 679; Decr. de activitate missionali Ecclesiae *Ad Gentes Divinitus,* n. 14: *AAS* 58 (1966), pp. 962-963; Sacra Congregatio pro Clericis, *Directorium Catechisticum Generale,* n. 20: *AAS* 64 (1972), p. 112; cf. etiam *Ordo Initiationis Christianae Adultorum.*

44. Quos inter adultos catechesi indigentes sollicitudo pastoralis et missionalis nostra intenditur in eos qui, orti educatique in regionibus nondum christiana religione imbutis, numquam deinceps christianam illam doctrinam pervestigare potuerunt, quam adiuncta vitae eorum aliquando effecerunt, ut reperirent; intenditur in ipsos qui in pueritia sua catechesim receperunt, eidem aetati consentaneam, sed postmodum ab omni religionis usu recesserunt adultaque in aetate instructi apparent cognitionibus religionis potius puerilibus; intenditur in ipsos qui tempestivam sine dubio catechesim susceperunt at male explicatam maleve intellectam; intenditur in ipsos qui, licet in christiana Civitate sint nati — quin immo in statu sociologica ratione christiano — numquam tamen propria in fide instituti sunt adulti que manent veri catechumeni.

45. Adulti cuiusvis aetatis ipsique senes, quibus peculiaris cura est adhibenda propter experientiam eorum et quaestiones, quibus premuntur, tam sunt catecheseos receptores quam infantes et adulescentes et iuvenes. Oporteret praeterea mentionem facere de migrantibus, de iis, quos progressio huius aetatis derelictos inopesque fecit, de iis, qui regiones magnarum urbium incolunt, templis, aptis locis structurisque carentes ...

De illis omnibus vota facere cupimus, ut opera duplicentur ad christianam eorum institutionem nata una cum subsidiis consentaneis (cuius modi sunt instrumenta ***audivisualia,*** libelli, congressiones, acroases), ut compluries adulti possint sive perficere catechesim mancam aut imperfectam sive explere convenienter in altiore disciplinae ordine ea quae pueri didicerint, sive etiam ita se ipsos in hac rerum provincia locupletare, ut alios certius valeant adiuvare.

Interest etiam, ne catechesis puerorum ac iuvenum et catechesis permanens et catechesis adultorum veluti provinciae inter se seiunctae sint vel mutua communicatione carentes. Pluris immo interest, ne ipsae prorsus inter se discindantur. Magis contra oportet, ut absolute inter se compleant: multa enim habent adulti, quae in rebus catecheseos communicent

cum iuvenibus et pueris, a quibus pariter et illi multa ad christianae vitae suae incrementum recipere possunt.

Istud dicere audemus extremum: in Ecclesia Iesu Christi nemo immunem se arbitrari debet a catecheseos accipiendae officio; cogitamus hac in re etiam ipsos iuvenes sacrorum alumnos sodalesque iuvenes religiosarum familiarum necnon omnes qui ad pastorum et catechistarum munus destinantur, qui tanto quidem melius idem munus procurabunt quanto demissius se collocabunt in schola Ecclesiae, quae magna simul catecheseos doctrix est, magna simul catecheseos receptrix.

VI

46. Ex quo doctrina verbo tenus ab Apostolis tradebatur et epistulae per Ecclesias legebantur, ad haec usque tempora, subsidiis omne genus instructa, catechesis numquam vias et instrumenta quaerere desiit, ad missionem suam aptissima, communitatibus rem sedulo participantibus sacrorum Pastorum impulsu. Conatus hic est sane prorogandus.

Subeunt scilicet sponte magnae opportunitates, quas exhibent tum instrumenta communicationis socialis, tum instrumenta communicationis coetuum: instrumenta videlicet televisifica, radiophonica, scripta typis edita, orbes sonori, taeniolae magnetophonicae, universus apparatus ***audivisualis.***

Conatus vero iam feliciter hac in re peracti tales sunt ut optimam Nobis spem ingerant. Experimenta comprobant, ut exemplum subiciamus, validos effectus radiophonicae vel televisificae instructionis, dummodo insignis artis aestheticae tractatus atque severa erga Magisterium fidelitas inter se coniungantur. Ecclesia enim his diebus multas nanciscimur opportunitates, ut de his quaestionibus agat — non exceptis ergo diebus ad celebranda instrumenta communicationis socialis constitutis —; quocirca haud necesse est diutius hic morari in iis, quamvis summum habeant pondus.

47. Subeunt etiam menti Nostrae singularia ac magna rerum momenta, quibus catechesis proprium locum obtinet, veluti

sacrae peregrinationes universae alicuius aut dioecesis aut regionis aut nationis, in quibus plurimum est lucri spiritualis, si unum idemque grave argumentum proponatur considerandum, imprimis Christi Domini necnon Beatae Mariae Virginis Sanctorumque vita; subeunt translaticiae missiones, saepe praepropere fieri desitae, pro quibus aptius nihil suffici potest ad vitam christianam identidem redintegrandam quasque sane expedit restituere ac renovare, praeterea circuli biblici, qui progredi ultra exegesim debent, ut de verbo Dei vivere sinant; congressiones ecclesialium communitatum a basi appellatarum, quatenus tamen congruunt cum normis in Apostolica Adhortatione *Evangelii Nuntiandi* expositis.[91] Commemoramus insuper iuvenum coetus, qui quibusdam in regionibus, variis sub nominibus et formis — at cum eodem semper proposito efficiendi, ut Iesus Christus cognoscatur, et vivendi secundum Evangelium — multiplicantur atque tamquam verno tempore efflorescunt; quod tantum Ecclesiae solacium affert: consociationes ab actione catholica, coetus caritatis operum, coetus communis precationis, coetus christianae meditationis et his similes. Haud parvam nimirum spem illae consociationes in venturae Ecclesiae commodum praebent. Verum in Iesu nomine obsecramus adulescentes, qui eas efficiunt, eorumque moderatores ac sacerdotes, qui illis devovent optimas ministerii sui partes : nolite ullo pacto permittere, ut hi coetus — praestantes congrediendi occasiones ac ditati tantis bonis amicitiae coniunctionisque iuvenilis, laetitiae ac fervoris, deliberationis de factis et vitae rebus — serio studio careant doctrinae christianae. Alioquin periculum erit — quod, pro dolor, nimis iam saepe accidit — ne isti fallant asseclas suos ipsamque Ecclesiam.

Opera vero, quae in his adiunctis in aliisque catechesi impenditur, eo felicius cedet uberioresque fructus afferet, quo magis indolis propriae earum ratio habetur. Quare si hic labor prudenter rebus inseritur, diversa illa et additicia seu, ut aiunt,

[91] Cf. n. 58: *AAS* 68 (1976), pp. 46-49.

complementaris ratio congressionum et necessitudinum efficietur; unde copiosa illa catecheseos notio explicabitur et promoveatur triplici modo : verbo, memoria, testimonio, id est doctrina, celebratione sacra, officiis in vitae usu susceptis; qui quidem in Nuntio a Synodo ad Populum Dei dato est in lumine positus.[92]

48. Haec animadversio ei catechesi etiam magis convenit, quae in Liturgiae fit celebratione, maxime in eucharisticis coetibus; in quibus sane, ratione ducta tum indolis peculiaris tum cursus sacrorum huiusmodi, homilia iter fidei resumit, quod catechesis proposuit, idque ad naturalem sibi terminum adducit; pariter discipulos Domini movet, ut iter spirituale in veritate, in adoratione gratiarumque actione cotidie suscipiant. Si res ita intellegatur, affirmari potest ipsam etiam paedagogiam catecheticam in Eucharistia initium atque perfectionem habere per totum nempe circulum anni liturgici.

Praedicatio sacra vero, in textibus biblicis innixa, id, sua quidem ratione, efficit, ut Christifideles universa mysteria fidei atque normas christianae vitae satius altiusque cognoscant. Homiliae summa est diligentia adhibenda, atque curandum, ne nimis longa sit nec nimis brevis, ut accurate semper praeparetur, sententiis sit copiosa et apta audientibus, atque sacrorum administris reservetur. Locum suum in omni eucharistica Liturgia dominicis ac festis diebus de praecepto debet obtinere, atque etiam in celebratione baptismatis ac ritus paenitentialis, matrimonii et funeris. Hoc beneficiorum unum est liturgicae renovationis.

49. Inter universas autem vias et subsidia — omnis quidem Ecclesiae navitas catecheticam quandam prae se fert rationem — opera catechismi edita non solum momentum suum primarium non amiserunt, sed potius novam quandam vim accipiunt. Ex maioribus enim catecheseos renovandae ratio-

[92] Cf. Synodus Episcoporum, *De catechesi hoc nostro tempore tradenda praesertim pueris atque iuvenibus, Ad Populum Dei Nuntius,* nn. 7-10: *loc. cit.,* pp. 9-12; cf. diarium «L'Osservatore Romano» (30 Oct. 1977), p. 3.

nibus una hodie sita est in refectione ac multiplicatione librorum catechetieorum, quae ubique fere in Ecclesia evenerunt. Multa eiusmodi opera, felici cum exitu, iam prodierunt in lucem ac verum thesaurum efficiunt in commodum catecheticae institutionis. Sed simul candide et humiliter est confitendum hanc operum prosperitatem et ubertatem secum tulisse commentarios ambiguos librosque nocentes iuvenibus et ipsi Ecclesiae vitae. Admodum crebro, ex anxia voluntate inveniendi meliorem sermonem vel sectandi novos mores in iis, quae methodos paedagogicas tangunt, quidam passim libri catechetici obturbant adulescentes ipsosque adultos, sive cum essentiales partes fidei Ecclesiae conscio inconsciove modo praetereant, sive cum quibusdam argumentis nimium ascribant momentum cum aliorum damno, sive maxime cum ob universalem rerum considerationem, valde quidem ***horizontalem,*** ut aiunt, a doctrinis Magisterii Ecclesiae dissideant.

Haud satis ideo est libros catecheticos multiplicare ; ut autem cum proprio fine suo concordent, plures condiciones omnino oportet impleantur:

— adhaereant certe concretam ad vitam eorum hominum, quibus destinantur quorumque sollicitudinum et quaestionum et contentionum et spei proxime ratio ducatur;

— studeant sermone uti, qui ab huius temporis hominibus comprehendatur;

— provideant, ut integrum Christi eiusque Ecclesiae nuntium patefaciant neve quidquam omittant neque corrumpant, sed ut omnia exponant secundum viam aliquam et formulam, quae res essentiales extollit;

— permoveant reapse lectores suos, quo plenior in iis gignatur cognitio mysteriorum Christi, unde vera conversio ac vita magis deinceps composita ad Dei voluntatem profluant.

50. Omnes qui grave munus haec catecheseos instrumenta ac potissimum textus catechismi apparandi in se recipiunt, agere nequeunt sine approbatione Pastorum, quorum est hanc con-

cedere, ac nisi item se gerunt quam arctissime secundum ***Directorium Catechisticum Generale,*** ad quod ut ad normam manentem se revocent oportet.[93]

Ad hoc quidem quod attinet, placet Conferentias episcopales totius orbis terrarum etiam atque etiam hortari, ut, patienter quidem sed etiam constanti animo, conspirent cum Apostolica Sede ad magni ponderis opus aggrediendum, id est ad conficiendos egregios catechismi libros, quibus primariae res Revelationis sincere contineantur, ea methodo insignes, quae necessitatibus nostrae aetatis sit accommodata, ita concinnatos, ut christianas generationes temporum novorum ad fidem firmam queant educare.

Brevis haec subsidiorum atque viarum catecheseos hodiernae descriptio non copiam propositionum exhaurit, quae a Patribus in Synodo sunt exaratae. Erigit animum agnoscere in singulis orbis partibus una simul hodie egregiam operam dari novae catecheseos formae, quae sit aptius disposita, certior in variis his doctrinae tradendae rationibus. Neque est dubitandum quin Ecclesia homines peritos inveniat et idonea instrumenta, iuvante Dei gratia, ea mente, ut multiplicibus difficultatibus ad communicandum cum hominibus nostri temporis satisfaciat.

VII

51. Catechesis, ut proprium finem assequatur, educationem nempe in fide, variis methodis utatur oportet, pro catechumenorum aetate mentiumque progressu, maturitate ecclesiali et spirituali atque adiunctis aliis unicuique peculiaribus. Quam varietatem, si rem in universum consideramus, ea quoque postulant, quae ambitum socialem-culturalem contingunt, in quo Ecclesia catechizat.

Est autem haec in methodis servandis varietas signum quod-

[93] **Cf. Sacra Congregatio pro Clericis, *Directorium Catechisticum Generale,* nn. 119-121; 134: *AAS* 64 (1972), pp. 166-167; 172.**

dam vitae atque ubertas quaedam. Id etiam Patres quarti Coetus generalis Synodi Episcoporum senserunt, qui simul monuerunt quibus condicionibus pernecessariis eadem varietas utilis esset neque unitati, qua oportet unam tradere fidem, detrimentum afferret.

52. Prima quaestio universalis tractanda eo pertinet, ne quis, audentius agens et temptari se patiens, institutionem catecheticam iniuste permisceat cum sententiis ideologicis, manifestis aut tectis, maxime indolem politicam-socialem praeferentibus, vel cum iis, quae personali optione sibi in re politica statuit. Cum enim eiusmodi sententiae primarium nuntium tradendum ita afficiunt, ut obscuretur et ad secundarium quiddam redigatur, quin immo illarum finibus iubeatur servire, tunc catechesis funditus corrumpitur. Synodus iure meritoque de necessitate monuit, ex qua catechesis, quasi in altiore loco posita, seiungeretur ab opinationibus discrepantibus, unius alicuius partis propriis — videlicet ut « dichotomiae » vitarentur — etiam cum ageretur de interpretationibus theologicis, quibus quaestiones similes explanarentur. Etenim catechesis oportet ad Revelationem se conformet, ad Revelationem dicimus, qualem Magisterium universale Ecclesiae tradit sive ratione sollemni sive ordinaria. Haec Revelatio est patefactio Dei creatoris et redemptoris, cuius Filius, ad homines veniens, eorum carne assumpta, non solum in res vicesque cuiusque hominis ingreditur sed etiam in ipsam historiam humanam, cuius centrum efficitur. Itaque haec Revelatio ad penitus mutandos homines et universum spectat, Iesu Christi Evangelio ducente, ad mutandam totam compagem exsistentiae humanae. Catechesis, hoc modo accepta, omnem moralismum, ut aiunt, externis observantiis nimis haerentem superat, licet veram de moribus doctrinam contineat. Praesertim vero omnem ***messianismum*** temporalem, socialem vel politicum egreditur; siquidem ea quae in homine sunt ima, exquirit.

53. Altera nunc est Nobis quaestio aggredienda: quemadmodum ad sodales Commissionis Biblicae diximus, vocabulum

Gallicum ***acculturation*** vel ***inculturation*** « est quidem verbum novum, quod tamen unum ex elementis magni mysterii Incarnationis egregie exprimit i).[94] Asseverare possumus catechesi, perinde ac evangelizationi in universum, propositum esse, ut vim Evangelii in intimas rationes cultus humani et formarum eiusdem cultus inferat. Ad hoc assequendum oportet catechesis eiusmodi culturas earumque elementa primaria cognoscat; et quae illas significantius declarent, perspiciat; earum bona et divitias observet. Sic videlicet homines e variis humani cultus formis adducet, ut mysterium absconditum[95] agnoscant, eosque adiuvabit, ut e viva traditione sibi propria depromant singulares rationes, quae christianam vitam, celebrationem sacrorum et cogitandi modum manifestant. Duo autem hac in re sunt ponderanda: hinc scilicet nuntium evangelicum non posse simpliciter seiungi ab illa cultura, in quam primitus sit insertus (id est a summa rerum biblicarum, nominatim vero a cultus humani ambitu, in quo Iesus Nazarenus vixit), neque, sine gravi iactura, a culturae formis, in quibus saeculorum decursu traditus sit; eum sua sponte e nullo nasci culturae veluti fundo; deinde eum semper transmitti ope dialogi apostolici, qui necessario in quasi quendam dialogum culturarum includatur.

Illinc affirmari oportet vim Evangelii ubique huiusmodi esse, ut transformet atque regeneret. Quis miretur, si ea in aliquam culturam penetret, non pauca huius elementa reformari. Non esset catechesis, si Evangelium ipsum mutaretur, cum culturas attingit.

Hoc si oblivione neglegi tur, id efficitur, quod sanctus Paulus verbis maxime significantibus appellat « evacuare crucem Christi ».[96]

Differt prorsus agendi ratio, cum sapienter et considerate elementa, religiosa vel alia, ad patrimonium, uti dicunt, culturae alicuius hominum coetus vel ordinis pertinentia, adhi-

[94] Cf. *AAS* 71 (1979), p. 607.
[95] Cf. *Rom* 16, 25; *Eph* 3, 5.
[96] Cf. *1 Cor.* 1, 17.

bentur ad eiusmodi homines iuvandos, ut integrum mysterium christianum melius animis comprehendant. Veri enim catecheseos institutores probe noverunt catechesim in diversas inseri humani cultus formas vel in varias humani convictus rationes : satis est de populis cogitare, inter se tam dissimilibus, de adulescentibus et iuvenibus, qui nunc sunt, de rerum locorumque admodum variis adiunctis, in quibus gentes nostra aetate versantur, qui omnes haud patiuntur catechesim extenuari eo quod nuntius ipsius derelinquitur vel inveterato, vel ita, etiam quoad sermonem, accommodatur, ut « bonum depositum » fidei[97] in discrimen adducatur, vel nimis ceditur in fide et moribus. Ii enim persuasum sibi habent veram catechesim eiusmodi culturas locupletare, cum eas adiuvet ad superanda illa, quae in iisdem sunt imperfecta atque etiam inhumana, et cum bonis, quae in iis legitime insunt, plenitudinem Christi[98] attribuat.

54. Alia de methodo quaestio ad modum spectat, quo per institutionem catecheticam elementis probandis pietatis popularis apte sit utendum. Cogitamus hic de quibusdam devotionis formis, quas in nonnullis regionibus populus fidelis cum mentium ardore et puritate intentionis animum commoventibus servat, quamvis fides, quae illis veluti subtenditur, oporteat purificetur, immo emendetur non paucis ex partibus. Subeunt menti quaedam preces, faciles intellectu, quas plurimi homines simplices libentius itérant. Subeunt quidam pietatis actus, qui sincero cum studio paenitentiae agendae vel Domino placendi patrantur. In maxima parte eiusmodi precum vel se gerendi rationum, praeter nonnulla reicienda, insunt elementa, quae, si bene adhibeantur, optime valent ad mysterium Christi altius percipiendum: amorem videlicet et misericordiam Dei, Incarnationem Christi, Crucem eius redemptricem atque Resurrectionem, Spiritus actionem in singulis christianis et in Ecclesia, arcanum post mortem futurum, virtutes evangélicas colendas,

[97] Cf. *2 Tim* 1, 14.
[98] Cf. *Io 1,* 16; *Eph* 1, 10.

praesentem in mundo christianorum conversationem hisque similia. Cur ergo elementa non christiana, quin immo Christianismo adversantia, usurpemus, nolentes in elementis inniti, quae, licet recognoscenda sint et emendanda, tamen quiddam christiani in ipsis suis radicibus habent?

55. Postrema de methodo quaestio, in lucem saltem proferenda, de qua saepe Synodus disceptavit, de artificio memoriae est. Initio catechesis christiana, quando humanus civilisque cultus maxime voce tradebatur, amplissime artificio memoriae utebatur; ideoque diutissime praecipuae veritates memoriae mandari consueverant. Novimus quidem hanc methodum incommodis quibusdam non carere, quorum non minimum in hoc est positum, ut perceptionem praebeat non sufficientem, interdum fere nullam, cum tota scientia ad formulas saepe iteratas, sed non altius perspectas, redigatur. Haec incommoda, una cum variis proprietatibus cultus nostri civilis, effecerunt, ut hic illic prope plane deleretur — non desunt qui dicant, pro! in omne tempus — memoriae exercitatio in catechesi. Idcirco in Synodi quarto Coetu generali viri auctoritate gravissimi monuerunt, ut sapienter partes aequarentur considerationis et rationis spontaneae, colloquii et silentii, rerum scriptarum et memoriae. Ceterum in quibusdam culturis adhuc multum tribuitur arti memoriae.

Cum ergo in profana institutione quarundam regionum improbationes eduntur in dies crebriores circa detrimenta, ex contemptu huius facultatis humanae, id est memoriae, manantia, cur nos non studeamus eius momentum pro catechesi modo prudenti et etiam singulari peculiarique restituere, eo vel magis quod celebratio seu « memoria » praeclararum rerum historiae salutis postulant, ut harum cognitio accurata habeatur? Quaedam exercitatio, qua memoriae mandantur verba Iesu Christi, loci biblici magni ponderis, decalogus, formulae professionis fidei, textus liturgici, precationes praecipuae, capita doctrinae christianae, nedum dignitati iuvenum christianorum adversetur aut privato cum Deo colloquio obstet, vere necessaria

est, quemadmodum Patres Synodi acriter monuerunt. Oportet veram rerum speciem intueri. Huiusmodi fidei et pietatis flores, si ita fas est loqui, non e desertis locis catecheseos, in qua memoria non exerceatur, enascuntur. Id potissimum interest, ut hi textus, memoriae mandati, simul interius perspiciantur, mente paulatim comprehendantur, quod ad eorum altitudinem attinet, ut fons vitae christianae et singulorum et communitatum evadant.

Quod plures sunt methodi catecheseos hac aetate tradendae signum esse potest vigoris et aciei ingenii. Hoc utique interest, ut methodus inducta tandem ad primariam legem, qua omnis vita Ecclesiae astringitur, referatur: ad legem dicimus fidelitatis Deo servandae et fidelitatis homini praestandae cum eodem amoris affectu.

VIII

56. Vitam in mundo degimus difficili, ubi anxietas ex eo oriens quod hominem fructus eius optimi fugiunt et contra ipsum convertuntur, incertitudinem ingerit.[99] In hoc vero mundo catechesis christianos debet iuvare, ut « lumen » et « sal » efficiantur[100] ad gaudium sibi parandum et ministerium aliorum obeundum. Quod quidem sine dubio postulat, ut per eam christiani in sua identitate confirmentur, et ut eadem indesinenter ab haesitationibus, ambiguitatibus, fatuitate, quae passim contingunt, removeatur. Aliarum autem difficultatum, quae totidem sunt fidei impugnationes, quasdam proponimus eo consilio ut catechesim adiuvemus ad eas evincendas.

57. Ante aliquos annos multus sermo fuit de mundo ***saecularizato,*** de aetate ***post christiana.*** Quod novum studium exolevit; sed quiddam penitus verum remanet. Christiani enim, qui nunc sunt, ita instituantur oportet, ut vivere sciant in mundo, qui magnam partem Deum ignorat aut qui, ad rem religio-

[99] Litt. Enc. *Redemptor Hominis,* nn. 15-16: *AAS* 71 (1979), pp. 286-295.
[100] Cf. *Mt* 5, 13-16.

sam quod attinet, non quidem ad dialogum accedit, severum et fraternum, omnes exstimulantem, sed saepe ad indifferentismum, qui dicitur, omnia exaequantem, delabitur, quin immo in habitu mentis perstat arroganti et suspicioso, quo progressiones, in « explanationibus » ad interioris doctrinae rationem factae, in medium proferuntur. Ut firmi persistamus in hoc mundo, ut omnibus locum demus « salubris colloquii »,[101] in quo unusquisque quoad primariam omnino dignitatem quaesitoris Dei recte observetur, indigemus catechesi, qua iuvenes et adulti in nostris communitatibus doceantur esse in fide dilucidi sibique constantes, identitatem suam christianam et catholicam serene profiteri, « in visibilem videre »,[102] ita adhaerere Deo, qui est absolutus, ut de eo in civili cultu materialismo infecto, qui eum esse negat, testimonium perhibere valeant.

58. Identitatem christianam, singularem prorsus et talem, ut extenuari eam non liceat, consequitur ut corollarium et condicio paedagogia fidei non minus singularis et peculiaris. Inter multas et luculentas disciplinas humanas, hac aetate immensum progressas, una e praecipuis sine dubio est paedagogia. Cui praevalido sunt auxilio ea quae aliae scientiae sunt adeptae, veluti biologia, psychologia, sociologia. Disciplina educandi et ars docendi indesinenter in controversia versantur eo consilio quo aptius accommodentur aut maiorem efficacitatem consequantur; quorum conatuum diversi sunt exitus.

Est autem etiam paedagogia fidei, quae quanto usui esse possit catechesi, numquam satis dicetur. Consentaneum enim est, ut disciplinae in fide educandi aptentur artes educandi ut tales, quae multum progressae sint et comprobatae. Verumtamen semper ratio ducenda est fidei proprietatis fundamentalis. Cum enim de paedagogia fidei agitur, non scientia humana tradenda est, quamvis sit altissima, sed Revelatio Dei eaque integra. Deus autem ipse per totam sacram historiam

[101] PAULUS PP. VI, Litt. Enc. *Ecclesiam Suam,* p. III: *AAS* 56 (1964), pp. 637-659.
[102] Cf. *Hebr* 11, 27.

et praesertim in Evangelio usus est paedagogia, quae arti in fide educandi ut exemplum praeluceat oportet. Omne artificium eatenus utile est catechesi, quatenus fidei tradendae artique in ea educandi conducit, at, si contrarium evenit, nihil valet.

59. Quaestio similis anteriori ad sermonem spectat; quae quam ardua hisce temporibus sit, non est qui ignoret. Nonne stupentes animadvertimus, dum studia, ut exempla ponamus, in regione communicationis, doctrinae semanticae, disciplinae de symbolis hac aetate magni faciunt sermonem, tamen linguam adulteran iisdem temporibus nostris, id est servire iuberi circumventioni ideologicae, ingeniis coaequandis, homini veluti ad obiectum redigendo?

Haec omnia magnam vim ad catechesim habent. Omnino enim postulatur, ut ea sermonem inveniat universe aptum infantibus et iuvenibus, qui nunc sunt, aliisque hominum ordinibus : sermonem dicimus proprium studiosorum atque doctorum, hominum scientiis deditorum, illitteratorum vel hominum tenui cultu civili praeditorum, membris vel mente captarum hisque similium. Iam dudum sanctus Augustinus hanc quaestionem persensit atque ad eam solvendam temporibus suis contulit pernota volumine, quod « De catechizandis rudibus » inscribitur. In catechesi, at in theologia, quaestio de sermone est sine dubio primaria. Verumtamen non supervacaneum est hic memorare catechesi non utendum esse sermone ullo, qui, quovis praetextu, etiam scientiae, quae se profitetur, efficiat, ut id quod in symbolo ***Credo*** appellato continetur, corrumpatur. Neque sermo, qui fallit vel seducit, est consentaneus. Contra, haec est lex suprema, ut magnae progressiones disciplinae de sermone praesto sint catechesi, eo consilio ut pueris, adulescentibus, iuvenibus, adultis huius aetatis « dicere » vel ((communicare » totam doctrinam fidei, sine ulla adulteratione, eadem catechesis reapse valeat.

60. Subtilius periculum interdum ex ipso modo fidem concipiendi oritur. Quaedam enim nostrae aetatis scholae philo-

sophicae, quae magnam vim habere videntur ad nonnulla theologorum instituta et opinationes et per haec ad usum pastoralem, libenter affirmant primarium hominis habitum mentis eo pertinere, ut infinite exquirat; quam investigationem numquam propositum suum consequi. Ex hac vero iudicandi ratione, in theologiam recepta, sine ulla dubitatione fides dicetur non esse certitudo sed interrogatio quaedam, non esse perspicua, sed caligo, cui quis se committat.

Huiusmodi cogitandi modi nos opportune quidem monent fidem ad res pertinere nondum habitas, quia speratas, nondum visas, nisi « per speculum in aenigmate »,[103] Deumque semper lucem habitare inaccessibilem[104] nosque adiuvant, ne fidem christianam faciamus quasi immobilem habitum, sed potius progressionem ut apud Abraham. Magis etiam cavendum est, ne res, quae sunt incertae, ut certae proponantur.

Attamen non in contrariam partem eamque nimiam est abeundum, quod saepius accidit. Secundum epistulam ad Hebraeos «est ... fides sperandorum substantia, rerum argumentum non apparentium ».[105] Quamquam plenam non habemus possessionem, tamen est nobis sponsio et probatio. Cum ergo pueros, adulescentes, iuvenes educamus, ne iis fidei notionem praebeamus, qua prorsus negetur, quasi agatur de absoluta quadam inscitia, de caecitate quadam, de quodam mundo tenebris obvoluto, sed oportet iis ostendamus humilem et fidentem inquisitionem credentis, nedum a nihilo, a falsarum rerum imaginibus, ab opinionibus fallacibus, ab incertitudine proficiscatur, potius in verbo Dei inniti, qui nec fallitur nec fallit, atque in huius verbi inconcussa petra perpetuo aedificari. Sic et Magi, stella duce, inquisiverunt;[106] de huiusmodi investigatione Blasius Pascal, sententiam sancti Augustini resumens, tam acriter scripsit : « Non me quaereres, nisi me invenisses ».[107]

Est etiam catechesi propositum, ut catechumenos illis rebus

[103] *1 Cor* 13, 12.
[104] Cf. *1 Tim* 6, 16.
[105] *Hebr* 11, 1.
[106] Cf. *Mt* 2, 1ss.
[107] BLAISE PASCAL, *Le mystère de Jésus: Pensées,* n. 553.

certis, simplicibus quidem sed firmis, imbuat, quibus ad Dominum magis magisque cognoscendum adiuventur.

61. Hoc loco multum interesse Nobis videtur, ut vinculum inter catechesim ac theologiam probe percipiatur.

Quod quidem vinculum dilucide apparet, alta quadam et vitali claritate, ei qui munus pernecessarium theologiae, fidei inserviens, habet compertum. Non est mirandum si, quidquid in regione theologiae quasi turbine agitatur, etiam in regionem catecheseos recidat. Hoc vero proximo post Concilium tempore in Ecclesia est investigatio theologica magni quidem momenti sed periculi plena. Idem dicendum est de disciplina hermeneutica in exegesi.

Quidam Patres Synodi, qui ex omnibus terris continentibus advenerant, gravissimis verbis hanc quaestionem sunt aggressi : qui de aequilibritate instabili sunt locuti, quae ex theologia in catechesim pervadere potest, atque necessitati huic malo remedium afferendi institerunt. Ipse Summus Pontifex Paulus VI hanc quaestionem verbis non minus claris tractavit in prooemio Sollemnis suae Professionis Fidei[108] et in Adhortatione Apostolica, quam quinto expleto anno a Concilii Oecumenici Vaticani II exitu edidit.[109]

De hac re iterum est monendum. Theologi et exegetae, conscii quantam vim habeant ad institutionem catecheticam investigationes ipsorum et affirmationes, cavere omnino debent, ne ita agant, ut tamquam veritates certae accipiantur ea quae, contra, pertinent ad coniecturas vel ad disceptationes inter peritos. Catecheseos vero institutores in provincia investigationis theologicae ea sapienter colligant, quae lucem afferre, valeant ipsorum considerationi atque institutioni, e veris fontibus haurientes, perinde ac theologi, sub Magisterii ductu. Neque animos puerorum et iuvenum, in hoc gradu catecheseos constitutos, perturbent insolitis opinationibus, quaestionibus

[108] PAULUS PP. VI, *Sollemnis Professio Fidei*, n. 4: *AAS* 60 (1968), p. 434.
[109] PAULUS PP. VI, Adhort. Apost. *Quinque iam Anni: AAS* 63 (1971), p. 99.

variis vel inanibus disceptationibus, quas sanctus Paulus in epistulis pastoralibus suis saepe obiurgat.[110]

Pretiosissimum donum, quod Ecclesia mundo huius temporis, erranti et inquieto, possit praebere, in eo est positum, ut christianos ibi formet, solidatos in re essentiali et humiliter laetos de fide. Id ipsum eos catechesis docet, et ea imprimis inde capit incrementa: « Homo igitur, qui funditus se perspicere cupit — non tantum secundum quasdam subitarias, imperfectas, saepe exteriores, immo etiam specie sola apparentes rationes aut regulas suae vitae — debet sese ad Christum conferre, cum sua anxietate et dubitatione, cum sua infirmitate et improbitate. cum vita sua et morte. Is debet quasi cum toto, quod ipse est, intrare in eum; debet « asciscere » atque assumere sibi omnem veritatem Incarnationis et Redemptionis, ut rursus se reperiat ».[111]

IX

62. Nunc, Fratres et Filii dilectissimi, cupimus, ut verba Nostra, vim habentia gravis et ferventis exhortationis, quae pro ministerio Nostro Pastoris Ecclesiae universae vobis adhibemus, corda vestra incendant, sicut sancti Pauli epistulae ad Titum et Timotheum, socios Evangelii, datae, vel sicut verum illud opusculum de gaudio catechizandi, quod sanctus Augustinus ad diaconum Deogratias misit, qui in gerendo munere catechistae se demiserat animo.[112] Re quidem vera volumus cordibus cunctorum — sunt autem tot et tam varii — qui in institutionem doctrinae religiosae et in componendos animos ad vitam secundum Evangelium ducendam incumbunt, fortitudinem, spem, ardorem ingerere!

63. Imprimis autem ad vos, Fratres in Episcopatu, convertimur: Concilium Vaticanum II vos iam expressis verbis de officiis

[110] Cf. *1 Tim* 1, 3 ss.; 4, 1 ss.; *2 Tim 2,* 14 ss.; 4, 1-5; *Tit 1,* 10-12; cf. etiam Adhort. Apost. *Evangelii Nuntiandi,* n. 78: *AAS* 68 (1976), p. 70.

[111] Litt. Enc. *Redemptor Hominis,* n. 10: *AAS* 71 (1979), p. 274.

[112] *De catechizandis rudibus: PL* 40, 310-347.

vestris quoad rem catecheticam monuit[113] atque Patres quarti Coetus generalis Synodi gravibus vocibus ea confirmarunt.

Ad hoc quod attinet, vobis, dilectissimi Fratres, missio peculiaris in Ecclesiis vestris est credita; ubi vos estis ii qui primi officio catecheseos tradendae devinciuntur, ubi vos estis catecheseos institutores longe praecipui. Praeterea una cum Summo Pontifice secundum rationem collegialis formae Episcoporum munus catecheseos tradendae in universa Ecclesia obeatis oportet. Sinite ergo Nos vobiscum colloqui corde sincero.

Novimus sane ministerium episcopale in dies magis implicatum et ponderosum vobis esse sustinendum. Mille officia vos habent sollicitos, a cura novos sacerdotes formandi ad necessitatem communitatibus fidelium actuose adstandi, a celebratione impensa et digna cultus divini et Sacramentorum ad studium humanae promotionis fovendae et hominis iura tuendi. At cura provehendi operosam et efficacem catechesim nullatenus cedat alii sollicitudini, quaecumque ea est! Haec cura vos impellet, ut vosmet ipsi doctrinam vitae fidelibus vestris tradatis. Sed vos etiam adducet, ut in dioecesibus vestris, congruenter cum iis, quae Conferentia Episcopalis, cuius estis, statuerit, quasi ex altiore loco catechesim dirigatis, accitis quidem operae sociis peritis et fiducia dignis.

Munus vestrum praecipuum est in dioecesibus vestris verum ardorem ad catechesim spectantem excitare et servare, ardorem dicimus, qui in compagem accommodatam et efficacem inseratur, quae homines, subsidia et instrumenta atque etiam necessarias opes complectatur et promoveat. Persuasum habeatis cetera facilius fieri, si catechesis in Ecclesiis localibus recte fiat. Ceterum — num opus est id dicere ? — si zelus vester interdum officium vobis imponit iniucundum déviantes denuntiandi, errantes corrigendi, tamen saepius gaudium inde capietis videntes Ecclesias vestras florentes eo quod ibi catechesis ita traditur, ut Deus vult.

[113] **Cf. Decr. de pastorali Episcoporum munere in Ecclesia *Christus Dominus,* n. 14: *AAS* 58 (1966), p. 679.**

64. Quod ad vos, sacerdotes, pertinet, en ager, in quo vos cooperatores proximi estis Episcoporum vestrorum. Concilium vos vocavit « educatores in fide »: [114] nonne hi maxime eritis, si quam impensissime conitemini, ut communitates vestrae in fide crescant? Ecclesia exoptat, ne quid neglegatis eorum quae operi catechetico recte ordinando recteque dirigendo conducant, sive in paroecia versamini sive pietatis magistros agitis in scholis, Lycaeis vel studiorum universitatibus, sive curatores estis rei pastoralis in quovis gradu, sive animatores communitatum parvarum vel magnarum, praesertim coetuum iuvenum. Diaconi aliique ministri, si vos eos habere contingit, in hac causa sunt suapte natura vestri cooperatores. Omnes autem credentes iure fruuntur catechesim accipiendi, omnes pastores officio tenentur huic rei consulendi. A publicae rei moderatoribus semper Nos flagitabimus, ut libertatem catecheseos tradendae observent; vos ergo, administri Christi, omnibus viribus obsecramus, ne umquam permittatis, ut deficiente zelo vel ex nefasta quadam praeiudicata opinione fideles careant catechesi. Ne dicatur: « parvuli petierunt panem, et non erat qui frangeret eis ».[115]

65. Non paucae familiae religiosae, sive virorum sive mulierum, ortae sunt, ut in christianam institutionem puerorum et iuvenum, praesertim maxime derelictorum, incumberent. Temporum cursu religiosi et religiosae plurimum versati sunt in actione catechetica Ecclesiae, hac in re opus sane aptissimum et efficacissimum patrantes. Nunc ipsum, cum et religiosorum vincula cum Pastoribus firmantur et, consequenter, actuosa praesentia communitatum religiosarum earumque sodalium in propositis pastoralibus Ecclesiarum localium expostulatur, vos enixe cohortamur — quos consecratio religiosa oportet promptiores efficiat ad serviendum Ecclesiae — ut ad munus catecheticum quam diligentissime vos praeparetis, secundum diversas vocationis rationes vestrorum institutorum et secundum munera vobis commissa, ubique vero de hac re solliciti.

[114] Decr. de Presbyterorum ministerio et vita *Presbyterorum Ordinis,* n. 6: *AAS* 58 (1966), p. 999.
[115] *Lam* 4, 4.

Utinam communitates summum ingenii virium et facultatum peculiari operi catecheseos impendant!

66. Nomine totius Ecclesiae gratias vobis agimus, catecheseos institutores ex ordine laicorum, viri et mulieres — hae quidem etiam plures sunt numero — qui ubique terrarum vos devo vis tis institutioni religiosae multarum generationum. Actio vestra, saepe humilis et abscondita, sed ardente et magnanimo studio patrata, praeclarissima est forma apostolatus laicorum; qui peculiaris est momenti, ubi, variis de causis, pueri et iuvenes in suarum familiarum convictu non consentaneam accipiunt religiosam institutionem. Quot nostrum a personis, quales vos estis, elementis catechismi sumus imbuti vel compositi ad suscipiendum Sacramentum Paenitentiae vel primam Communionem et Confirmationem ? Coetus generalis quartus Synodi Episcoporum vestri non est oblitus ; una cum eo vos incitamus, ut vitae Ecclesiae cooperari pergatis.

Catecheseos vero institutores, qui in regionibus missionali opere excolendis degunt, peculiari prorsus nomine « catechistarum)) appellantur. E familiis iam christianis orti vel olim ad christianam fidem conversi atque a missionariis vel ab alio catechista instructi, hi deinde vitam suam, per longum cursum annorum, pueris et adultis suarum regionum impendunt. Sine iis profecto Ecclesiae nunc florentes aedificatae non essent. Gaudemus sane quod Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Eide conisa est et conititur, ut huiusmodi catechistarum formatio in dies perficiatur. Grato animo de iis commemoramus, quos Deus ex terrestri peregrinatione iam ad se vocavit; intercessionem autem illorum effiagitamus, quibus Decessores Nostri beatorum vel sanctorum Caelitum honores decreverunt. Omnes qui nunc operantur, ex animo confirmamus. Optamus quidem, ut multi alii iis succedant eorumque numerus pro labore missionibus tam necessario augescat.

67. Nunc agere iuvat de concretis spatiis, ubi pro more omnes catecheseos institutores operantur, et modo magis compendioso de <(locis » catecheseos tractare, quorum nonnulla iam

sunt memorata in capite VI, id est de paroecia, familia, schola, consociatione.

Quodsi verum est ubique posse catechizari, tamen moneamus oportet — plurimorum Episcoporum vota secundantes — communitatem paroecialem, utpote in singulari loco positam, manere debere fautricem et incitatricem catecheseos. In non paucis quidem regionibus paroecia quasi subversa est immenso illo urbium auctu. Quidam fortasse nimis festinanter iudicarunt eas esse obsoletas, immo perituras, et pro iis parvas communitates, magis accommodatas et efficaces, constituendas. At velint nolint illi, paroecia locus restat, quocum populus christianus, etiam ii, qui religionem non colunt, arctiore necessitudine iunguntur. Rectum ergo e rei veritate haustum iudicium et sapientia postulant, ut illud servetur consilium eo pertinens, ut eidem paroeciae, si opus est, congruentiores structurae praebeantur, et potissimum ut ei novus indatur impulsus, quatenus fideles, ingenio et peritia praestantes, officii sui conscii, magnanimi, auctiore modo in eam inseruntur. Quibus dictis et ratione habita necessariae locorum diversitatis, in quibus catechesis traditur, in ipsa etiam paroecia, prorsus oportet omnes viae catecheseos impertiendae — in familiis pueros vel adulescentes complectentibus, in sedibus curatorum rei pastoralis apud publicas scholas, in institutis scholasticis catholicis, in consociationibus apostolatui deditis, quae tempus catechesi destinant, in circulis omnibus iuvenibus patentibus, in excursionibus, quae exeunte hebdomada ad rem spiritualem provehendam fiunt, et alias — vere in eandem fidei confessionem dirigantur, in idem obsequium se Ecclesiae subiciendi, in officia societati praestanda eodem spiritu evangelico: « unus Dominus, una fides, unum baptisma; unus Deus et Pater omnium».[116] Quapropter quaevis paroecia populo frequens et omnes paroeciae minores in unum corpus redactae gravi tenentur officio formandi eos — sacerdotes, religiosos, religiosas, laicos — qui totis viribus catechesi excitandae se impendant,

[116] *Eph* 4, 5 s.

apparandis iis studeant, quae necessaria sunt ad catechesim quovis aspectu, et multiplicandis et accommodandis locis, prout fieri possit et utile sit, ubi catechesis tradatur, et invigilent, ut formatio religiosa probata ratione niteat et varii coetus in corpus ecclesiale inserantur.

Ut paucis dicamus — absit quidem, ut omnia ad unius arbitrii normam redigantur vel unam formam induere iubeantur — paroecia, ut iam supra diximus, locus ille singularis catecheseos tradendae debet manere. Oportet, ut munus suum iterum inveniat, ex quo est domus familiaris convictus, fraterna et hospitalis, ubi baptizati et confirmati conscii fiunt se esse populum Dei. Ibi panis sanae doctrinae et panis eucharisticus iis f Tangitur abundanter in una cultus divini actione;[117] inde cotidie mittuntur ad implenda munera sua apostolica, ubicumque vita mundi fervet.

68. Actio catechetica, quae in familia fit, indolem prorsus peculiarem praefert, pro qua quodam modo nihil potest substitui quamque Ecclesia, praecipue Concilium Vaticanum II iure meritoque in lumine posuit.[118] Haec in fide educatio, a parentibus impertita — quam a primis puerorum annis inchoari oportet[119] — iam efficitur, si membra familiae uniuscuiusque inter se adiuvant, ut per testificationem suam vitae christianae,

[117] Cf. Conc. Oecum. Vat. II, Const. de sacra Liturgia *Sacrosanctum Concilium,* nn. 35, 52: *AAS* 56 (1964), pp. 109, 114; cf. etiam *Institutio Generalis Missalis Romani,* decreto Sacrae Rituum Congregationis 6 Apr. 1969 promulgata, n. 33, et quod supra in cap. VI de homilia est dictum.

[118] Iam ab inita media aetate Concilia provincialia de officio monuerunt, quo parentes circa filiorum educationem in fide tenerentur: cf. VI Conc. Arelaten. (a. 813), can. 19; Conc. Moguntin. (a. 813), cann. 45, 47; VI Conc. Parisien, (a. 829), libr. I, cap. 7: MANSI, *Sacrorum Conciliorum nova et amplissima collectio,* XIV, 62, 74, 542. E recentioribus documentis haec sunt memoranda: Pius PP. XI, Litt. Enc. *Divini illius Magistri,* 31 Dec. 1929: *AAS* 22 (1930), pp. 49-86; plures allocutiones et nuntii Pii PP. XII; praesertim vero documenta Concilii Vat. II: Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium,* nn. 11, 35: *AAS* 57 (1965), pp. 15, 40; Decr. de apostolatu laicorum *Apostolicam Actuositatem,* nn. 11, 30: *AAS* 58 (1966), pp. 847, 860; Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et Spes,* n. 52: *AAS* 58 (1966), p. 1073; potissimum vero Declaratio de educatione christiana *Gravissimum Educationis,* n. 3: *AAS* 58 (1966), p. 731.

[119] Cf. Conc. Oecum. Vat. II, Declaratio de educatione christiana *Gravissimum Educationis,* n. 3: *AAS* 58 (1966), p. 731.

saepe tacitam at perseverantem, in cotidianae conversationis secundum Evangelium ductae cursu, crescant in fide. Eadem educatio magis solidatur, si occurrentibus familiae eventibus —cuiusmodi sunt Sacramentorum susceptio, celebratio sollemnitatum liturgicarum, ortus infantis, luctus — curae est, ut significatio christiana vel religiosa horum eventuum explanetur. Sed etiam maiora sunt agenda: parentes christiani institutionem, quam alias certa via et ratione acceperunt, in familiari vita persequi et resumere studeant. Animi puerorum puellarumque saepe modo decretorio in omnemque vitam afficiuntur, cum eiusmodi veritates ad praecipuas quaestiones fidei vitaeque christianae pertinentes in familiari convictu, qui amore et reverentia sit insignis, sic denuo tractantur. Ipsis etiam parentibus nisus, qui iis hac de causa imponitur, prodest, siquidem in tali colloquio catechetico serendo unusquisque accipit ac dat.

Itaque catechesis familiaris antecedit, prosequitur, amplificat aliam quamvis formam catecheseos tradendae. Praeterea, ubi legibus religioni adversantibus ipsa etiam educatio in fide impeditur, ubi propter pervagatam incredulitatem vel saecularismum, qui dicitur, grassantem reapse facultas non datur in religione vere crescendi, haec « veluti Ecclesia domestica » [120] unus locus manet, ubi pueri et iuvenes germanam catechesim possint accipere. Parentes igitur christiani numquam satis annitentur, ut ad hoc munus filios catechizandi se praeparent et ut studio indefatigato id exsequantur. Confirmandi etiam sunt homines vel instituta, a quibus parentes ad idem officium obeundum adiuvantur, sive eo quod singillatim hi continguntur, sive per congressiones vel conventus, sive per subsidia omne genus paedagogica : illi enim et illa catechesi praeclarissime inserviunt.

69. Iuxta familiam cum eaque coniuncta schola haud neglegendas praebet catechesi opportunitates. In nationibus illis

[120] **Conc. Oecum Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium,* n. 11: *AAS* 57 (1965), p. 16; cf. Decr. de apostolatu laicorum *Apostolicam Actuositatem,* n. 11: *AAS* 58 (1966), p. 848.**

— usque, pro dolor, rarioribus — ubi fieri potest, ut educatio in fide intra ipsum scholae ambitum tradatur, Ecclesiam efficere oportet, quantum omnino valeat. Hoc autem manifesto refertur ante omnia ad scholam catholicam : num enim mereretur ea amplius tale suum nomen, si, quantumlibet superiore natura eruditionis excelleret profanis in disciplinis, iusta tamen aliqua de causa reprehenderetur ob neglegentiam vel deformationem institutionis proprio modo religiosae\ Nec quisquam dixerit hanc ipsam semper ***implicita*** aut ***indirecta*** via communicari! Peculiaris indoles ac summa scholae catholicae ratio — propter quam scilicet catholici parentes eam debent aliis praeponere — est profecto qualitas religiosae educationis in universam alumnorum praeparationem introductae. Si instituta catholica necesse est conscientiarum libertatem observent — id est recusent eas extrinsecus vi physica moralive impellere, praesertim quod ad religiosos puerorum et adulescentium actus spectat — officio tamen gravi obstringuntur suppeditandae institutionis religiosae, ad discipulorum condiciones valde interdum diversas aptatae, necnon hoc eis inculcandi: vocem Dei vocantis ad serviendum ipsi in spiritu ac veritate secundum illius mandata Ecclesiaeque praecepta non quidem hominem cogere, sed nihilo minus conscientiam eius obligare.

Pariter vero cogitamus de schola ***non confessionali,*** ut aiunt, ac de schola publica. Vehementer quidem exoptamus, ut, agnito humanae personae familiarumque clarissimo iure et confirmata religiosae omnium libertatis reverentia, permittatur cunctis alumnis catholicis in spirituali sua educatione progredi opitulante religiosa institutione, quae ex Ecclesia pendet, sed quae, pro nationibus, impertiri potest per scholam vel intra scholae ambitum vel etiam secundum consensionem cum publicis auctoritatibus de temporibus scholasticis, si catechesis evenit tantummodo in paroecia vel in alia sede curae pastoralis. Reapse ibi quoque, ubi obiectivae subsistunt difficultates — verbi gratia quoties diversae religionis sunt discipuli — par est ita scholarum horaria componi, ut catholicis

liceat propriam fidem experientiamque religiosam altius persequi idoneis cum magistris tum sacerdotibus tum laicis.

Praeter scholam ipsam complura alia elementa vitalia certe proficiunt ad iuvenum mentes permovendas : otia, ambitus so cialis et operis faciendi. At illi qui studia perficiunt, necessario istis rebus afficiuntur: ad bona culturae et morum inter quaedam adiuncta sui educationis instituti inducuntur et multiplicibus in schola acceptis notionibus se experiuntur. Hoc autem postulat, ut catechesis amplam rationem ducat huius ***scholarizationis,*** ut ceteras doctrinae eruditionisque partes coniungat eo nempe consilio quo Evangelium in mentem discipulorum revera penetret in regione ipsa eorum institutionis et quo totus eorum cultus humanus apte cohaereat, lumine fidei fulgente. Sacerdotes igitur, religiosos, religiosas, laicos confirmamus cohortantes, qui operam dant, ut eorundem alumnorum sustineant fidem. Praeterea hac usi occasione iterum asseveramus esse Nobis firmiter persuasum observantiam erga catholicam adulescentium fidem necnon consilia, quibus eorum educatio in fide huiusque altior perceptio, solidatio, libera professio, exercitatio faciliores redduntur, honorem certe tributura omni regimini, ad quodcumque gubernationis genus et rationem annituntur vel e quacumque ideologia diriguntur.

70. Incitari denique interest consociationes et motus et circulos fidelium sive ad pietatis usum et apostolatum directum intendantur sive ad officia caritatis et adiumenti sive ad christianam praesentiam in ipsis mundi huius temporalibus adiunctis. Melius omnes illi proposita sua assequentur meliusque obsequentur Ecclesiae, si tam in ordinatione sua interiore quam in actionis methodo locum insignem destinaverint seriae formationi religiosae sodalium suorum. Hoc denique pacto unaquaeque fidelium consociatio in Ecclesia debet esse suapte definitione educatrix in fide.

Ita clariores laicorum partes in huius aetatis catechesi apparent, semper pastorali sub ductu propriorum Episcoporum, sicut ceterum propositiones a Synodo enuntiatae crebrius inculcaverunt.

71. Haec consociata laicorum opera, de qua gratias Domino referamus oportet, eodem tempore nos ipsos provocat uti Pastores ad propria nostra officia. Etenim catechistae illi ex ordine laicorum diligenter instituendi sunt ad munus, quod, licet ministerium non sit sollemniter constitutum, nihilo tamen minus in Ecclesia est permagni ponderis. At ista educatio a nobis postulat, ut sedes et instituta consentanea erigamus, quibus Episcopi sedulo diligenterque providebunt. Provincia vero haec est, ubi cooperatio intra dioecesim et inter dioeceses, quin immo per totam nationem, se frugiferam exhibet atque fecundam. Ibi similiter praesidia et opes ab Ecclesiis locupletioribus concessa sororibus Ecclesiis egentioribus eximiam suam efficacitatem probabunt: quid enim una Ecclesia alteri praestantius afferre potest quam adiumentum, quo haec ipsa ut Ecclesia crescat?

Singulis demum iis qui magno se animo devovent Evangelii ministerio quosque hic iam vehementer exhortantes confirmavimus, consilium seu mandatum commemorare volumus venerando Decessori Nostro Paulo VI probatissimum: «Quoniam Evangelii praedicatores sumus, nobis praebenda est fidelibus Christi ... species hominum in fide firmatorum, qui sciunt simul congredi, praeter contentiones hic et nunc exorientes, ob communem sinceram et aequam veritatis inquisitionem. Ita est: evangelizationis sors profecto conectitur cum unitatis testimonio ab Ecclesia exhibito; hinc sane officiorum pondus et gravitas, sed etiam consolatio exoritur».[121]

72. Adhortationem Apostolicam hanc terminantes, animo eum respicimus, qui princeps auctor est totius catechetici operis ac doctor eorum, qui illud exsequuntur : Spiritum nempe Patris et Filii, Spiritum Sanctum.

Describens munus, quod Spiritus hic erat in Ecclesia completurus, Christus adhibet valde significantia haec verba : « Ille vos docebit omnia » ; « et suggeret vobis omnia, quae dixi vo-

[121] Adhort. Apost. *Evangelii Nuntiandi,* n. 77: *AAS* 68 (1976), p. 69.

bis ».[122] Et addit: « Cum autem venerit ille, Spiritus veritatis, ducet vos in omni veritate ... et quae ventura sunt, annuntiabit vobis)).[123]

Spiritus igitur Ecclesiae promittitur et unicuique fideli velut Magister intimus, qui in conscientiae cordisque penetralibus efficit, ut id comprehendatur quod auditum sane erat sed perspici non potuit. De quo ait sanctus Augustinus: «Ipse ... Spiritus sanctus et nunc docet fideles, quanta quisque potest capere spiritualia; et eorum pectora desiderio maiore succendit, si quisque in ea charitate proficiat, qua et diligat cognita, et cognoscenda desideret ».[124]

Praeterea officium Spiritus est discipulos mutare in Christi testes : « ille testimonium perhibebit de me ; sed et vos testimonium perhibetis ».[125] Verum plus etiam restat. Secundum sanctum Paulum, qui hac de re theologiam quandam in omni Novo Testamento reconditam summatim perstringit, totum istud, quod « esse christianum » significat, tota est christiana vita, nova Dei filiorum vita, quae vita est secundum Spiritum.[126] Solus nobis Spiritus permittit, ut Deo dicamus : « Abba, Pater».[127] Sine Spiritu autem dicere non valemus: «Dominus Iesus!».[128] Ex Spiritu denique profluunt cunctae gratiae sive charismata, quae Ecclesiam aedificant, id est christianorum communitatem.[129] Hac profecto mente sanctus Paulus hoc mandatum dat omnibus Christi discipulis: « implemini Spiritu ».[130]

Praeclare vero loquitur sanctus Augustinus : « Utrumque (id est " quod credimus " et " quod operamur ") ... nostrum est propter arbitrium voluntatis, et utrumque tamen datum est per Spiritum fidei et charitatis ».[131]

[122] *Io* 14, 26.
[123] *Io* 16, 13.
[124] *In Ioannis Evangelium Tractatus,* 97, 1: *PL* 35, 1877.
[125] *Io* 15, 26-27.
[126] Cf. *Rom* 8, 14-17; *Gal* 4, 6.
[127] *Rom* 8, 15.
[128] *1 Cor* 12, 3.
[129] Cf. *1 Cor* 12, 4-11.
[130] *Eph* 5, 18.
[131] *Retractationum liber I,* 23, 2: *PL* 32, 621.

Catechesis ergo, quae est incrementum in fide ac maturescens vita christiana versus plenitudinem, consequenter Spiritus Sancti est opus, quod ille dumtaxat excitare in Ecclesia sustentareque potest.

Haec exinde omnia, quae supra memoratos aliosque complures Novi Testamenti locos nos perlegen tes comperimus, duo nobis vicissim persuadent.

Patet imprimis Ecclesiam, cum suum explet catecheseos munus, —- sicut ceteroquin omnem christianum, qui operam navat in Ecclesia et nomine Ecclesiae — admodum consciam sibi esse debere tamquam vivum docileque Spiritus Sancti instrumentum se agere; oportere insuper Ecclesiam docentem omnesque catechistas eo tendere, ut Spiritum illum constanter invocent, cum eo semper communicent, veros ipsius motus percipere nitantur.

Deinde necesse est, ut magnum istud studium intellegendi melius operam Spiritus seque impensius ei dedendi — nam, ut Decessor Noster Paulus VI sua asseverat in Adhortatione Apostolica ***Evangelii Nuntiandi***[132] « in Ecclesia singularem quandam Spiritus Sancti aetatem animadvertimus » — iterum inducat catecheseos fervorem. Reapse « renovatio in Spiritu » vera erit veramque praestabit Ecclesiae fecunditatem, non quatenus mirabilia dona et charismata excitabit, sed quatenus plurimos fideles in cotidianis vitae viis perducet ad patientem, humilem, perseverantem conatum ac nisum melius usque cognoscendi testifican dique Christi mysterium.

Hic ergo super catechizantem Ecclesiam invocamus hunc Patris et Filii Spiritum eumque exoramus, ut in ea renovet dynamicam catecheseos tradendae virtutem.

73. Quod utinam precibus suis impetret nobis Virgo Pentecostes! Ipsa enim singularem ob electionem inspectabat, dum filius ((Iesus proficiebat sapientia et aetate et gratia ».[133] In genibus eius positus ac deinde per totam absconditam in oppido

[132] N. 75: *AAS* 68 (1976), p. 66.
[133] Cf. *Lc* 2, 52.

Nazareth vitam, Filius ille, qui erat Unigenitus a Patre, plenus gratiae et veritatis, ab illa institutus est Scripturarum humana cognitione atque historia consilii divini de populo electo, Patrem adorando.[134] Prima ceterum fuit illius discipulorum: prima videlicet tempore, nam cum in Templo reperisset Filium suum puerum, ab eo doctrinas accepit, quas conservabat in corde suo;[135] sed prima potissimum, quod nemo ut illa, ratione tam alta, « docibilis Dei »[136] facta est. « Mater simul et discipula »: affirmat de ea sanctus Augustinus candideque addit plus esse Mariae, discipulam fuisse Christi, quam Matrem fuisse Christi.[137] Non sine causa in Aula Synodi vocata Maria est <(catechismus vivus », « catechistarum mater et exemplar ».

Utinam ergo, ipsa deprecante Maria, praesens Spiritus Sanctus concedat Ecclesiae maiorem quam umquam alias impetum catechetici operis, quod pernecessarium est illi ! Tunc Ecclesia efficaciter hoc gratiae tempore perficiet mandatum irrevocabile atque universale suo a Magistro receptum: « Euntes ergo docete omnes gentes ».[138]

Denique Benedictionem Apostolicam vobis impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xvi mensis Octobris, anno **MCMLXXIX**, Pontificatus Nostri secundo.

IOANNES PAULUS PP. II

[134] Cf. *Io* 1, 14; *Hebr* 10, 5; S. Thom., *III;* Q. 12, a. 2; A. 3, ad 3.

[135] Cf. *Lc* 2, 51.

[136] Cf. *Io* 6, 45.

[137] Cf. *Sermo 2-5,* 7: *PL* 46, 937-938.

[138] *Mt* 28, 19.

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

CIVITAS GUAYANENSIS

In Venetiola dioecesis Civitas Guayanensis erigitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum Nos, Domini nostri mandato obsequentes, totius Ecclesiae necessitatibus providendum esse ducamus, ad idque spectet etiam illas eiusdem Ecclesiae partes, seu dioeceses, quae nimis patent, arctioribus circumscribi limitibus, ne Antistites laboribus graventur nec Christifideles eorundem careant curis, peropportunum existimavimus Venerabili Fratri Chrisantho Mata Cova, Archiepiscopo Civitatis Bolivarensis, assentiri, qui audita Conferentia Episcopali Venetiolana, postulavit ut diviso suae archidioecesis peramplo territorio, nova exinde constitueretur ecclesiastica circumscriptio. Nos itaque, suprema auctoritate No stra Apostolica, habito favorabili voto Venerabilis Fratris Ubaldi Calabresi, in Venetiolana Republica Apostolici Nuntii, suppleto eorum quorum interest, vel rem sua interesse praesumendum, consensu, ab archidioecesi Civitatis Bolivarensis territorium separamus civilis regionis vulgo Caroni appellatae et municipii cui nomen Andrés Eloy Blanco, intra fines civilis regionis vulgo Piar nuncupati exstantis, atque ita diviso territorio novam dioecesim nomine Civitatis Guayanensis appellandam, iisdem circumscriptam finibus, quibus territorium, quod supra diximus, in praesens terminatur, erigimus. Sedem episcopalem huius dioecesis in urbe statuimus vulgo « Ciudad Guayana » vocata, atque templum ibi exstans Deo in honorem Beatae Mariae Virginis a populo « Nuestra Señora de Fatima » dictum, pro cathedra Episcopi Ordinarii, donec aliter provideatur, designamus. Eius pro tempore Episcopo honores, insignia, privilegia iuraque tribuimus, iisdemque oneribus et officiis adstringimus, quibus ceteri Episcopi Ordinarii locorum gaudent et adstringuntur. Novam hanc dioecesim suffraganeam constituimus archidioecesi Civitatis Bolivarensis eiusque pro tempore Episcopum metropolitico iuri Archiepiscopi Civitatis Bolivarensis subicimus. Praeterea, decori Civitatis Guayanensis Ecclesiae consulentes, in ea instituendum decernimus Cathedrale Capitulum, iuxta normas alio tamen edendas decreto; quam-

diu vero dioecesis canonicorum coetu carebit, facultatem tribuimus ut, eorum officio, dioecesanorum consultorum coetu suppleatur. Novae dioecesis mensam episcopalem constituent Curiae emolumenta, fidelium oblationes et portio ei obveniens ex divisione, ad normam can. 1500 C.I.C. facienda, bonorum quae hucusque ad mensam episcopalem Civitatis Bolivarensis pertinuerunt. Quod ad seminarii dioecesani erectionem, necnon ad sacrorum alumnorum formationem attinet, serventur iuris communis praescripta, prae oculis habitis normis Decreti Concilii Oecumenici Vaticani II « Optatam totius », et regulis a Sacra Congregatione pro Institutione Catholica statutis. Selecti iuvenes, philosophicis et theologicis disciplinis imbuendi, Romam ad Pontificium Collegium Pium Latinum Americanum mittantur. Quod vero spectat ad erectae dioecesis regimen, administrationem, Vicarii Capitularis sede vacante electionem, fidelium iura et onera aliaque id genus, quae sacri canones praescribunt, ea adamussim serventur. Simul ac huius dioecesis erectio ad effectum deducta erit, eo ipso sacerdotes Ecclesiae illi adscripti censentur, in cuius territorio beneficium aut ecclesiasticum officium detinent ; ceteri autem sacerdotes, clerici seminariique tirones Ecclesiae illi incardinati manent vel incardinentur, in cuius territorio legitimum habent domicilium. Acta et documenta ad erectam dioecesim eiusque clericos, fideles et bona temporalia forte pertinentia, a Curia episcopali Civitatis Bolivarensis ad Curiam episcopalem Civitatis Guayanensis rite transmittantur, ut in condendo tabulario serventur. Ad haec perficienda Venerabilem Fratrem Ubaldum Calabresi, de quo supra scripsimus, deputamus, ei necessarias et opportunas tribuentes facultates, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad Sacram Congregationem pro Episcopis authenticum exemplar peractae exsecutionis remittendi. Hanc vero Constitutionem Apostolicam nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus ; contrariis nihil obstantibus.

Datum Eomae, apud S. Petrum, die vicesimo mensis augusti, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo nono, Pontificatus Nostri primo.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI
a Publicis Ecclesiae Negotiis

SB SEBASTIANUS Card. BAGGIO
S. Congr. pro Episc. Praefectus

Godefridus Mariani, *Proton. Apost.*
Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi
In Secret. Status tab. n. 22679.

II

CHOLUTECENSIS

Praelatura Cholutensis in Honduria ad gradum dioecesis erigitur, novo indito nomine Cholutecensis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

In hac beatissimi Petri Cathedra divino consilio constituti, Nos sane decet Christifidelium omnium bono providere atque ea, quae ad ipsorum salutem magis spectent, quam diligentissime parare. Qua re, cum comperissemus praelaturam Cholutensem, Apostolicis sub plumbo Litteris « Inter munia » die ix mensis Septembris anno MCMLXIV a Paulo VI, Decessore Nostro, erectam, hisce praesertim temporibus ob catholicorum fidelium copiam ac religiosarum civiliumque rerum incrementa vigere, Nobis visum est sententiam esse accipiendam Honduriae Conferentiae Episcoporum qui ab hac Apostolica Sede postulaverunt ut eadem praelatura ad gradum atque dioecesis dignitatem erigeretur. Audito igitur hoc super negotio Venerabili Fratre Gabriele Montalvo, Archiepiscopo titulo Celenensi, in Republica Honduriae Apostolico Nuntio, atque re mature perpensa, sequentia decernimus. Praelaturam Cholutensem in dioecesium attollimus numerum, novo indito nomine Cholutecensis iisdemque circumscriptam finibus quibus nunc eadem terminatur. Episcopalem sedem in urbe vulgo Choluteca appellata statuimus atque templum ibi exstans Deo in honorem Immaculatae Conceptionis B.M.V, cathedralis dignitate cumulamus iustis cum iuribus. Episcopo autem, praeterquam quod debita ei iura damus, obligationes et onera etiam imponimus, residentium Episcoporum propria. Insuper novam dioecesim suffraganeam facimus Sedi Tegucigalpensi, sicut Episcopum Metropolitae. Canonicorum Collegium in ista dioecesi constituatur iuxta normas per alias Apostolicas sub plumbo Litteras edendas. Interea vero consultores dioecesani deligantur, qui Episcopum consilio et opera iuvent. Mensam episcopalem efficient : Curiae emolumenta, fidelium oblationes atque bona usque adhuc ad eandem mensam praelaticiam pertinentia. Quae ad regimen dioecesis spectant, administrationem, Vicarii Capitularis, sede vacante, electionem, alia id genus, sacri canones religiose serventur. Ad Seminarii aedificationem quod attinet alumnorumque educationem, ratio habeatur iuris

canonici praescriptorum, normarum Decreti Concilii Vaticani II « Optatam totius » et peculiarium Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica regularum. Seminarii autem alumni ingenio et animi virtutibus praestantes, Romam mittantur, in Pontificium Collegium Pium Latinum Americanum, philosophicis theologicisque disciplinis imbuendi. Dioecesi rite constituta, praelaturae Cholutensis clerus novae dioecesi Cholutecensi eo ipso addictus censeatur. Praeterea isti novae dioecesi praeficimus Venerabilem Fratrem Marcellum Gérin v Boulay, hactenus Episcopum titulo Mibiarcensem et Praelatum Cholutensem, quem proinde a vinculo Sedis titulo Mibiarcensis absolvimus. Haec quae praescripsimus ad effectum adducat ille, qui curam Apostolicae in Honduria Nuntiaturae actu agit, vel ille, qui ab eodem fuerit delegatus sacerdos, qui ad Sacram Congregationem pro Episcopis congrua documenta mittat, de more signata sigilloque munita. Has vero Apostolicas Litteras sive nunc sive in posterum ratas esse volumus, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undetricesimo mensis Augusti, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo nono, Pontificatus Nostri primo.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI
a Publicis Ecclesiae Negotiis

© SEBASTIANUS Card. BAGGIO
S. Congr. pro Episc. Praefectus

Godefridus Mariani, *Proton. Apost.*
Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Loco SB **Plumbi**
In Secret. Status tab. n. 23803.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Templum paroeciale nomine « Madonna di Caravaggio » Beatae Mariae Virgini in urbe Mediolan© dicatum ad gradum et dignitatem Basilicae Minoris evehitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Bene novimus templum Beatae Mariae Virginis a Caravaggio sacrum, quod Mediolani exstat et paroeciae eodem nomine appellatae est proprium, magnae utilitati esse ad frequen-

tium Christifidelium pietatem alendam servandam prosperandam. Hanc praesertim ob causam in id templum, quod etiam constat esse pretiosum artis musivae documentum, merito oportet peculiaris intendatur consideratio necnon ei maior tribuatur honos. Quod ergo ad Nos pertinet, re libenter perpensa, illis existimavimus assentiendum precibus, quibus nuper Venerabilis Frater Ioannes S.R.E. Card. Colombo, Mediolanensis Archiepiscopus, suo ipsius suorumque sacerdotum et fidelium nomine petiit, ut ipsum templum titulo Basilicae Minoris decoraretur. Nos igitur, quibus magnopere cordi est venerationem in Christi Matrem inter Populum Dei excitare et magis etiam corroborare, sententiam Sacrae Congregationis pro Cultu Divino ratam habentes, de Apostolica potestate Nostra per has Litteras perpetuumque in modum templum illud Mediolanense, quod diximus, Beatae Mariae Virginis « Madonna di Caravaggio » nuncupatae sacrum, ad dignitatem Basilicae Minoris evehimus cunctisque iuribus insignimus atque liturgicis concessionibus, quae omnibus huius ordinis templis congruunt ; iis tamen servatis, quae statuta sunt Decreto «de titulo Basilicae Minoris» die vi mensis Iunii anno **MCMLXVIII** evulgato. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Bomae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxn mensis Augusti, anno **MCMLXXIX**, Pontificatus Nostri primo.

A**UGUSTINUS** Card. C**ASAROLI**, *a Publicis Ecclesiae Negotiis*

Loco £B **Sigilli**

In Secret. Status tab. n. 21752.

II

Templum Sancti Adalberti sacrum in dioecesi Grandormensi ad paroeciam pertinens eo ipsius nomine appellatam ad dignitatem Basilicae Minoris evehitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Pergratum Nobis est novisse, tam templum Sancto Adalberto dicatum quam paroeciam hoc ipso nomine appellatam, quae Grandormensis dioecesis sunt propria, haud levi momento esse aestimanda. Talis paroecia, ex qua aliae ortae sunt quattuor, ceterarum illius dioecesis omnium est vetustissima ; eius autem templum, anno **MCMXIII** consecratum, structurae antiquae genus refert et pulchritudinem. At, quod plus interest, tum presbyterorum provida sollertique in-

austria tum Christifidelium opera isthic crescere hoc tempore videntur incepta Christianae progressioni fovendae accommodata. Quae quam maxime provehere cupientes, preces putavimus audiendas, quibus Venerabilis Frater Iosephus M. Breitenbeck, Episcopus Grandormensis, suo ipsius suique cleri ac sacri gregis nomine haud ita pridem petiit, ut illius paroeciae templum, quod diximus, titulo Basilicae Minoris honoraretur. Nos igitur, mentem Nostram ad utilitatem Christifidelium intendentes, idem autem sentientes de sententia Sacrae Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino Nobis proposita, quam ratam habemus, summa potestate Nostra Apostolica per has Litteras perpetuumque in modum id templum in memorata paroecia Grandormensis dioecesis exstans Sanctique Adalberti sacrum ad dignitatem Basilicae Minoris evehimus cunctisque exornamus iuribus et liturgicis concessionibus, quae ad omnia huius ordinis templa pertinent; mandantes ut, quae per Decretum « de titulo Basilicae Minoris », die vi mensis Iunii anno **MCMLXVIII** evulgatum, statuta sunt, ea serventur. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxn mensis Augusti, anno **MCMLXXIX**, Pontificatus Nostri primo.

A**UGUSTINUS** Card. C**ASAROLI,** *a Publicis Ecclesiae Negotiis*

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab. n. 21119.

III

Templum B. M. V. vulgo del Pilar, in dioecesi S. Ioannis Baptistae a Missionibus, ad gradum Basilicae Minoris evehitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Quandoquidem quidquid pietatis ac venerationis in Mariam Virginem, Dei parentem, impenditur, tandem in adorandi Filii eius honorem cedit atque gloriam, idcirco occasiones omnes, quas providus Deus dat augendae religionis erga Matrem hanc sanctissimam, et libenti animo arripimus, et auctoritate Nostra Pontificis augemus. Qua re, cum Venerabilis Frater Carolus M. Villalba, Episcopus S. Ioannis Baptistae a Missionibus, id suo ipsius nomine clerique populique universae dioecesis, petierit a Nobis ut templum Beatae Mariae Virginis quam vulgo «Nuestra Señora del Pilar» cognominante in urbe Pilar exstans, in suae dioecesis finibus, ad dignitatem

Basilicae Minoris eveheretur, Nos, fide populi egregia atque industria sodalium Congregationis SS. Redemptoris considerata, et fama eius templi, et arte qua structum est, et praesertim operibus ac coeptis quae cum ipsius templi religione conectuntur ab eoque manant, admotis precibus quam aeque concedendum esse putavimus. Quae cum ita sint, iis probatis, quae Sacra Congregatio pro Sacramentis et Cultu Divino, factis olim a Nobis potestatibus, decreverit, apostolica Nostra auctoritate templum cuius mentionem fecimus in ordinem Basilicarum Minorum redigimus, cum omnibus iuribus atque liturgicis concessionibus tali dignitati inhaerentibus, modo tamen ea servata fuerint, quae iuxta Decretum «de titulo Basilicae Minoris», die vi Iunii factum, anno **MCMLXVIII**, servanda sunt. Contrariis minime obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub Anulo Piscatoris, die xxvi mensis Septembris, anno **MDCCCCLXXVIIII**, Pontificatus Nostri primo.

A**UGUSTINUS** Card. C**ASAROLI**, *a Publicis Ecclesiae Negotiis*

Loco ©Sigilli
In Secret. Status tab. n. 22990.

IV

Templum in Agrigentina dioecesi Sancto Calogero dicatum et in « Monte di Sciacca » exstans ad gradum et dignitatem Basilicae Minoris evehitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Affatim constat paroeciam Sancti Calogeri nomine in Agrigentina dioecesi insignem eiusque templum eidem Sancto sacrum haud levi momento esse aestimanda. Id enim templum, in « Monte di Sciacca » praeclarum exstans, singulis annis non solum plures Agrigentini Christifideles, sed etiam frequentes hinc atque illinc Siculi peregrinantes Sanctique Calogeri praesidio et intercessioni plane confidentes obire solent. At, quod plus interest, provida et sollerti industria Sodalium Tertii Ordinis Regularis, qui illius sacrae aedis inde ab anno **MCMXLVIII** sunt curatores, congruenter providetur spiritalibus necessitatibus Christifidelium ad magnam statuam caelestis Patroni accurrentium. Quapropter Nos, cupientes magnopere ut pietas tot filiorum servetur eoque vel magis in dies augeatur, preces putavimus audiendas, quibus Venerabilis Frater Iosephus Petralia,

Episcopus Agrigentinus, suo ipsius suique cleri ac populi nomine haud ita pridem petiit, ut illius paroeciae templum, quod diximus, titulo Basilicae Minoris honoraretur. Igitur de Sacrae Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino sententia Nobis proposita, quam ratam habemus, summa potestate Nostra Apostolica per has Litteras perpetuumque in modum id templum Sancto Calogero dicatum in memorata paroecia Agrigentinae dioecesis situm ad dignitatem Basilicae Minoris evehimus cunctisque exornamus iuribus et liturgicis concessionibus, quae omnium huius ordinis templorum sunt propria; iis tamen servatis, de quibus cautum est per Decretum « de titulo Basilicae Minoris », die **VI** mensis Iunii anno **MCMLXVIII** evulgatum. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **XXIV** mensis Septembris, anno **MCMLXXIX**, Pontificatus Nostri primo.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a Publicis Ecclesiae Negotiis*

Loco £g Sigilli

In Secret. Status tal>. n. 28081.

V

Templum Monasterii B.M.V, de Runa-Altovado, in dioecesi Graecensi-Seccoviensi, eidem B.M.V, caelo receptae dicatum, titulo Basilicae Minoris honestatur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Ea est Beatae Mariae Virginis dignitas, ut, licet amplissimis honoribus afficiatur, maioribus usque cultu, reverentia, religione ac pietate digna sit : nam et Christi, Filii Dei adorandi, Parens sanctissima fuit, et nulla umquam peccati labe est Dei beneficio maculata, et una mortalium post mirabilem confectum curriculum vitae, caelo recepta est cum anima et corpore, ubi inter caelestes micat lucidissima stella. Qua re, cum Ven. Frater Ioannes Weber, Episcopus Graecensis-Seccoviensis, litteras dedisset, quibus, nomine dilecti Filii Pauli Rappold, ex Ordine Cisterciensi, Monasterii B.M.V, de Runa-Altovado Abbatis, id petebat, ut templum simul abbatiale simul paroeciale Sanctae Mariae Virgini dicatum in caelum assumptae, titulo ac dignitate Basilicae Minoris honestaretur, Nos, ratione quidem habita

tum ipsius sacrae aedis, quae antiquitate, arte pulcherrima, maiestate commendatur, tum pietatis erga Deum eiusque beatissimam Matrem qua nitet — nam hoc pluris est — bene fieri censuimus, si admotis precibus aeque concederemus. Quae cum ita sint, iis probatis quae Sacra Congregatio pro Sacramentis et Cultu Divino, factis olim a Nobis facultatibus, hac de re statuerit, apostolica Nostra potestate templum Beatae Mariae Virginis, de quo mentionem fecimus, in Basilicarum Minorum numerum redigimus, cum iuribus atque liturgicis concessionibus quae talibus templis fieri solent, modo ea servata fuerint, quae Decretum «de titulo Basilicae Minoris», die vi mensis Iunii, anno **MCMLXVIII**, factum, praecipit. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Bomae, apud S. Petrum, sub Anulo Piscatoris, die iv mensis Octobris, anno **MCMLXXVIIII**, Pontificatus Nostri primo.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a Publicis Ecclesiae Negotiis*

Loco © Sigilli
In Secret Status tab. n. 2S2.J//.

VI

Paroeciale templum Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli quod est in urbe Dillinga, in dioecesi Augustana Vindelicorum, ad Basilicae Minoris gradum attollitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Vetusta est huius Apostolicae Sedis consuetudo ea honore augere templa quae sive a quam plurimis Christifidelibus ob Deiparae Virginis necnon Sanctorum memoriam frequentante, sive ob sollemnem sacrorum rituum decorem refulgent, sive structura, arte picturisque insignia commendantur. Qua re, cum ad Nostram esset notitiam perlatum apud gentem intra dioecesis Augustanae Vindelicorum fines, in urbe Dillinga, opere religioneque praeclarum paroeciale templum Sanctis Apostolis Petro et Paulo dicatum exstare, Nos, istius sacrae cupientes aedis augere nitorem atque pietati fidelium paroeciae, quam diximus, satius providere, enixas censuimus preces exaudiré quibus Venerabilis Frater Iosephus Stimpfle, Episcopus Augustanus Vindelicorum, suo atque cleri populique nomine, postulavit ut idem templum Basilicae Minoris titulo locupletaretur. De sen-

tentia igitur Sacrae Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino, hisce Litteris atque Apostolica Nostra potestate, paroecialem ecclesiam, quam diximus, ad gradum Basilicae Minoris evehimus, factis iuribus et liturgicis concessionibus, quae huius generis sacris aedibus competunt, servatis tamen iis, quae iuxta Decretum ((de titulo Basilicae Minoris » die **VI** mensis Iunii anno **MCMLXVIII** datum, servanda sunt. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xi mensis Octobris, anno **MCMLXXIX**, Pontificatus Nostri primo.

A**UGUSTINUS** Card. C**ASAROLI,** *a Publicis Ecclesiae Negotiis*

Loco SB Sigilli
In Secret. Status tao. n. 26088.

ALLOCUTIONES

I

Ad Exc.um Virum Georgium Nicholson Sologuren, apud Sedem Apostolicam constitutum Legatum Peruviae, crediti muneris testes Litteras Summus Pontifici tradentem.*

Señor Embajador:

En este acto de presentación de sus Cartas Credenciales como Embajador Extraordinario y Plenipotenciario del Perú ante la Santa Sede, sean mis primeras palabras de saludo y bienvenida para Vuestra Excelencia.

Con ánimo complacido he escuchado sus nobles expresiones, que reflejan profundos sentimientos de admiración y de gratitud por la labor evangelizadora de la Iglesia en Perú. En efecto, a lo largo de vuestra historia patria se han ido delineando los elementos constitutivos de vuestro propio ser : el sentido religioso de la vida, la estima por los valores fundamentales de la familia, la orientación por un preciso código de conducta moral, la solidaridad que tiene sus raíces más vitales en la paternidad universal de Dios. Todo ello ha dejado huellas imborrables en la realidad concreta del pueblo peruano. Es una herencia que hay que salvaguardar y potenciar.

*** Die 7 m. iulii a. 1979.**

Cuando se camina hacia finales de este siglo xx, el hombre es cada vez más consciente de la necesidad de vivir, también comunitariamente, ciertos valores éticos que son la base de la convivencia humana y del crecimiento moral y espiritual de la sociedad. Me refiero más concretamente a los valores de la paz y de la justicia. Porque es imperioso y urgente seguir el verdadero camino de la paz ; y para ello hay que saber discernir el rostro de la justicia, la cual lleva al auténtico desarrollo, que es el verdadero nombre de la paz, como acertadamente afirmó mi Predecesor Pablo VI.[1]

La Iglesia, fiel a la misión de llevar a los hombres la Salvación integral, seguirá a su lado iluminándolos, alentándolos y trabajando por la defensa de sus derechos. Es un servicio que la Iglesia quiere continuar prestando a la sociedad y al hombre de nuestro tiempo.

Excelencia : Permítame expresar un férvido deseo : que sus conciudadanos no olviden el patrimonio humano, religioso y cultural recibido de sus antepasados : que lo transmitan a las generaciones futuras enriquecido aún más ; que se esfuercen por plasmar estos ideales en la vida diaria ; que trabajen por consolidar los valores permanentes de la justicia y de la paz ; que tiendan la mano a los grupos humanos olvidados y marginados y a los otros pueblos necesitados.

Señor Embajador : No quiero concluir mis palabras sin rogarle que tenga la bondad de transmitir mi saludo deferente y agradecido al Señor Presidente, a las Autoridades y a los amadísimos hijos peruanos. A todos encomiendo al Señor en mis plegarias. Lo haré en particular por Vuestra Excelencia, para que cumpla felizmente y con acierto la Misión que hoy comienza ante la Sede Apostólica.

II

Ad Exc.um Virum Mohammed Sultan, constitutum Bangladesae Legatum apud Sanctam Sedem, crediti muneris testes Litteras tradentem Summo Pontifici.*

Mr. Ambas sador,

Today, as you présent your Letters of Credence as Ambassador Extraordinary and Plenipotentiary of the People's Bepublic of Bangladesh, I extend to you a cordial welcome to the Holy See.

[1] Cfr. *Populorum Progressio,* n. 76.

* Die 12 m. iulii a. 1979.

I thank you for the greetings that you bring from the President and people of your country. And through you I reciprocate this thoughtful gesture in expectation of being able to greet your President personally.

I am also grateful for the kind words you have spoken about the Holy See's concern for peace in the world. The question is indeed intimately linked to the other issues that you mentioned : poverty, social justice and spiritual values. In all these fields, and in others, the Catholic Church has pledged her contribution. As she pursues her spiritual mission, she is keenly aware of the nature of man in the fullness of his human condition, and of his multiple needs. In speaking in my Encyclical Letter of the Church's solicitude I stated : "The object of her care is man in his unique unrepeatable human reality, which keeps intact the image and likeness of God himself".[1]

The quest for human betterment in accord with the dignity of man is long and difiicult. But the Church is intent on continuing her course under the sign of hope. Her activity finds expression at both the locai level and the international level.

In Bangladesh itself the Catholic Church is engaged in various initiatives of service that benefit the people. Her charitable and educational undertakings are consonant with her commitment to generous and unselfish service. This aim, in turn, reflects the very constitution of the Church.

And from this centre of international activity, the Church endeavours to put all her énergies at the service of humanity. What she does in the field of social justice, development and world peace is oriented to the concrete good of each people and of ali the peoples of the earth. By the means proper to her she works to encourage and support the efforts being made throughout the world to enlist the grassroots participation of everyone in the cause of human advancement. This support and encouragement and service find concrete expression also for Bangladesh and for all its Citizens.

Be assured therefore, Mr. Ambassador, as you begin your new diplomatie mission, of the understanding and coopération of the Holy See. Be assured of my own personal good wishes. Be assured of my prayers.

[1] ***Redemptor Hominis,* 13.**

III

Ad Exc.um Virum Bashir Bakri, constitutum apud Sedem Apostolicam Sudaniae Legatum, demandati sibi muneris testes Litteras tradentem Summo Pontifici.*

Monsieur V Ambassadeur ,

Seguid, pues, animando todos los esfuerzos sanos que en el campo de la catequesis se realizan. Sabéis bien que, por desgracia, no han faltado tampoco «ensayos y publicaciones equívocas y perjudiciales para los jóvenes y para la vida de la Iglesia».[3] Es lamentable comprobar que se difunden a veces, sustrayéndose a la vigilancia de los Pastores. El Espíritu nos urge para que comuniquemos las certezas de nuestra fe. Ojalá que también las editoriales y librerías católicas,

[2] Homilía en el último día del año 1978, n. 2.

[3] *Catechesi tradendae,* n. 49.

fieles a la misión y a las exigencias que tal denominación comportan, colaboren, en la gran medida en la que pueden hacerlo, en esta importante tarea.

Responsables como sois de las comunidades que el Señor os confía, ayudos por todos vuestros próvidos colaboradores, en primer lugar los sacerdotes, llevad la juventud a Cristo, el único capaz de dar plena respuesta a sus aspiraciones. Que como anotaron los Obispos en la Tercera Conferencia General del Episcopado Latinoamericano «La pastoral juvenil sea la pastoral de la alegría y de la esperanza que transmite el mensaje gozoso de la salvación a un mundo muchas veces triste, oprimido y desesperanzado en busca de su liberación» (n. 1205).

Sé muy bien que tratáis de ejercer ese ministerio evangelizador en estrecho contacto con vuestros fieles y siguiendo de cerca las circunstancias concretas ambientales en las que se desarrolla su vida como cristianos. Ello os hace testigos de no pocas situaciones penosas, que derivan de la falta de formación moral y religiosa, de cultura, de trabajo, de lamentables condiciones de injusticia, en las que siguen aumentando las distancias entre quienes tienen en exceso y quienes carecen de lo esencial.

En vista de ello, no dejéis de hacer todo lo posible en favor de una formación integral de las personas, prestando toda la debida atención a la dimensión social que debe también tener vuestro ministerio. Con esa fina sensibilidad que distingue hoy a tantas personas, sobre todo jóvenes, deseosas de ver implantado un sistema de relaciones sociales mucho más justas.

Desde una gran fidelidad al Evangelio y con una clara noción de lo que es la misión específica de la Iglesia, sed —con vuestra enseñanza, con vuestras obras, con el aliento dado a vuestros colaboradores— eficaces promotores de auténtica justicia en todos los campos, de acuerdo con las pautas marcadas por la Iglesia en sus documentos de doctrina social.

Amados Hermanos: confortados con mi palabra y aliento, proseguid vuestra misión, y llevad a todos los miembros de vuestras respectivas Iglesias el afecto y la Bendición del Papa. Y con ella, el deseo de paz, de alegría y esperanza en la fidelidad a Cristo, el Salvador.

XII

Ad Mexici quosdam sacros Praesules, occasione eorum visitationis « Ad limina » coram admissos.*

Señor Cardenal, queridos Hermanos en el Episcopado-'

1. Bienvenidos seáis a este encuentro, con el que culmina vuestra visita a la sede de los Apóstoles Pedro y Pablo.

En espíritu de fe, habéis emprendido vuestra peregrinación hasta Roma, con el vivo deseo de reforzar vuestra comunión con el Pastor de toda la Iglesia, y hacerle partícipe de vuestros éxitos, propósitos y esperanzas, así como de las dificultades y obstáculos que se interponen en el diario camino del servicio apostólico a vuestras comunidades eclesiales.

Gracias por la especial alegría que me trae vuestra visita. Sí, porque a través de vuestros rostros que bien conozco, de las confidencias recibidas de vuestros corazones de Pastores y, más inmediatamente, a través de las expresivas y sentidas palabras que acaba de pronunciar en nombre de todos el Presidente de vuestra Conferencia Episcopal, el Señor Cardenal Arzobispo de Guadalajara, se me hacen presentes, junto a vosotros, las dilatadas muchedumbres de vuestros fieles —que representan casi la mitad de la Iglesia en vuestro País— y de todo el querido pueblo de México, con el que pasé días imborrables en mi primer viaje apostólico y que sigue ocupando en mi recuerdo y en mi corazón un lugar muy destacado.

Quisiera que la sintonía de sentimientos que se creó en aquellas mis jornadas mexicanas y la abundante semilla evangélica depositada, tuvieran su mejor fruto y complemento en una creciente profundizaron de la fe y de la vida cristiana en vuestra Patria.

2. Todo ello requiere de vosotros, ayudados por cuantos colaboran en la misión apostólica, una perseverante y sistemática obra de evangelización a todos los niveles, para que cada miembro de vuestras comunidades reciba la Buena Nueva de salvación, desarrolle de modo cada vez más consciente y personal la fe recibida y llegue a la plenitud de la vida en Cristo. Tarea larga, urgente, pero nobilísima y meritoria, en la que me alegra constatar el espíritu de ayuda mutua que reina entre vuestras Iglesias particulares, con adecuados planteamientos

* **Die 30 m. octobris a. 1979.**

pastorales a nivel regional y con la asistencia recíproca entre diócesis que pueden socorrer a las más necesitadas en medios y sobre todo en agentes cualificados de evangelización.

Vosotros que llegáis de tierras que han ligado estrechamente su nombre con tan valiosos documentos sobre la evangelización, no necesitáis que me extienda mucho en este punto, en el que os sé comprometidos con todas vuestras fuerzas y convicción. Permitidme, sin embargo, que os aliente una vez más en el desempeño de esa grave responsabilidad eclesial, para que cumpla fielmente su misión la Iglesia, que desea siempre ser « una buena madre, cuidar a las almas en todas sus necesidades, anunciando el Evangelio, administrando los Sacramentos, salvaguardando la vida de las familias mediante el sacramento del Matrimonio, reuniendo a todos en la comunidad eucaristica por medio del Santo Sacramento del altar, acompañándolos amorosamente desde la cuna hasta la entrada en la eternidad ».[1]

3. Como punto de partida que os facilitará mucho vuestra labor, podéis contar con la profunda religiosidad de vuestro pueblo, que en tantas formas lo evidencia. Ello, a pesar de las lagunas que presenta, ofrece un campo bien dispuesto a la recepción del Evangelio que hay que saber valorar y aprovechar con oportuna disponibilidad.

En aquellos casos en los que la fe cristiana se presenta mezclada a formas menos perfectas de religiosidad popular, se impone un prudente criterio pastoral, para no apagar la fe más o menos auténtica, sino —partiendo de ella— purificarla, robustecerla e integrarla gradualmente en la vivencia consciente del misterio integral de Cristo.

4. Un puesto de singular relieve entre vuestros fieles ocupa la devoción a la Virgen María, que desde Guadalupe —verdadero « Santuario del pueblo de México »— y también desde Zapopan o de tantos otros lugares tan queridos al alma del México mariano, acompaña a sus hijos en su peregrinar de fe. Vuestra historia os enseña qué papel tan primordial ha tenido y tiene la figura de María en la vida cristiana de vuestro pueblo.

Cultivad, por ello, con todo mimo esa faceta religiosa de vuestros fieles que sienten y viven la devoción a María Santísima como algo que pertenece a su identidad propia. Sea Ella la que, mediante una perfecta comprensión de su lugar en la economía de la gracia, y

[1] Homilía en la basílica de Guadalupe, 27 enero 1979.

siguiendo su ejemplo de perfecta cristiana, conduzca a vuestros fieles por el camino de los verdaderos discípulos de Jesús, el Salvador. Y sean sus santuarios, mediante una pastoral bien cuidada y orientada «lugares privilegiados para el encuentro de una fe cada vez más purificada».[2]

5. Una de las notas más características de vuestro ambiente eclesial es la juventud de la población, en la que el 60% no llega a los 20 años. Ello constituye para vosotros un verdadero desafío que la Iglesia no puede perder. Esos jóvenes de hoy, son la Iglesia y la sociedad de mañana, son su futuro, su esperanza. Hay que saber conducirlos a Cristo, presentándolo a ellos como el único ideal grande que puede colmar sus inquietudes, sus deseos de libertad, de justicia, de autenticidad, de transformación de los corazones y, con ello, de una sociedad tantas veces injusta y enferma. Sólo así, con ideas nobles en su mente, y con vivencias generosas en sus corazones, podrán superar vacíos existenciales que están a la raíz de tristes fenómenos de violencia, de droga y sexo, o de desviaciones a ideologías que finalmente son contradictorias con los ideales dignos por los que se creía luchar.

6. La causa de una profunda educación moral de las conciencias, sobre todo en los ámbitos de la parroquia, de la familia, de los centros de formación, no puede disociarse de esa oportuna orientación moral social, en la que la Iglesia ha insistido con tanta frecuencia en los documentos dedicados a ese tema, y que forman una parte importante de su enseñanza.

A lo largo de la historia de vuestra comunidad eclesial no han faltado ejemplos y figuras, que arrancando de las indicaciones de la doctrina social de los Papas, especialmente desde León XIII, han dado prueba —aún en medio de difíciles circunstancias externas— de una fecunda inserción en campo social y asociativo, sosteniendo las justas reivindicaciones de los sectores necesitados, obreros y campesinos, en una línea de verdadero humanismo y de inspiración en los principios cristianos. Obra que continúa, que debe proseguir con fuerza y empeño renovados, bajo el impulso del Episcopado. Ojalá que cuantos trabajan en dicho campo, sacerdotes, religiosos, laicos católicos, se atengan a estos criterios, para que su esfuerzo sea fecundo y eclesial, sin crear estridencias, tensiones o rupturas dañosas.

[2] Homilía en el Santuario de Zapopan, 30 de enero 1979.

En este terreno no quiero dejar de recomendaros un especial cuidado de un sector particular de vuestra grey : las comunidades de indios. Recuerdo con afecto mi encuentro de Ouilapan con algunos grupos aborígenes y os remito a cuanto allí dije.

7. Queridos Hermanos : Otros puntos merecerían nuestra atención, pero no puedo alargar más este encuentro. A ellos me referiré al recibir a los otros miembros del Episcopado mexicano.

Continuad con renovado brío y entusiasmo vuestra misión de Maestros, Pastores y Padres. Mantened entre vosotros y también como Conferencia Episcopal una estrecha unión en el desarrollo de vuestras responsabilidades personales y colectivas, para la edificación en la fe de vuestras Iglesias.

A todos y cada uno de los miembros de las mismas, de los grupos que encontré en los diversos momentos de mi peregrinación a México, a cuantos no pudieron verme por enfermedad o por otros motivos, alargo mi pensamiento lleno de afecto y mis brazos para bendecirles.

Concluyo con un entrañable deseo que se hace plegaria: Sea la dulce Señora del Tepeyac, la Madre de Guadalupe, a cuyo Santuario sigue el Papa peregrinando espiritualmente y cuya imagen conserva muy cerca, la que indique a todos: «id a Jesús», camino, verdad, vida. Así sea.

XIII

Ad S.R.E. Cardinales, ineunte Sacri Collegii generali conventu.*

Venerabiles Fratres Nostri, Sacri Collegii Sodales!

Cardinalis Decanus, verbis semper humanitate plenis rerumque veritatem declarantibus usus, etiam nomine vestro, gratulatus est Nobis diem nominalem. Oportet, ut imprimis ei publice vota Nostra vicissim proferamus iterumque promamus, atque ei gratias agamus sincero cum cordis affectu non solum de iis, quae meminit quoad primum annum ministerii Nostri ut Pastoris Ecclesiae universalis, sed etiam de iis, quae, item nomine vestro, non solum Nobis optavit sed etiam Ecclesiae ipsique hominum generi, scilicet ut generalis renovatio efficiatur, ex qua in vitae exercitatione doctrinae Christi inhaereatur.

Nonne, si rem summatim dicimus, hoc ipsum fuit propositum spi-

* Die 5 m. novembris a. 1979.

rituale Concilii Vaticani secundi, magni illius eventus ecclesialis, qui hoc saeculo accidit, eventus videlicet, quem ad effectum deducendi officium toti Populo Dei est commissum? Dilectus Nobis Cardinalis Confalonieri merito mentionem fecit de Sancto Carolo Borromaeo, caelesti Patrono Nostro. Quot labores is sustinuit, quot dolores est perpessus, ut efficaces redderet, in latissime patente archidioecesi Mediolanensi, sapientes normas indolis doctrinalis, moralis, pastoralis, liturgicae, quas Concilium Tridentinum ediderat!

Ad hunc Protectorem Nostrum, hoc ipso tempore gratiae et benedictionis, quo omnes in unum convenimus, preces ferventi animo dirigimus, ut cordibus nostris ardorem suum atque studium, quo Ecclesiam et animas est prosecutus, infundat.

1. 1. Ad principium huius nostrae congressionis volumus ante omnia testari laetitiam Nostram quod hic congregatum videmus totum Collegium Patrum Cardinalium, quorum praecipuum munus est eligere Episcopum Ecclesiae Romanae, sicut bis accidit superiore anno. Brevi videlicet temporis intervallo bis Romae nos coniunxit triste illud officium valedicendi Pontificibus vita defunctis : primum Paulo VI post quindecim pontificatus annos, deinde Ioanni Paulo I post triginta tres dumtaxat dies pontificii ministerii. Secundum normas autem Apostolicae Constitutionis *Romano Pontifici eligendo* peregimus nos diebus illis ante ipsum Conclave plenarias Congregationes, quibus praesidebant venerandus Decanus Sacri Collegii et Ecclesiae Camerarius, Cardinalis Ioannes Villot, quem ineunte huius anni Martio mense Dominus ad se vocavit.

Tales vero crebrae congressiones totius Collegii Cardinalium obtulerunt opportunitatem suadendi, ut etiam extra Conclavis tempus idem ipsum Collegium — saltem nonnumquam — conveniret. Suscipientes ergo hoc propositum, statuimus invitare Venerabiles Patres Cardinales ad hunc congressum, quem aperire incipereque cupimus hac Nostra allocutione. Cum autem vos ita huc vocaremus, bene quidem intellegebamus vestrum iter in Urbem necessario vos abducturum esse a multis gravibusque negotiis, quibus in regionibus vestris ac dioecesibus teneremini. Quam ob rem exoptamus hodie tanto studiosius gratias agere singulis vobis quod hic adestis.

2. Congressio nostra prorsus legitima est ob ipsam naturam dignitatis, quam geritis, necnon ob officia, quae pertinent ad Collegium Cardinalium, quod vos omnes efficitis. Vos enim, Venerabiles Fratres

Nostri, debetis non solum eligere Ecclesiae Romanae Episcopum sed etiam ((sustinere» eum praesertim in pastorali eius cura Ecclesiae secundum universales huius rationes. Illam vero curam communicant modo perpetuo et directo et constanti illi Cardinales inter vos, qui in Curia Romana operantur, ubi summa obeunt munera. Nihilominus, iuxta hunc numerum bene merentium adiutorum, reliqui omnes Sacri Collegii Sodales participant cum Supremo Pastore communem sollicitudinem de Ecclesia. Peculiare omnino vinculum illud est, quod vos cum hac Sede Romana consociat, eiusque signa etiam exteriora sunt — exempli gratia — templa Urbis aeternae, quae gloriantur titulo et dignitate et patrocinio uniuscuiusque vestrum. Ipsa haec singularis coniunctio cum Ecclesia Romana causa est et ratio cur Romanus Episcopus velit saepius vobiscum congredi, ut ex consiliis vestris ac multiplici rerum experientia capiat utilitatem. Praeterea conventus Sodalium eiusdem Collegi Cardinalium forma est, qua etiam exercetur episcopalis pastoralisque illa «collegialitas», iam plus mille annos vigens; ac decet Nos pariter his ipsis temporibus ea uti. Hoc tamen nullo pacto débilitât nec deminuit officia et munera Synodi Episcoporum, cuius proxima congressio ordinaria iam edicta est in venturi anni autumnum. Immo istis diebus fervet opus praeparandae illius congressionis, cui iam hoc assignatum est argumentum : « De muneribus familiae christianae » a Paulo VI veneratae memoriae, secundum sententias plurium Conferentiarum Episcopalium aliorumque coetuum.

3. Videtur ergo congressio Collegii Cardinalium autumnali huius anni tempore utiliter versari posse in tractatione — saltem compendiaria — quarundam quaestionum, nonnihil diversarum ab ipso argumento, quod Episcoporum Synodus expendet. Hae quaestiones, quas instar prooemii velimus adumbrare et summatim describere, sunt magni sane momenti, considerato Ecclesiae universalis statu ; simul vero cohaerere magis videntur cum ministerio Episcopi Romani quam illae quaestiones, quae argumentum Synodi Episcoporum constituent. Sed patet hic neminem loqui posse de rigidis rerum limitibus.

Initio statim istud denotare cupimus : praeter eas quaestiones, quas Nos ipsi mox in medium proferemus, exspectamus etiam consilia ac proposita, quae singuli participes huius nostrae congressionis deinceps patefacient et illustrabunt. Huius rei gratia iam congruum temporis spatium praefinitum est in ipso ordine sessionum nostrarum. Contra atque evenit in Synodo Episcoporum, hic ordo non sequitur

ullum peculiare Statutum; compositus enim est «ad hoc» secundum praevisas necessitates huius ipsius congressionis (aliquo modo ad exemplar Congregationum plenariarum anno elapso ante Conclave actarum). Addere insuper protinus volumus hoc : praeter declarationes, quae ore fient ipsis in sessionibus, magni quidem aestimabuntur omnes sententiae ac proposita, quae in scriptis etiam tradentur. Plane autem intellegimus totum hoc nostrum opus eripere non debere nimis temporis Venerabilis Sodalibus Sacri Collegii; quapropter huius similiter rei habita est ratio, cum argumenta et ordo congressionis nostrae disponerentur.

II. 4. Adiuvante Dei altissimi gratia ac tuente ipsa Christi et Ecclesiae Matre, coepimus die decimo sexto mensis Octobris praeterito anno exercere ministerium universale supremi pontificatus, ad quod vestris votis, Venerabiles Fratres Nostri, vocati sumus in novissimo Conclavi. Sic ergo, quantum facere possumus et scimus, secundum vires Nostras omnique cum bona voluntate — sed praesertim sustentati luce ac virtute Spiritus Paracliti — nitimur idem ministerium complere neque cessamus ab omnibus et singulis, et imprimis a vobis, Venerabiles et carissimi Fratres, petere, ut secundum hanc animi Nostri intentionem ad Deum preces fundatis. Non cogitamus hic certiores vos facere de singulis inceptis aut operibus, quibus primus pontificatus annus est repletus, quoniam illa universa vobis notissima sunt. Cupimus e contrario iterum commemorare omne id, quod inculcare voluimus iam in prima oratione Nostra postridie quam electi eramus. Cohaerens sibi exsecutio doctrinarum ac monitorum Concilii Vaticani Secundi est et esse pergit praecipuum pontificatus Nostri officium. Haec brevis summa fuit illius sermonis. Nam Concilium enucleavit et coram tota Ecclesia explicavit «universum quendam conspectum munerum », quae perficienda sunt secundum ordinem vinculorum mutuorum et ordinatae coniunctionis, adhibendo etiam, ut patet, multiplices methodos atque utendo semper propria visione theologica et historica.

5. Legimus in Constitutione *Gaudium et Spes:* «Dominus Iesus, quando Patrem orat ut "omnes unum sint..., sicut et nos unum sumus",[1] prospectus praebens humanae rationi impervios, aliquam similitudinem innuit inter unionem personarum divinarum et unionem filiorum Dei in veritate et caritate» (n. 24). Desiderium autem unio-

[1] *Io* 17, 21-22.

nis hominum uti «filiorum Dei in veritate et caritate iunctorum» permanet tamquam pars totius vitae operaeque Ecclesiae tum intra propriam suam communionem tum extra eam, per omnes «circulos colloquii», quos appellat Pontifex Maximus Paulus VI in primis pontificatus sui Encyclicis Litteris. Omnes autem comprehensum habemus desiderium istud unionis in veritate et caritate semper simul esse cupiditatem anhelantem ad veritatem, in qua nos mutuo convenire debeamus, necnon etiam cupiditatem ad caritatem, ex qua nos mutuo coniungere debeamus. Res aliter se habere non possunt pro statu humanae vitae in terris. Hoc sensu praesertim conati sumus explanare in Encyclicis Litteris *Redemptor Hominis:* Christum semper, ac nostra quidem aetate peculiari prorsus modo per Concilii vocem, indicare Ecclesiae viam ad hominem, ad unumquemque hominem, ideoque hominem in Christo fieri certo quodam modo viam Ecclesiae.

Ita semper ab integro tangimus historicum prospectum muneris Ecclesiae, qui, ad nos quod attinet, consociatur cum theologico prospectu fidei, quoniam cuique homini et hominibus universis demonstrata est illa « unio in veritate et caritate », id est unitas spiritualis iuncta dignitati « filiorum Dei ». Efficere igitur oportet, ut haec compendiaria formula nobis a Concilio in pastorali sua Constitutione commendata revera colliget in se universos conatus ac nisus, qui totum opus exsequendi Concilii constituunt. Cuius quidem operis, ex intima eius natura, imago est illa arbor vitae, quacum homo aliquando vinculum disrupit per peccatum originale[2] et quae per Christum denuo plurimum crescere coepit in historia generis humani. Concilium vero non solum ante oculos nostros reclusit mysterium aeternum huius progressionis sed potius ratione singulariter acuta illustravit hodiernum eius gradum. Idcirco obtemperatio doctrinae Concilii Vaticani secundi est oboedientia, quae ipsi Spiritui Sancto praestatur, qui Ecclesiae datus est, ut singulis historiae aetatibus rursus suggérât ea omnia, quae Christus ipse dixit.[3] Oboedientia Spiritui Sancto reddita declaratur vera ac legitima exsecutione officiorum a Concilio indicatorum, prorsus autem concorditer cum praeceptis ab eo traditis.

6. Haec tamen officia non ita tractari licet, tamquam si omnino non exsistant. Nemo praeterea facere audebit ut Ecclesia quasi retrogrediatur per curriculum historiae hominum. Ex altera tamen parte

[2] **Cfr. *Gen* 3, 1-7.**

[3] **Cfr. *Io* 14, 26.**

nefas est audacter procurrere ad formas vivendi, intellegendi, praedicandi christianam veritatem vel etiam ad modos se gerendi ut christianum, sacerdotem, religiosum et religiosam, qui in ((integra» doctrina Concilii non innituntur : in « integra » videlicet doctrina quatenus, intellegitur sub sanctae Traditionis lumine et quatenus ad constans Ecclesiae ipsius magisterium refertur. Magnum hoc est ac multiplex munus, quod nobis proponit haec necessitas exsequendi Concilii ! Poscit enim perpetuam quandam vigilantiam circa veritatem legitimamque indolem omnium inceptorum, quibus idem opus exsecutionis efficitur. Ecclesia proinde — ut viva communitas Dei filiorum in veritate et caritate coniunctorum — magnopere debet his diebus contendere, ut ingrediatur rectam viam exsequendi Concilii Vaticani secundi et se eodem tempore seiungat ab oppositis sententiis, quarum unaquaeque suo modo exhibetur velut recessio ab illa via recta. Haec igitur sola via — videlicet honesta ac sincera oboedientia erga Spiritum veritatis — inservire potest unitati simulque spirituali virtuti Ecclesiae.

Illa insuper via sola prodesse potest operae oecumenismi, id est renovatae illi unitati, quam primo quidem sensu intellegimus uti unionem per caritatem, sed quam altiore deinde significatione interpretamur uti procedentem gradatim congressionem in ipsa plenitudine veritatis cum iis omnibus, qui una simul nobiscum credunt in Christum. Illa dumtaxat via — nempe via interioris unitatis Ecclesiae, Populi Dei — servire potest operi evangelizationis, quae est concreta manifestatio — omnibus hominibus exhibenda — illius veritatis ac vitae, quae Christus ipse est. Haec quidem unio in veritate et caritate est peculiaris necessitas nostri temporis, etiam quia hodie offendimus negationem huius veritatis ac omnimodam dubitationem de Evangelio ac de religione in universum.

7. Conspectus hic totius rerum condicionis adducit nos, ut quaedam etiam gravia consectaria colligamus, quae vocare licet ((practica » (etenim Concilium Vaticanum secundum, proficiscens ab Evangelio et Traditione, contexuit tantummodo aliquam compagem sive structuram totius «praxis» christianae nostrorum dierum, praxis Populi Dei).

Primarium vero consectarium respicit aptum intellectum et usum libertatis in Ecclesia. Concilium, sequens Domini verba, cupit incremento huius libertatis servire, libertatis nempe filiorum Dei, quae nostra praesertim aetate vim magnam prae se fert, quoniam nos ipsi ut testes videmus plures formas oppressionis hominum, etiam coerci-

tionem eorum conscientiae et cordis. Numquam obliviscendum id est, quod Dominus dixit: «cognoscetis veritatem et veritas liberabit vos».[4] Hac de causa oportet Ecclesiam custodire in animo atque conscientia omnium suorum filiorum Aliarumque, et etiam — si fieri potest — in animo atque conscientia omnium hominum veritatem ipsius libertatis. Saepius autem libertas voluntatis et libertas personae intellegitur tamquam ius agendi quidlibet, tamquam ius reiciendi quamvis normam aut officium, quod in totius vitae cursum obligat : verbi gratia officia, quae oriuntur ex matrimonialibus promissis vel ex ordinatione sacerdotali. Attamen Christus non docet nos talem interpretationem et exercitationem libertatis. Cuiusque hominis libertas generat obligationes et postulat plenam observantiam erga ordinem bonorum et dirigitur «in potentia», ut dicitur, ad Bonum illud sine fine: Deum. Libertas in Christi mente non est imprimis «libertas a» sed «libertas ad ». Usus autem plenus libertatis est amor, potissimum amor ille, quo homo se totum donat. Nam, quemadmodum in eodem capite Constitutionis *Gaudium et Spes* legimus, homo « plene seipsum invenire non potest nisi per sincerum sui ipsius donum ».[5]

Haec ergo interpretatio et haec exercitatio libertatis subiacere debet universo operi renovationis. Ille solus homo, qui percipit exercetque libertatem suam modo explicato a Christo, aperit animum suum operae Spiritus Sancti, qui est veritatis amorisque Spiritus. Ex germana autem affirmatione libertatis filiorum Dei pendet magnum opus vocationum sacerdotalium, religiosarum, matrimonialium; pendet etiam vera progressio oecumenica; pendet omnis testificatio christiana, participatio scilicet christianorum in negotio eo pertinente, ut mundus humanior fiat. Haec prima condicio est.

8. Secunda deinde condicio renovationis Ecclesiae secundum Evangelii spiritum (nempe secundum Concilii Vaticani secundi mentem) consistit in perpetuo augmento « solidarietatis » ut aiunt, seu amoris communitarii (socialis), tum intra Ecclesiam tum erga omnes homines, nulla habita ratione eorum fidei vel opinionum. Hac in re plurimum effectum est his proxime praeteritis annis, quemadmodum testificatur opera Pontificiae Commissionis a « Iustitia et Pace » necnon Consilii « Cor Unum ». Patent iam certi limites subsidiorum nummariorum, quae Ecclesia subministrare valet multis variisque necessita-

[4] ***Io 8,* 32.**

[5] **Cfr. n. 24.**

tibus materialibus passim per orbem terrarum. Sed hoc quoque loco necesse est inculcare « solidarietatem » illam « extra » Ecclesiam requirere «solidarietatem)) «intra» eam. Conati sumus de hoc monere praesertim in sermonibus feriis quartis per elapsum quadragesimale tempus habitis. Ecclesia enim ipsa magna communitas est, in qua diversi status rerum inveniuntur apud singulas communitates eius minores; non desunt qui incommoda materialia patiantur, sed pariter non desunt qui oppressionem subeant et persecutionem. In universa proinde communitate catholica singulisque Ecclesiis localibus crescere debet sensus specialis « solidarietatis » et coniunctionis cum his nostris fratribus in fide, peculiari modo cum iis, qui ad Ecclesias ritus orientalis pertinent, ubi hae ne agnoscantur quidem legitime exsistentes. In mundo nostri temporis, ubi modo quidem suo dominatur ratio illa permutandi rerum notitias, necessaria similiter est — sive intra Ecclesiam sive extra eam, coram opinione publica totius generis hominum — constans permutatio notitiarum spectantium sive ad eos, qui miseriam patiuntur, sive ad eos, qui ob fidem affliguntur. Singulari quidem modo sentire illi debent se a ceteris non derelinqui in doloribus suis, sed scire debent Ecclesiam ipsorum meminisse, de ipsis cogitare, pro ipsis precari atque in se dirigi curas omnium quasi ad quoddam centrum, nec se manere in remoto aliquo loco.

Hac in re Ecclesia «dives et libera» (si ita fas est loqui) tenetur permagnis obligationibus et officiis erga Ecclesiam «pauperem et constrictam» (si etiam istis verbis uti licet). Mutua necessitudo seu «solidarietas» significat ante omnia aequam rerum intellegentiam ac deinde aptam actionem, non sane secundum ea, quae cogitat adiutor, sed secundum veras necessitates eius, qui adiuvatur, eiusque dignitatem.

Ne obliviscamur primi illius principii oeconomiae salutis, ex quo homo, qui alios adiuvat, se ipsum salvat. Fieri igitur potest, ut remedium multarum difficultatum inferiorum, ex quibus laborant quaedam Ecclesiae locales et quaedam communitates christianae, repetendum sit ex hac ipsa « solidarietate ». Efficaciter enim difficultates superabuntur, cum coeperint illae aliis servire « in veritate et caritate » (eo quod oculi quodam modo a se ipsis deflectuntur). Hoc autem principium simpliciore ratione interpretatur missionale munus Ecclesiae, immo exstimulantem postulationem imponit et — certo quodam sensu — necessitatem missionariam pro generatione nostrae aetatis : pro generatione, dicimus, cui Providentia divina magnum renovationis opus commisit; pro generatione, quae interdum dubitat animoque deficit,

cum videt corruere quasdam partes translaticiae vitae Ecclesiae, cum animadvertit discrimen institutionum fundamentalium vel etiam magis discrimen, quod afficit ipsos homines ipsorumque se gerendi modos et conscientias.

9. Renovatio Ecclesiae, secundum praeclarum illum «rerum agendarum ordinem», quem Concilium Vaticanum secundum proposuit, suis in structuris nativis (et etiam in concretis exterioribus formis) nihil aliud esse potest nisi vera conversio ad Deum, quae necessitatibus nostri temporis adaequatur. Invitatio ad conversionem (« metanoeite»), id est ad paenitentiam, non tantum prima vox Evangelii est, sed etiam constans eius et pernecessaria vox. Ex ea namque voce profluit omnis Ecclesiae vigor. Tanto nempe plenius Ecclesia est «in statu missionis», id est tanto plenius suum complet munus, quanto magis a Deum convertitur. Ac solum per talem sui ipsius conversionem Ecclesia potentior redditur veluti centrum conversionis hominum totiusque orbis ad ipsum Creatorem ac Redemptorem.

Quapropter cum quodam animi angore considerari debet diffusa relaxatio horum nisuum principalium, qui semper testantur spiritum paenitentiae ac dynamicum conversionis motum inter confessores Christi. Ex altera parte oportet gratias agere Deo cum laetitia de omnibus illis, in quibus verus detegitur «flatus Spiritus», de iterum expergiscente sensu necessitatis orationis ac vitae sacramentalis, praesertim vero participationis ipsius Eucharisticae, de reditu intimo ad Sacram Scripturam, de auctu — nonnullis saltem in locis — vocationum sacerdotalium ac religiosarum, de tota re illa, quam definire possumus « suscitationem spiritualem ». Et haec omnia, Venerabiles Fratres Nostri, studere debemus peculiari cum cura custodire, dum condiciones paramus necessarias ad ulteriorem progressionem horum salutarium motuum, quibus Ecclesia tantopere indiget et ipsum genus humanum, quod semper melius perspicit effectus, ad quos materialismus nostrae aetatis variis sub propriis formis conducit.

III. 10. In priore parte sermonis Nostri noluimus agere proxime, de peculiaribus quaestionibus, sed potius in lumine ponere fundamenta, e quibus pendet exsecutio muneris implendi in conspectu totius Ecclesiae hoc praesenti tempore historiae. Speramus fore, ut hoc Patres Cardinales, qui huc convenerunt, adiuvet ad significandas animadversiones suas et consilia, quae etiam per huius congressionis cursum exspectamus.

Post hunc introductorium sermonem indolis generalis pronuntiabuntur tres relationes magis peculiares. Quae respiciunt problemata concreta, de quibus Apostolica Sedes expedire putat certius reddere Sacrum Collegium, ut eius gravem sententiam cognoscat.

Ut unicuique facultas detur dicendi, instituentur, praeter alia, congressiones coetuum minorum secundum varias linguas.

Prima relatio, quam Cardinalis a publicis Ecclesiae negotiis habebit, aget de universis Romanae Curiae structuris, prout novo ordine compositae sunt secundum Concilii Vaticani secundi suasiones per Pauli VI Constitutionem Apostolicam *Regimini Ecclesiae Universae.* Hae structurae « organico)) vinculo coniunguntur cum multiplici ratione navitatis Ecclesiae, quae nostro fit tempore. Ulterior exsecutio Concilii Vaticani secundi, quae prospicitur, pendet magnam partem, ex efficaci operatione harum structurarum, atque ex earum cooperatione, certo ordine disposita, cum similibus structuris, quae intra Ecclesias locales et intra Conferentias Episcopales exsistunt.

Secundae relationis argumentum, quam Praefectus Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica proferet, spectat ad quaestionem magis singularem, at non minoris momenti. Agitur enim de opera singularum Academiarum Pontificiarum atque peculiari modo de Pontificia Academia Scientiarum.

Hoc quidem Institutum, a Pio PP. XI conditum, praecipuum habet momentum, quod attinet ad rationes intercedentes inter fidem et cognitionem atque inter religionem et scientiam. Etiam hac in re oportet considerare formam magis collegialem ad efiiciendam cooperationem in hac regione, quae non levis momenti est pro Ecclesia universali.

In Constitutione Pastorali *Gaudium et Spes* speciale caput tribuitur quaestioni de necessitudine inter Ecclesiam et Culturam. Secundum huius Documenti spiritum, oportet deinde quaerere quomodo convenienter manifestetur necessitudo Ecclesiae cum late patente campo anthropologiae nostrae aetatis et cum disciplinis humanisticis, quae dicuntur, sicut Pius XI exprimere studuit necessitudinem inter Ecclesiam et scientias mathematicas necnon naturales instituendo Pontificiam Academiam Scientiarum.

Gaudemus sane quod paucos post dies sollemnis Sessio istius Pontificiae Academiae habebitur ad recolendum centesimum annum expletum ab ortu Alberti Einstein, astantibus omnibus vobis, Venerabiles ac dilecti Fratres Nostri.

Tertium demum argumentum, quod complectentur relationes a Car-

dinalibus praepositis Praefecturae Rerum Oeconomicarum Sanctae Sedis et Administrationi Patrimonii Sedis Apostolicae pronuntiandae, spectat ad universa illa problemata, de quibus iam tractatum est modo quidem introductorio in Congregationibus Cardinalium, quae ante Conclave mensis Augusti anno praeterito actae sunt.

Ratione habita multiplicium veluti camporum, in quibus opera Se dis Apostolicae exercetur et qui excolendi ac provehendi erant, quod attinet ad exsecutionem Concilii et ad munera Ecclesiae hac nostra aetate sive quoad evangelizationem sive quoad servitium hominibus spiritu evangelico praestandum, necesse est, ut quaestio ponatur de rebus oeconomicis.

Peculiari profecto ratione Collegio Cardinalium est ius atque officium incumbit cognoscendi accurate verum statum quaestionis.

11, Ecce, Venerabiles ac dilecti Fratres, vobis breviter descripsimus summam quaestionum, quae efficiunt proposita huius nostrae congressionis, a Nobis valde optatae. Fore confidimus, ut Sedes Sapientiae et Mater Ecclesiae imploret nobis lumen necessarium, ut, tempore quidem satis brevi, quaestiones illas perscrutari possimus atque eas efficaciter expedire ad futurum ministerium Episcopi Ecclesiae Romanae.

Denique Benedictionem Apostolicam vobis singulis universis effusa caritate impertimus.

XIV

Ad S.R.E. **Cardinales, exeunte generali Sacri** Collegii **congressione.***

Venerabiles Fratres Nostri, Sacri Collegii Sodales,

1. «Ecce quam bonum... habitare fratres in unum».[1] Sunt quidem in vita Ecclesiae peculiaria temporum ac rerum adiuncta, in quibus pulchritudinem et veritatem horum verborum penitus intellegimus. Eas experti sumus in utroque Conclavi quod anno praeterito una simul transegimus, singulare prorsus capientes experimentum vitae nostrae, quam Christo et Populo Dei devovimus. Easdem etiam per hos dies sensimus, ac quidem cum universis ipsarum interioribus divitiis et cum tota suavitate, quando in unum convenimus ad hanc primam con-

*** Die 9 m. novembris a. 1979.**

[1] ***Ps.* 132, 1.**

gressionem, historia dignam, quam Nosmet ipsi tantopere cupivimus et vos praesentia et cooperatione vestra fovistis. « Fratres in unum ». Percepimus sane nos fratres esse, uno eodemque vinculo missionis coniunctos, cum, altare iuxta beati Petri sepulcrum circumstantes, pro Fratribus Sacri Collegii preces funderemus, qui magna ex parte anno elapso nobiscum aderant quosque Dominus de terrestri vita ad se vocavit; cum, in hac Aula congregati essemus, ubi haec una animorum cupiditas ardebat, qua impellimur «in opus ministerii, in aedificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in unitatem fidei et agnitionis Filii Dei».[2]

Fratres autem nos esse hodie peculiari ratione sentimus, vinculo astricti in hanc Ecclesiam Romanam, cui arctissime iungimur, Nos quidem ut munus obeuntes Pastoris, vos ut membra, auctoritate praediti, cleri Romani, ad quem propter titulos vestros ac diaconias iure nativo pertinetis; hodie, dicimus, quo die Ecclesia universalis Dedicationem celebrat Basilicae Lateranensis, matris et capitis omnium Ecclesiarum, sedis, ubi cathedra Episcopi Romani exstat. Gaudium vero caelestis Ierusalem quasi repercussione quadam etiam nos singulariter illuminat, huc congressos, cum ipso die Dedicationis cathedrae Romanae conventui nostro finis imponitur.

2. Dum his sensibus afficimur, vobis ex animo gratias agimus : quod e cunctis terris continentibus Romam advenistis, per aliquot dies pastorales sollicitudines intermittentes, quibus Ecclesiis vestris obstringi - mini, quibuscum Christus vos amore nuptiali coniungit; quod itineris incommoda sustinuistis, necessitatibus laboris vestri posthabitis. Gratias vobis referimus pro interventibus, solidis et meditatis, quos hic in medium protulistis, pro concordia, quacum ipse Coetus singulique Circuli, invitationi adhibitae respondentes, operati sunt, pro efficaci cooperatione, quam ostendistis. Praecipue autem gratiam vobis habemus pro sensu, qui hic diffusus est atque perceptus : pro sensu dicimus, fraternitatis, familiaris consuetudinis, corresponsabilitatis, ut aiunt, amoris: «caritas... Christi urget nos».[3]

3. Putamus hanc nostram congressionem nos adiuvisse :

— ut brevi tempore percurreremus spatium magni momenti in via ipsa «collegialitatis», secundum Concilii Vaticani Secundi mentem;

[2] *Eph* 4, 12, s.
[3] *2 Cor* 5, 14.

— ut praestantissimum hoc institutum, Collegium nempe Cardinalium, novo vigore renovaremus secundum propriam ipsius naturam ac traditionem.

Dum vero gratias agimus, debemus simul necessario rogare ut ignoscatis nobis :

— ipsas difficultates quae vobis sustinendae fuerunt;

— officia, quae ob suam ipsam amplitudinem videbantur iam excedere fines temporis, quod eisdem officiis impendi poterat.

Intelleximus autem satis brevi tempore non pauca effici posse in hoc peritorum conventu.

4. Praecipua quidem elementa in extremo nuntio significata sunt. Certo quodam modo fuit haec congressio principium ulterioris deinceps communicationis mutuae opinionum ac pastoralium sollicitudinum. Non sane dubium est quin talis conventus — incitatus « sollicitudine omnium Ecclesiarum »[4] — indolem plane pastoralem habuerit.

Rationem habentes operae, quam proximis mensibus vos daturos Nobis esse exspectamus, iam Nos dicere posse arbitramur vos eiusmodi operam Nobis iam dedisse, ac quidem abundanter, vos, qui estis — et per hos vero dies peculiari modo fuistis — ut ait Apostolus, « gaudium meum et corona mea».[5]

5. Non est Nobis propositum iterum tractare de argumentis, quae ad perpendendum, etiam per venturos menses, vobis sunt exhibita. Satis est dicere, quod attinet ad ordinationem Curiae Romanae, fore ut attente excipiantur suggestiones, consilia, propositiones, quae, sincero amore erga Ecclesiae universalis bonum ducti, vos significastis et si**gnificamus,** ea mente, ut institutum illud, tam multiplex et varium, Curiae Romanae habile reddatur ad praestandum servitium in dies magis peritia commendatum, praestans, utile Episcopis et Conferentiis episcopalibus totius orbis terrarum.

6. Praeterea non vos ignoravistis peculiare illud studium, quod nosmet ipsi — adiuvantibus quidem proximis consiliariis Nostris — dedicare volumus quaestionibus humani cultus qui a Concilio Vaticano Secundo singulariter investigatus est quique a nobis omnibus — homi-

[4] *2 Cor* **11, 28.**
[5] *Phil* **4, 1.**

nibus nempe Ecclesiae — exspectat promptius subsidium. In Constitutione enim sua pastorali *Gaudium et Spes* posuit Concilium clarissima in luce necessitatem sustinendae progressionis illius cultus humani, cum docuit : « Christifideles, ad civitatem caelestem peregrinantes, ea quae sursum sunt quaerere et sapere debent; quo tamen nedum minuatur, potius crescit momentum muneris eorum una cum omnibus hominibus adlaborandi ad aedificationem mundi humanius exstruendi. Et revera fidei christianae mysterium praestantia incitamenta et adiumenta eis praebet ad munus illud impensius adimplendum et praesertim ad plenum huiusmodi operis sensum detegendum, quo cultus humanus in integra hominis vocatione suum eximium obtineat locum)).[6]

Ad hunc ideo finem ac propositum spectant illae curae rationesque operis quas vobis patefecimus et proprio loco illustravit deinde Cardinalis relator. Sententiae autem vestrae manifesto nuntiaverunt quae omnino nunc sint sollicitudines vestrae de progressibus faciendis in hac vitali rerum provincia, in qua videlicet iam agitur futurum tempus Ecclesiae ac mundi, dum ad exitum decurrit hoc saeculum vicesimum nostrum.

Permagni etiam vestras sententias faciemus quas de hac summa maximeque tractanda re ad Nos perferetis.

7. Quod denique ad tertium argumentum — id est, ad rem oeconomicam — attinet, haec dicenda esse videntur :

a) vos Venerabiles Fratres Nostri saepius certiores facti — iam inde a mense Augusto superioris anni, id est ante Conclavis initium — cognoscere potuistis accurato modo condicionem quaestionum oeconomicarum Apostolicae Sedis ;

ö) hoc magni interest, ut nempe in ecclesia omnique societate catholica formetur recta opinio publica de hac re. Pervulgata enim opinatio ista — ficta quidem et vana — de nummis Apostolicae Sedis intulit huic non leve damnum. Sicut antiquis temporibus ita nostra etiam aetate multae ortae sunt et oriuntur tabulae. Unicus autem modus hac in re adhibendus in eo positus est ut facta ipsa aspiciantur obiectiva ratione. Oportet hoc loco gratias maximas vobis nos agere, quod hac in re vos animo prompto parati estis ad cooperandum secundum apostolicam traditionem, quam experientia omnium Ecclesiae aetatum confirmavit;

[6] **Cfr.** n. **57.**

c) indiget Apostolica Sedes subsidiis nummariis, ut efficaciter serviat missioni universali ipsius Ecclesiae, ut proposita pastoralia Concilii ad effectum deducat, ut causam evangelizationis provehat. Illa vero subsidia sunt perexigua, si comparantur cum expensis quae fiunt hodie per orbem, verbi gratia ad paranda bellica arma.

Praeterea in conspectu totius historiae Nostrum est officium servare praeclarum illud humanitatis monumentum, quod est basilica Petriana, et ad quod accedunt alia instituta veluti Musea Vaticana.

Ad extremum ergo confirmare possumus, Deo adiuvante, feliciter impleta esse ipsa proposita, propter quae haec extraordinaria Patrum Cardinalium congressio est indicta. Ei, qui est « pater luminum a quo omne datum optimum et omne donum perfectum descendit »,[7] communis fiat nostra gratiarum actio. Ei commendamus consilia nostra et opera ; eum rogamus ut in suscepto itinere perseveremus — ad homines ipsos promovendos, ad veram populorum progressionem efficiendam, ad pacem universalem conciliandam. *Aspirando praeveni et adiuvando prosequere.* Maria, Ecclesiae mater et apostolorum regina, haec vota Nostra secundet. Eidem Deiparae Virgini — et haec dicimus, unanimum excipientes votum, quod in hoc sollemni conventu factum est — Nosmetipsos atque universos Pastores hic congregatos fidenter committimus.

Singulis demum vobis, Venerabiles Fratres Nostri, Benedictionem amantissime impertimus.

XV

In Aula Regia Palatii Vaticani habita, occasione oblata saeculi expleti ab obitu Alberti Einstein, post audita verba ab Exc.mo Viro Carolo Chagas, Praeside Pontificiae Academiae Scientiarum, dicta.*

1. Je vous remercie vivement, Monsieur le Président, des paroles chaleureuses et ferventes qui vous m'avez adressées au début de votre discours. Et je me réjouis aussi avec Votre Excellence comme avec Messieurs Dirac et Weisskopf, tous deux membres illustres de l'Académie pontificale des Sciences, de cette commémoration solennelle du centenaire de la naissance d'Albert Einstein.

[7] *Iac. 1,* 17.

* Die 10 m. novembris a. 1979.

Vénérables Frères,
Excellences,
Mesdames, Messieurs,

Le Siège Apostolique veut lui aussi rendre à Albert Einstein F hommage qui lui est dû pour la contribution eminente qu'il a apportée au progrès de la science, c'est-à-dire à la connaissance de la vérité présente dans le mystère de l'univers.

Je me sens pleinement solidaire de mon prédécesseur Pie XI et de ceux qui lui ont succédé sur la Chaire de Pierre, en invitant les membres de l'Académie pontificale des Sciences, et tous les savants avec eux, à faire ((progresser toujours plus noblement et plus intensément les sciences, sans leur demander rien de plus ; et ceci parce que en cet excellent propos et en ce noble labeur consiste la mission de servir la vérité, dont nous les chargeons...[1]

2. La recherche dé la vérité est la tâche de la science fondamentale. Le chercheur qui se meut sur ce premier versant de la science ressent toute la fascination des paroles de saint Augustin : « Intellectum valde ama»,[2] «aime beaucoup l'intelligence)) et la fonction qui lui est propre, de connaître la vérité. La science pure est un bien, digne d'être très aimé, car elle est connaissance et donc perfection de l'homme dans son intelligence. Avant même ses applications techniques, elle doit être honorée pour elle-même, comme une partie intégrante de la culture. La science fondamentale est un bien universel, que tout peuple doit pouvoir cultiver en pleine liberté par rapport à toute forme de servitude internationale ou de colonialisme intellectuel.

La recherche fondamentale doit être libre face aux pouvoirs politique et économique, qui doivent coopérer à son développement, sans l'entraver dans sa créativité ni l'asservir pour leurs propres buts. Comme toute autre vérité, la vérité scientifique n'a, en effet, de comptes à rendre qu'à elle-même et à la Vérité suprême qui est Dieu, créateur de l'homme et de toute chose.

3. Sur son second versant, la science se tourne vers les applications pratiques, qui trouvent leur plein développement dans les diverses technologies. Dans la phase de ses réalisations concrètes, la science est né-

[1] **Motu proprio *In multis solaciis* du 28 octobre 1936, sur l'Académie pontificale des Sciences: *AAS* 28 (1936), p. 424.**

[2] ***Epist.* 120, 3, 13: *PL* 33, 459.**

cessaire à l'humanité pour satisfaire les justes exigences de la vie, et pour vaincre les différents maux qui la menacent. Il ne fait pas de doute que la science appliquée a rendu et rendra à l'homme d'immenses services, pour peu qu'elle soit inspirée par l'amour, réglée par la sagesse, accompagnée par le courage qui la défend contre l'ingérence indue de tous les pouvoirs tyranniques. La science appliquée doit s'allier à la conscience, afin que, dans le trinôme science-technologie-conscience, ce soit la cause du vrai bien de l'homme qui soit servi.

4. Malheureusement, comme j'ai eu l'occasion de le dire dans mon encyclique *Redemptor Hominis,* (d'homme d'aujourd'hui semble toujours menacé par ce qu'il fabrique... C'est en cela que semble consister le chapitre principal du drame de l'existence humaine aujourd'hui ».[3] L'homme doit sortir victorieux de ce drame qui menace de dégénérer en tragédie, et il doit retrouver sa royauté authentique sur le monde et sa pleine domination sur les choses qu'il produit. A l'heure actuelle, comme je l'écrivais dans la même encyclique, (de sens fondamental de cette 'royauté' et de cette 'domination' de l'homme sur le monde visible, qui lui est assignée comme tâche par le Créateur lui-même, consiste dans la priorité de l'éthique sur la technique, dans le primat de la personne sur les choses, dans la supériorité de l'esprit sur la matière)).[4]

Cette triple supériorité se maintient dans la mesure où l'on conserve le sens de la transcendance de l'homme sur le monde et de Dieu sur l'homme. En exerçant sa mission de gardienne et d'avocate de l'une et de l'autre transcendances, l'Eglise estime aider la science à conserver sa pureté idéale sur le versant de la recherche fondamentale, et à s'acquitter de son service de l'homme sur le versant de ses applications pratiques.

5. L'Eglise reconnaît volontiers, d'autre part, qu'elle a bénéficié de la science. C'est à celle-ci, entre autres, qu'il faut attribuer ce que le Concile a dit à propos de certains aspects de la culture moderne : ((Les conditions nouvelles affectent enfin la vie religieuse elle-même ... L'essor de l'esprit critique la purifie d'une conception magique du monde et des survivances superstitieuses, et exige une adhésion de plus en plus personnelle et active à la foi; nombreux sont ainsi ceux qui parviennent à un sens plus vivant de Dieu ».[5]

[3] Cf. n. 15.
[4] Cf. n. 16.
[5] *Gaudium et Spes,* n. 7.

Así pues, si la dimensión misionera es una consecuencia necesaria de la vocación cristiana y si « La Iglesia entera es misionera y la obra de la evangelización un deber fundamental del Pueblo de Dios»,[1] cada comunidad diocesana —con su respectivo Pastor, sacerdotes, religiosos, religiosas, seminaristas y laicos— ha de hacer realidad esa amplitud de miras eclesiales, que se extienden a las otras comunidades hermanas en la fe.

[1] *Ad Gentes,* **35.**

He aquí una hermosa tarea evangelizadora para todos y más específicamente para los Pastores, pues, como bien recuerda el Concilio Vaticano II, «suscitando, promoviendo y dirigiendo la obra misional en su diócesis, el Obispo hace presente y como visible el espíritu y el ardor misionero del Pueblo de Dios, de forma que toda la diócesis se haga misionera ».[2]

4. Al concluir vuestra visita a la Sede de Pedro, os disponéis ahora a regresar al seno de vuestras comunidades, para continuar la obra evangelizadora. Esa obra en la que se armonizan las dos facetas de predicación perseverante del mensaje salvador de Cristo y de ayuda a los que viven en estrechez y privación.

Querría que la palabra del Papa llegara, personal y llena de afecto, a cada miembro eclesial que trabaja con vosotros en la viña del Señor. Para alentarlo en su bregar por el reino de Cristo, por la difusión de la fe, por la vivencia de la misma, por la firmeza alegre aguardando el cumplimiento de nuestra esperanza. Y al mismo tiempo, para manifestar mi aplauso por la dedicación encomiable que se presta a los más necesitados, a los más pobres, a todos aquellos a quienes llega quizá sólo el apoyo y socorro que inspira la caridad hecha en nombre de Cristo. Sepan todos los que así hacen realidad la presencia solícita de la Iglesia, que el Papa los acompaña, los anima, está cerca de ellos.

Termino, amados Hermanos, asegurándoos que estas intenciones las llevaré a la oración, para que la gracia divina se difunda en abundancia sobre cada miembro de vuestras Iglesias locales y sobre sus iniciativas.

Sea el Dador de todo bien perfecto el que lleve a plenitud la obra comenzada. Sea la Madre de la Iglesia, la Estrella de la evangelización, el modelo perfecto de vida cristiana, la que consuele el animoso caminar, y le haga ir dejando una estela fecunda de realizaciones evangélicas y humanas, en una proyección total a Cristo y al hermano. Para que así sea, os doy mi Bendición, que se alarga a todos vuestros colaboradores y fieles.

[2] *Ad Gentes,* 38.

NUNTII GRATULATOMI

I

Ad Franciscum S.R.E. Card. èeper, Sacrae Congregationis pro Doctrina Fidei Praefectum, missus, XXV anno expleto ab eius episcopali ordinatione.

Peculiari cum amoris affectu et egregia cum existimatione ad te convertimur, adventante vitae tuae, quam Deo et Ecclesiae devovisti, felici eventu : etenim mox vicesimum quintum annum implebis ex quo sacerdotium tuum ad plenitudinem est perductum.

Quam occasionem omittere nolumus quominus tibi hunc Episcopatus natalem ex animo gratulemur tecumque Domino, omnium bonorum fonti inexhausto, gratias plurimas agamus pro tot muneribus, quae tibi et per te aliis hoc temporis spatio est benigne largitus.

Recordatio autem illius diei, quo Apostolorum successor sacro ritu es ordinatus, sine dubio efficiet ut hoc praecelsum donum nova quadam luce menti tuae obversetur teque novo spirituali repleat gaudio. Datum est enim tibi <(episcopali paternitate catholicae Ecclesiae providere » ;[1] quibus verbis et officium excelsum et praeclara laus sacri Pastoris apte significantur.

Hac mente ductus, archiepiscopale munus, tibi creditum, exsequi studuisti : prius ut Coadiutor Praesulis, qui tum fuit, Zagrebiensis, deinde ut Sedi huic pleno iure praepositus. Novimus sane multiplici sedulitate ac labore te in illa vinea Domini esse operatum. Meritis igitur conspicuus, cum in huiusmodi pastorali studio versareris, in Patrum Cardinalium Collegium a Paulo VI, Decessore Nostro rec. me., es cooptatus, scilicet particeps effectus eximii ((Presbyterii » Romanae Ecclesiae, cui semper fideliter haesisti.

Animus hic obsequens tuus Petri Sedi et visibili Ecclesiae Capiti peculiariter effulsit, cum commissum tibi munus Praefecti Sacrae Congregationis pro Doctrina Fidei, patria relicta, assumeres ; quod adhuc geris, spirituali bono totius Familiae catholicae intentus.

Nos ergo Deum impense deprecamur, ut tibi, hanc anniversariam memoriam recolenti, supernae gratiae et solacii copiam concedat. Beatissima Virgo Maria, quae est certissimum praesidium eorum, qui in sortem Domini sunt vocati et quam toto pectore veneraris ac diligis, tibi propitia adsit.

[1] **S. Aug.** *Ep; 253;* **PL 33, 1069.**

Sit denique signum singularis benevolentiae et caritatis Nostrae Apostolica Benedictio, quam tibi, Venerabilis Frater Noster, et cunctis, qui tibi, vicesimum quintum Episcopatus natalem celebranti, sociantur, libentissime impertimus.

Ex Aedibus Vaticanis, die xiv mensis Septembris, anno MCMLXXIX, Pontificatus Nostri primo.

IOANNES PAULUS PP. II

II

Vincentio S.R.E. Card. Enrique y Tarancón, Archiepiscopo Matritensi, quinquaginta exactis annis ab eiusdem presbyterali ordinatione.

Dies prima proximi mensis Novembris, ob sollemnitatem Omnium Sanctorum clara, erit profecto tibi clarissima, cum in illam incidat initi sacerdotii tui pergrata memoria. Ad quod sane, ut respexerunt omnia consilia tua iuvenis, ita libenter redit animus quotiens avet ad fontem tot beneficiorum, gratiarum, gaudiorum remeare, quibus vita tua affluit, vel in episcopatus sollicitudinibus.

In praesentia vero post decem lustra in « Atriis domus Dei nostri » acta,[1] sub Christi atque Matris eius obtutu, gaudia illa, dulcia ac serena, accrescunt.

Inter illos autem qui hac occasione te circumstant, gaudium tuum et corona tua,[2] et Nos praesentes per amorem et affectum considera. Nos, dicimus, quos Venerabilium Fratrum Nostrorum prospera tam delectant, quam adversa tristi maerore afficiunt. In Beati Pauli apostoli similitudinem[3] cor Nostrum tibi patet, Venerabilis Frater Noster, et Ecclesiae tuae, et necessitudinibus, et spei omni quae tibi floret in animo. Deoque preces admovemus assiduas, ut tibi cum semper, tum hodie maxime praesentissimus adsit.

Iam vero, quid, Venerabilis Frater Noster, in hac die tibi gratulemur, liquido patet : sacerdotium videlicet, atque episcopatum, quibus te Deus benevolentia sua ornavit. Per illud enim Eucharistiam consecras, et peccata dimittis nomine Dei, et in caelestis Patris amicitiam peccatores reducis : res divinae creditae homini ! per episcopatum vero

[1] *Ps.* 113, i.
[2] Cf. *Phil.* 4, 1.
[3] Cf. *2 Cor.* 6, 11.

in successoribus Apostolorum annumeratus, eorum dignitatem atque potestatem participas.

Sed ob id etiam, Venerabilis Frater, summopere gaudemus, videlicet vitam tuam sacerdotis atque Episcopi eo spectasse, unde maior gloria Deo manaret. Id pietas tua egregia ostendit, et amor in Christum in eiusque sanctissimam Matrem ; et industria praeterea multa, et studium erga pauperes, maxime aegrotos, ut patrem addecet sollicitum. Quoniamque amor urgebat, etiam opera Auxerunt : nitet enim sacerdotium tuum ob assiduam verbi Dei praedicationem, scriptis haud paucis suffultam, ob pietatis exercitia frequentissime praedicata, ob sollicitudinem praescriptionum Concilii Vaticani II ad exitum deducendarum, ob cultus splendorem ac musicae sacrae attributum honorem. Sacerdotum etiam sanctitas et disciplina, puerorum educatio christiana valde tibi cordi fuerunt.

De his omnibus ceterisque multis tibi gratias agimus, Venerabilis Frater Noster, teque Dei benevolentiae committimus, cuius sit pignus ac signum Nostra Apostolica Benedictio, quam tibi, Auxiliaribus tuis, clero populoque tuo Matritensi, tam dilectis Nobis, omnibus quos amas impertiri placet.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xxni mensis Octobris, anno MCMLXXIX, Pontificatus Nostri secundo.

IOANNES PAULUS PP. II

NUNTIUS RADIOTELEVISIFICAS

Occasione oblata VIII Conventus Mariologici Internationalis atque XV Conventus Mariani Internationalis, Caesaraugustae in Hispania habitorum factus. *

Señor Cardenal Legado:
Venerables Hermanos en el Episcopado:
Amadísimos hijos en Cristo:

¡ La paz del Señor sea siempre con vosotros !

Es para mí motivo de gran satisfacción asociarme, como en una única demostración de gratitud y afecto filial hacia la Madre de Dios, con todos cuantos os habéis reunido estos días en Zaragoza, en torno a

*** Die 12 m. octobris a. 1979.**

la Virgen del Pilar, para participar en los dos Congresos Internacionales, ahí celebrados : el Octavo Mariológico y el Decimoquinto Mariano.

Y en vosotros, Congresistas, saludo también cordialmente a todos los hijos de la Iglesia, estudiosos o peregrinos que, atraídos por la presencia siempre acogedora de María, han venido a Zaragoza para robustecer el espíritu.

Un saludo especial y entrañable quiero dirigir hoy a todos los hijos de la noble Nación española, cuya distinguida piedad mariana y cuyo fervor por cuanto significa honor para la Madre de Dios tienen pulsación propia, desde época inmemorial, a ritmo con su historia y su creciente patrimonio espiritual.

1. En efecto, desde los primeros siglos del cristianismo aparece en España el culto a la Virgen, como consta por algunos monumentos de la antigüedad de los que sé conservan preciosos testimonios. Ese culto se vio enriquecido y renovado por la labor incansable de los grandes Santos, gloria de la España visigótica, como Isidoro de Sevilla, Ildefonso de Toledo, Braulio de Zaragoza y otros; a ello contribuyó sobremanera la liturgia de aquel tiempo, que celebró con especial devoción las fiestas marianas, creando también para ellas bellísimas oraciones y plegarias. Esta devoción se acrecentó en la Edad Media, como lo atestiguan el gran número de ermitas, iglesias, monasterios y santuarios dedicados a Nuestra Señora y donde se veneraron imágenes que aún hoy siguen escuchando voces de alabanza y confidencias del pueblo fiel. La literatura y el arte, la hagiografía y la vida de la Iglesia se han dado cita, como en un certamen de familia, para unirse a María en un canto perenne del Magníficat ; pregón de esa unión familiar con la Virgen y su figura en la historia de la salvación, es el rezo del Santo Rosario, propagado por los hijos de Santo Domingo de Guzmán. No os oculto mi admiración y mi emoción, cuando he visto palpitante, en tierras del Nuevo Continente, la devoción a la Virgen que junto con la luz del evangelio sembraron allá los españoles.

Esta devoción mariana no ha decaído a lo largo de los siglos en España, que se reconoce como ((tierra de María». Los numerosos santuarios diseminados como hitos de luz por todas las regiones españolas, cuyo símbolo es en estos momentos la Basílica del Pilar, son todavía testigos de la fe viva y de la devoción del pueblo español a la Virgen María, así como su expresión de vida cristiana que yo, como Supremo Pastor y Sucesor de San Pedro, quiero bendecir y alentar.

Vosotros, queridos Congresistas, sois hoy los testigos cualificados de esa devoción a María, que forma parte del rico patrimonio espiritual de la Iglesia.

2. Al tiempo que os recuerdo todo esto, que puede ser estímulo para acrecentar vuestra vida de piedad, no quiero dejar pasar esta oportunidad sin animaros a continuar por ese camino y por el de la renovación interior, base de la renovación cristiana y eclesial.

El culto mariano, como enseñó mi Predecesor de feliz memoria, el Papa Pablo VI en el gran documento *Marialis Cultus,* subordinado al culto a Cristo Salvador y en conexión con El, es una poderosa fuerza de renovación interior ;[1] porque el culto verdadero incluye la imitación, como nos recuerda el Vaticano II[2] y María, que es la *primera cristiana,* nos lleva y nos acerca más a Cristo. Ella es modelo para todos los fieles; y lo es porque nos mueve a imitarla en las actitudes fundamentales de la vida cristiana : actitud de fe, esperanza, caridad y obediencia. María es el ejemplo de ese culto espiritual, que consiste en hacer de la propia vida una ofrenda al Señor. Su *fiat,* aceptando la realización de la Encarnación, fue luego permanente y definitivo en su vida; por lo mismo, nos manifiesta una actitud ejemplar para todos los seguidores de Jesús, que se precian de adorar al Padre en espíritu y en verdad.[3] Cuando saludamos a María como la *llena de gracia*[4] debe brotar en nuestros corazones el deseo eficaz de vernos adornados y enriquecidos con el tesoro de la gracia y de la amistad divinas. Como María llevó en su seno al Salvador, así también nosotros debemos llevarlo espiritualmente en nuestro corazón, como dice San Agustín.[5] Todo esto contribuye a la auténtica renovación interior y a que reflejemos en nosotros la imagen de Jesús, para lo que fuimos predestinados según los designios divinos, como nos enseña San Pablo.[6]

En el Decimoquinto Congreso Internacional Mariano habéis estudiado la figura de *María y la misión de la Iglesia.* Efectivamente, según una feliz expresión teológica, María y la Iglesia están estrechamente unidas, por voluntad de Dios, en el plan de la redención : ambas

[1] Cf. n. 57.
[2] Cf. *Lumen Gentium,* 67.
[3] Cf. *Jn* 4, 24.
[4] Cf. *Lc* 1, 28.
[5] *Serm.* 180, 3; Morin, Ser. post Maurinos reperti, Roma 1930, p. 211.
[6] Cf. *Ef* 1, 11-13; *Rom* 8, 28-30.

engendran a Cristo aquí, en esta tierra.[7] María dio el Salvador al mundo, realizando primero en sí misma el tipo de la Iglesia; y ésta, a su vez, siguiendo a María, contiúa manifestándolo al mundo, a plasmarlo en el corazón de los hombres. Una Iglesia fiel a la acción del Espíritu Santo, al igual que María, tiene que dar testimonio de la unión en la fe y en la caridad, en Cristo Jesús. El espíritu mueve a los miembros del cuerpo eclesial a la comunión y exige a su vez de ellos una conducta coherente con la dignidad de la vocación cristiana, una conciencia activa de que hay una sola fe, un solo bautismo, un solo Dios y Padre de todos.[8] De ahí que en medio de la diversidad de «dones» se ha de tener presente esa unidad de fe y caridad, fundamento y culmen de la edificación eclesial bajo la animación del Espíritu divino y la guía de la Jerarquía, a la que está confiado el cuidado de la grey[9] en medio de las diversas esferas de la existencia humana.[10]

Consiguientemente, todos los miembros de la comunidad cristiana, impulsados por el Espíritu de Dios y siguiendo su vocación eclesial, deben ser dentro de la sociedad artífices de la unión de los hombres entre sí, promotores del diálogo, de la reconciliación, de la justicia social y de la paz. A través de la presencia de los cristianos y de su testimonio, la Iglesia realiza su vocación de « germen firmísimo de unidad, de esperanza y de salvación para todo el género humano».[11]

Clausuráis hoy esas Jornadas, de las que debe quedar grabado en el recuerdo de todos que María es la personificación del verdadero discípulo de Jesús, que encuentra su identidad más profunda en el servicio a la Iglesia, en transmitir a todos los hombres el mensaje de salvación.

María, Madre de la Iglesia, está siempre presente, con el ejemplo de su entrega a los planes de Dios y con su intercesión maternal, en las tareas evangelizadoras y en la preocupación de la Iglesia por las tareas de los hombres. « La característica de este amor materno que la Madre de Dios infunde en el misterio de la Eedención y en la vida de la Iglesia —como dije en otra ocasión— tiene su expresión en su singular proximidad al hombre y a todas sus vicisitudes. En esto consiste el

[7] Isaac de Stella, *Serm.* 51; *ML* 194, 1863.
[8] Cf. *Ef* 4, 1 ss.
[9] *1 Pe* 5, 1 s.
[10] Cf. *Redemptor Hominis,* 21.
[11] *Lumen Gentium,* 9.

misterio de la Madre... Y en esto reconoce la Iglesia la vía de su vida cotidiana, que es todo hombre».[12]

Toda la Iglesia debe sentirse pues obligada, especialmente en nuestro tiempo, a iluminar con los valores evangélicos la vida de los hombres en todas sus expresiones : cultura, formas de pensamiento, juicios de valor que configuran la vida social, estructuras sociales, políticas y económicas. María nos inspira con su sencillez evangélica, con la pureza de su alma y cpn su consagración incondicional a la persona y a la obra de su Hijo,[13] cómo debe ser vivido y presentado a los hombres de hoy su misterio para que influya en la renovación de la vida cristiana.

3. Mi exhortación a vosotros en estos momentos es ésta : sed testigos vivos, luminosos, de la auténtica devoción mariana promovida por la Iglesia en la línea marcada por el Concilio Vaticano II, en particular, cuando nos recuerda a todos : obispos, sacerdotes, religiosos y seglares, que la devoción a la Virgen debe proceder de la fe verdadera por la que somos movidos a *reconocer* las excelencias de la Madre de Dios, a *amarla* con piedad de hijos y a *imitar* sus virtudes.[14]

Necesitamos conocer mejor a María. Necesitamos, sobre todo, imitar su actitud espiritual y sus virtudes, base de la vida cristiana. De esta manera reflejaremos en nosotros la imagen de Jesús. *¡Id con Maria a Jesús!* Ella os recordará de continuo lo que dijo en las bodas de Cana: ((Haced lo que El os diga ! ».[15]

A todos, finalmente, os doy mi Bendición, en el nombre del Padre y del Hijo y del Espíritu Santo. Así sea.

[12] *Redemptor Hominis,* 22.
[13] Cf. *Lumen Gentium,* 56.
[14] Cf. *Lumen Gentium,* 67.
[15] *Jn 2,* 5.

SS.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a S. Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit. Videlicet :

Die 9 Octobris 1979. — Titulari episcopali Ecclesiae Polymartiensi R. D. Henricum Desideratum Delrue, Vicarium Episcopalem apostolatus laicorum ac delegatum dioecesanum pastoralis actionis pro operariis ac pro familiis Insulensis dioecesis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Iacobi Ménager, Archiepiscopi Remensis.

Die 3 Novembris. — Cathedrali Ecclesiae Belfortiensi-Montis Beligardi, Exc.mum P. D. Eugenium Lecrosnier, hactenus Episcopum titularem Sancti Leonis.

Die 5 Novembris. — Coadiutorem c.j.s. Exc.mi P. D. Georgii A. Hammes, Episcopi Superiorensis, R. D. Raphaelem M. Eliss, curionem apud paroeciam ecclesiae cathedralis Milvaukiensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Castrensi in Apulia R. D. Richardum J. Sklba, rectorem seminarii maioris Milvaukiensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Remberti Weakland, O.S.B., Archiepiscopis Milvaukiensis.

Die 10 Novembris. — Cathedrali Ecclesiae Aurelianensi, R. D. Ioannem Mariam Lustiger, parochum ecclesiae Sanctae Ioannae de Chantal Parisiensis Archidioecesis.

Die 17 Novembris. — Cathedrali Ecclesiae Aegitaniensi, Exc.mum P. D. Antonium dos Santos, hactenus Episcopum titularem Tabborensem.

Die 21 Novembris. — Coadiutorem cum iure successionis Exc.mi P. D. Roberti Mariae Iosephi de Pro vendieres, Episcopi Christoliensis, constituit Exc.mum P. D. Franciscum Victorem Mariam Frétellière,, hactenus Episcopum titularem Caudinum.

Die 29 Novembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Druensi R. D. Volfgangum Kirchgässner, curionem paroeciae vulgo Breisach, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Ansgarii Saier, Archiepiscopi Friburgensis.

Die 30 Novembris. Metropolitanae Ecclesiae Maringaënsi, noviter erectae, Exc.mum P. D. Iacobum Aloisium Coelho, hactenus Episcopum eiusdem sedis.

— Metropolitanae Ecclesiae Cascavellensi, noviter erectae, Exc.mum P. D. Armandum Cirio, hactenus Episcopum eiusdem sedis.

— Cathedrali Ecclesiae Valentinae in Brasilia, Exc.mum P. D. Amaurum Castanho, hactenus Episcopum titularem Baleciensem et Auxiliarem Episcopi Sorocabani.

— Coadiutorem c. i. s. Exc.mi P. D. Iosephi Melhado Campos, Episcopi Sorocabani, Exc.mum P. D. Iosephum Lambert Filho, hactenus Episcopum Itapevensem.

— Coadiutorem c. i. s. Exc.mi P. D. Anigeri Francisci Mariae Melino, Episcopi Piracicabensis, Exc.mum P. D. Eduardum Koaik, hactenus Episcopum titularem îsTobensem et Auxiliarem Em.mi ac Rev.mi P. D. Eugenii S. R. E. Cardinalis de Araújo Sales, Archiepiscopi Sancti Sebastiani Fluminis Januarii.

— Coadiutorem c. i. s. Exc.mi P. D. Anselmi Pietrulla, Episcopi Tubaraoënsis, R. P. Osorium Bebber, Vicarium Provincialem Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum in Statu Rio Grande do Sul.

NOMINATIONES

Peculiari a Sacra Congregatione pro Episcopis lato decreto :

Die 15 Octobris 1979. — Exc. P. D. Lucae Moreira Neves, Episcopo titulari Feraditano maiori, Secretario eiusdem Sacrae Congregationis constituto, dignitas archiepiscopalis collata est.

SACRA CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE SEU DE PROPAGANDA FIDE

NOMINATIONES

Peculiaribus datis decretis, Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide ad suum beneplacitum renuntiavit :

Die 6 Iulii 1979. — Exc.mum P. D. Aloisium Accogli, Archiepiscopum titulo Trebanum, *Pro-Nuntium Apostolicum in Republica Bangladesana.*

Die 3 Augusti. — Exc.mum P. D. Patricium Mumbure Mutume, Episcopum titularem Arensem in Mauretania, *Administratorem Apostolicum « sede plena » Dioeceseos Umtaliensis.*

Die 23 Augusti. — Exc.mum P. D. Robertum Sarah, Archiepiscopum Konakriensem, *Administratorem Apostolicum Praefecturae Apostolicae Kankanensis.*

Die 25 Augusti. — Exc.mum P. D. Iosephum Ferraioli, Archiepiscopum titularem Volturnensem, *Pro-Nuntium Apostolicum in Beninensi Natione, insuper et Delegatum Apostolicum in Togano Statu.*

— Exc.mum P. D. Iustum Mullor García, Emeritensem Augustanum Archiepiscopum titularem, *in Republica vulgo «Niger» Apostolicum Pro-Nuntium.*

Die 8 Septembris. — Exc.mum P. D. Iustum Mullor García, Archiepiscopum titulo Emeritensem Augustanum, *Pro-Nuntium Apostolicum in Republica Voltensi.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza:

Martedì, **27** Novembre **1979,** S. A. R. **HASSAN BEN TALAL,** Principe Ereditario del Regno Hascemita di Giordania.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

31 ottobre 1979. Il sig. Georges B. Bene, *Consultore del Segretariato per i non credenti.*

8 novembre » S. E. Mons. Antonio Quarracino, Vescovo di Avellaneda, *Consultore della Pont. Commissione per l'America Latina.*

9 » » Mons. Orlando Di Jorio, *Promotore di Giustizia del Tribunale della Sacra Romana Rota.*

15 » » S. E. Mons. Lucas Moreira Neves, Arcivescovo tit. di Feradi maggiore e Segretario della S. Congregazione per i Vescovi, *Segretario del Sacro Collegio dei Cardinali.*

» » » Mons. Pietro Garlato, *Prelato Segretario del Vicariato di Roma.*

19 » » S. Em. il Signor Card. Silvio Oddi, Prefetto della S. Congregazione per il Clero, *Membro della Commissione Cardinalizia per i Pontifici Santuari di Pompei e di Loreto.*

» » » P. Eoger du Noyer, M.E.P., *Segretario del Pont. Consiglio «Cor Unum)).*

» » » P. Henri Forest, S.J., *Sottosegretario del Pont. Consiglio « Cor Unum ».*

27 » » Mons. Kaffaello Funghini, *Capo della Cancelleria del Tribunale della Sacra Romana Rota.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato :

Protonotari Apostolici soprannumerari:

15	giugno	1979.	Mons. Taillard Emilio (Lausanne, Genève et Fribourg).
10	agosto	»	Mons. Bermeo Basantes Antonio (Guayaquil).
»	»	»	Mons. Cepeda León Angel Maria (Guayaquil).

Prelati d'Onore di Sua Santità:

3	luglio	1978.	Mons. Deodato de Souza Alipio (S. Sebastiâo R. Janeiro).
»	»	»	Mons. De Oliveira Vasconcelos José Maria (S. Sebastiâo R. Janeiro).
9	settembre	»	Mons. Gomes Barbosa Raimundo (Natal).
»	»	»	Mons. Vanconcelos Vicente de Paulo (Natal).
14	»	»	Mons. Gomes Diniz Carvalho Joâo de Deus (Ruy Barbosa).
8	novembre	»	Mons. Vieira Soares Fernando (Palmeira dos Indios).
26	marzo	1979.	Mons. Britto Costa Benigno (Campos).
10	maggio	»	Mons. De Lorenzo Rodríguez Vicente (Madrid).
12	»	»	Mons. Tynan Michael (Limerich).
12	luglio	»	Mons. Mazzoli Aleardo (Bologna).
10	agosto	»	Mons. Paz Ruiz Manuel (Guayaquil).
18	settembre	»	Mons. Mayne Geoffrey Francis (Sydney).
31	ottobre	»	Mons. Morozzi Elio (Firenze).
6	novembre	»	Mons. Franci Aldo (Pienza).
»	»	»	Mons. Vegni Giotto (Pienza).
26	»	»	Mons. Cerri Vincenzo (Albano).
»	»		Mons. Lovrovich Giovanni (Albano).

Cappellani di Sua Santità:

3	luglio	1978.	Il sac. Charnel Antonio José (Leopoldina).
»	»	»	II sac. Gomes Caputo Ibrahim (Leopoldina).
19	»	»	II sac. Sampaio Pithon Manoel José (S. Salvador do Bahia).
31	»		II sac. Vieira da Cunha Aníbal Ademar (Cachoeiro do Itapemirim).
18	dicembre	»	II sac. Sanclimens Torras Antonio (Solsona).
8	gennaio	1979.	II sac. Afonso de Souza Eustaquio (Luz).
»	»	»	II sac. Chaves de Arazújo Waldemar (Luz).
11	»	»	II sac. De Almeida Antonio José (Amargosa).
9	febbraio	»	II sac. Aires Neto José (Mossoró).
	»		II sac. Cavalcanti Francisco de Sales (Mossoró).
»	»	»	II sac. Fernandes De Queiroz Ismar (Mossoró).
»	»	»	II sac. Mota da Silveira Amilcar (Mossoró).
22	»	»	II sac. Giunta Vincenzo (S. Marco Argentano - Scalea).
6	marzo		II sac. Gnadiec Sigismundo (Guarapuava).

5	ottobre	1979.	Il sac. Bocelli Ugo (Volterra).
9			Il sac. Candelaresi Armando (Ancona).
»		»	Il sac. Giostra Mario (Ancona).
»		»	Il sac. Severini Marino (Osimo).
14		»	Il sac. Carlino Biagio (Lecce).
31	»	»	Il sac. "De Daszkiewicz 0. Stanislaw A. (Ventimiglia).
»			Il sac. Purcel Lawrence M. (San Diego).
	»		Il sac. Vandelli Fosco (Firenze).
8	novembre		Il sac. Acampora Salvatore (Pompei).
»			Il sac. Adamo Giuseppe (Pompei).
6		»	Il sac. Mösl Stephen (Innsbruck).
16	»	»	Il sac. Pates Richard E. (Saint Paul and Minneapolis)
23			Il sac. Marcello Pietro Maria (Nuoro).
»			Il sac. Menne Rosario (Nuoro).

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha conferito :

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

1	ottobre	1979.	Al sig. Malouf Philip (Sydney).
6	novembre		Al sig. Losacco Franco *(Italia).*
8	»		Al sig. Molina Carlos Arturo *(Ecuador).*
10	»		Al sig. Giordano Francesco (San Severo).
»	»	»	Al sig. Perrotti Nicola (San Severo).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

12	maggio	1979.	Al sig. Roos Goffredo J. (Breda).
»	»	»	Al sig. Vehmeyer Joseph Maria Stephen (Bois-le-Duc).
4	luglio		Al sig. Choly William (Stamford).
»	»	»	Al sig. Jarema Stephen (Stamford).
»	»		Al sig. Nagurney Michael J. (Stamford).
10	agosto	»	Al sig. Vermeulen Hadrianus M. (Bois-le-Duc).
29	»		Al sig. Bassiri Davound M. *(Iran).*
19	settembre	»	Al sig. Van Gennip Judocus Johannes A. M. (Rotterdam)
10	ottobre	»	Al Sig. Ohanial Gilles (Lyon).
»	»	»	Al sig. Chauviré Etienne (Lyon).
16	novembre	»	Al sig. Borhan Kazém *(Iran).*

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

30	marzo	1979.	Al sig. Bonucci Vitorio (Sao Carlos).
»	»		Al sig. Nigro Arcangelo (Säo Carlos).
	»	»	Al sig. Rodrigues Vieira Florentino (Säo Carlos).
»		»	Al sig. Zavaglia José (Sâo Carlos).
4	luglio	»	Al sig. Feit Aloisius (Wien).
	»		AI sig. Karner Ernestus A. (Wien).

4	luglio	1979.	Al sig. Machatscher Herbertus (Wien).
	»	»	Al sig. Salomon Franciscus (Wien).
»	»	»	Al sig. Thiel Ladislaus (Wien).
19	»	»	Al sig. Ruedl Franz (Salzburg).
10	agosto	»	Al sig. Llingworth Baquerizo Gustavo (Guayaquil).
»	»		Al sig. Novoa Be jarano Gustavo (Guayaquil).
	»	»	Al sig. Pino Ycaza Antonio (Guayaqui').
»	»		Al sig. Plaza Luque José (Guayaquil).
		»	Al sig. Valdez Murillo Edmundo (Guayaquil).
»	»		A] sig. Vinueza Moscoso Julio (Guayaquil).
9	ottobre		Al sig. Mitidieri Antonio (Tursi-Lagonegro).
16	novembre	»	Al sig. Di Battista Piero (Grosseto).
26	»	»	Al sig. Di Gregorio Giuseppe (Roma).
28	»	»	Al sig. Balducci Giacomo (Perugia).

II Cavaiierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

4	maggio	1979.	Al sig. Huijman Franciscus Johannes (Roermond).
9	»	»	Al sig. Dietz Johann Peter (Rotterdam).
10	»	»	Al sig. Mchting Clemens Petrus (Utrecht).
12	»	»	Al sig. Wijnhoven Joseph Martinus W. (Bois-le-Duc).
22	»	»	Al sig. Vandekerkhove Michel (Bruges).
3	luglio		Al sig. Jesche Franz (Gurk).
»	»	»	Al sig. Hennen Joseph F. J. (Roermond).
»	»	»	Al sig. Neuwirther Raimund (Gurk).
»	»		Al sig. Smolak Anton (Gurk).
4	»	»	Al sig. Vermeer Jacobus P.W.E. (Bois-le-Duc).
7	»	»	Al sig. Borghouts Cornelis Wilhelm (Haarlem).
12	»	»	Al sig. Streli Alfred (Salzburg).
20		»	Al sig. Rohof Joannes P. (Utrecht).
26		»	Al sig. Coebergh Peter Marie (Roermond).
»	»	»	Al sig. De Roo Karel Chr. (Rotterdam).
»	»	»	Al sig. Schreurs Hubert Peter (Haarlem).
6	agosto		Al sig. Merkus Teodor A.W. (Roermond).
18	settembre	»	Al sig. Carminati Giuseppe (Bergamo).
19	»	»	Al sig. Bergen Gerard Jean (Rotterdam).
1	ottobre		Al sig. Wolf Franciscus (Linz).
3	- »	»	Al sig. Geens Alphonse (Malines-Bruxelles).
9		»	Al sig. Gillard Emile (Liège).
14	»	»	Al sig. Turine Marcel (Malines-Bruxelles).
18	»	»	Al sig. Pierre-Louis Constant (Port-au-Prince).
18	»	»	Al sig. Bisacci Eraldo (Fermo).
23	»	»	Al sig. Sacco Emmo (Orvieto).
»	»	»	Al sig. Anglo Oscar (Bacolod).
»	»	»	Al sig. Lopue Benjamin, Sr. (Bacolod).
»	»	»	Al sig. Uy Antonio (Bacolod).
27	»		Al sig. Vorgnano Mario (Roma).
8	novembre		Al sig. Elia Antonio (Pompei).

3 novembre 1979. Al sig. Simeoni Antonio (Albano).
10 » » Al sig. D'Orsi Leonardo (San Severo).
» » » Al sig. Irmici Aldo (San Severo).
13 » » Al sig. Van Acker Benedict (Gand).

NECROLOGIO

24 novembre 1979. Mons. Ambrogio Galbiati, Vescovo tit. di Seredelli.
25 » » Mons. Florentino Armas Lerena, Vescovo tit. di Macomades, Prelato già di Chota *{Però).*

An. et vol. LXXI 29 Decembris 1979 N. 16

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: **Palazzo Apostolico - Gttà del Vaticano** — *Administratio:* **Libreria Editrice Vaticana**

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I
MARINGAËNSIS

In Brasilia nova Provincia ecclesiastica conditur, Maringaënsis cognominanda.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quamquam est munus atque officium Romanorum Pontificum praecipuum integram Iesu Christi fidem proponere fidelibus, et propagare, et tueri ab errorum insidiis, attamen nemo non videt aptam dioecesium et provinciarum dispositionem haud parum conferre ad ipsius religionis augmentum, cum saepe per id commoda comparentur, minuantur incommoda. Qua re, cum Venerabiles Fratres Episcopi Regionis Australis II Conferentiae episcopalis Brasiliensis, unanimo consensu, ab hae Apostolica Sede petierint ut, divisa Provincia ecclesiastica Londrinensi, nova conderetur Maringaënsis, Nos, post auditos tum Venerabilem Fratrem Carmelum Rocco, Archiepiscopum titulo Iustinianopolitanum in Galatia et in Brasilia Nuntium Apostolicum, tum Venerabiles Fratres Nostros S. R. E. Cardinales Sacrae Congregationi pro Episcopis praepositos, haec decernimus. Maringaënsem dioecesim a Provincia ecclesiastica Londrinensi separamus, eamque in metropolitanis Ecclesiis

annumeramus, factis nempe iuribus atque oneribus propriis talium Ecclesiarum. Novam autem Provinciam constituent: ipsa Sedes Maringaënsis, atque dioeceses Campi Moranensis, Paranavaiensis et XJmuaramensis, quae erunt suffraganeae, ad iuris normas. Venerabilem praeterea Fratrem Iacobum Aloisium Coelho, Episcopum Maringaënsem, ad dignitatem archiepiscopalem eandemque metropolitanam evehimus, cum iuribus et honoribus iustis, oneribus congruis, certa spe fore, ut qui diligenter dioecesim administraverit, archidioecesim diligentissime regat. Ceterum, quae mandavimus, Venerabilis Frater Carmelus Rocco, cuius meminimus, ad exitum deducat, factis scilicet necessariis facultatibus quas poterit, si visum, alii legare, modo in ecclesiastica dignitate constituto viro. Re vero acta, documenta exarentur, quorum sincera exempla ad Sacram Congregationem pro Episcopis cito mittantur. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die sexto decimo mensis Octobris, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo nono, Pontificatus Nostri altero.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

© SEBASTIANUS Card. RAGGIO
S. Congr. pro Episc. Praefectus

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*
Angelus Lanzoni, *Proton. Apost. s.n.*

***Loco* £& Plumbi**
In Secret. Status tab., n. 80485.

II

CASCAVELLENSIS

Quibusdam territoriis e provincia ecclesiastica Curitibensi detractis nova ecclesiastica provincia « Cascavellensis » constituitur cuius Sedes eodem nomine vocata ad metropolitanae dignitatem evehitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Maiori Christifidelium sibi commissorum consulentes saluti sacrorum Antistites Regionis Australis II Conferentiae Episcoporum Brasiliensis ab hac Apostolica Sede petiverunt ut nonnullis ab ecclesia-

stica provincia Curitibensi separatis territoriis nova ecclesiastica provincia Cascavellensis constitueretur eiusdemque nominis Ecclesia ad metropolitanae dignitatem attolleretur. Nos igitur, audita sententia Venerabilis Fratris Carmeli Rocco, Archiepiscopi titulo Iustinianopolitani in Galatia, atque in Brasilia Apostolici Nuntii, consilioque petito a Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus Sacrae Congregationis pro Episcopis praepositis, haec Nostra decernimus auctoritate. Cascavellensem dioecesim ab ecclesiastica provincia Curitibensi seiungimus et ad dignitatem metropolitanae Sedis evehimus, congruis factis iuribus et privilegiis. Modo conditam provinciam archidioecesis ipsa Cascavellensis tamquam Sedes metropolitana constituet atque dioeceses Iguassuensis, Palmensis et Toletana in Brasilia, a provincia Curitibensi separatae, tamquam suffraganeae. Nos insuper Cascavellensem pro tempore Antistitem dignitate et gradu Metropolitae perpetuo insignimus, iuribus et privilegiis necnon oneribus et officiis auctum iuxta sacrorum canonum normas, quae ad omnes Metropolitas pertinent. Eiusdem praeterea Sedis Archiepiscopum et Metropolitam nominamus Venerabilem Fratrem Armandum Cirio, ad praesens Episcopum Cascavellensem, cui scilicet debita iura damus obligationesque imponimus, Archiepiscoporum et Metropolitarum propria. Haec autem quae statuimus ad effectum adducat Venerabilis Frater Carmelus Rocco, quem diximus, vel ab eo delegatus sacerdos, factis nempe necessariis facultatibus. Re vero acta, documenta exarentur, quorum sincera exempla ad Sacram Congregationem pro Episcopis cito mittantur, de more signata sigilloque impressa. Has vero Litteras sive nunc sive in posterum ratas esse volumus, contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die sexto decimo mensis Octobris, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo nono, Pontificatus Nostri secundo.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

SB SEBASTIANUS Card. BAGGIO
S. Congr. pro Episc. Praefectus

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Angelus Lanzoni, *Proton. Apost. s. n.*

Loco SS **Plumbi**
In Secret. Status tab., n. 8O486.

III

S ANT ABEMENS IS ET ALIAE

Praelatura Santaremensis et quaedam aliae ad gradum et dignitatem dioecesis evehuntur nominibus ac finibus ab unaquaque servatis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum praelaturae Santaremensis, Marabensis, Portus Veteris, Adaman teae, Pinerensis, Roraimensis, Formosensis, Carolinensis in Brasilia, Humaitensis, Petrosi Culminis, Rubiatabensis et Sanctissimae Conceptionis de Araguaia hisce praesertim temporibus ob fidelium catholicorum copiam atque religiosarum civiliumque rerum accessionem uberiores sint fructus consecutae, Conferentia Brasiliensis Episcoporum ab hac Sede petivit ut eaedem praelaturae gradu ac dignitate dioecesis locupletentur. Nos igitur de sententia Venerabilis Fratris Car meli Rocco, Archiepiscopi titulo Iustinianopolitani in Oalatia atque in Brasilia Apostolici Nuntii, deque consilio Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium qui Sacrae Congregationi pro Episcopis praepositi sunt praelaturas, quas diximus, ad gradum et dignitatem dioecesis attollimus, eadem servantes nomina iisdemque circumscriptas finibus quibus nunc terminantur. Haec insuper statuimus atque decernimus. Sedes episcopales novarum dioecesium iisdem in urbibus ponimus in quibus ad praesens praelaticiae Sedes exstant earumque templa ad dignitatem ecclesiarum cathedralium evehimus, congruis datis iuribus. Episcopis pro tempore omnia privilegia iuraque tribuimus eosque oneribus et obligationibus adstringimus, quae residentium Antistitum sunt propria. Conditas dioeceses iisdem metropolitanis Ecclesiis suffraganeas confirmamus, item Episcopos metropoliticae potestati Praesulum earumdem archidioecesium subicimus. Consultores dioecesani in unaquaque dioecesi deligantur, qui Episcopum consilio et opera iuvent donec Canonicorum Collegium, alias per Apostolicas Litteras condendum, instituatur. Episcopales mensas efiicient, pro sua quaque parte, Curiae emolumenta, fidelium collationes ac bona quae hucusque ad praelaticias mensas pertinuerunt. Quod attinet ad dioecesium regimen, administrationem, Vicarii Capitularis, sede vacante, electionem aliaque id genus, quae sacri canones praescribunt adamussim serventur.

De seminariorum autem constitutione censemus ut condantur iuxta communes leges Ecclesiae atque Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica, ratione quoque habita Decreti Concilii Vaticani II «Optatam totius». Novis in dioecesibus pastoralia incepta maximeque sacerdotales vocationes diligenti ita studio foveantur ut, suo tempore, selecti iuvenes Eomam mittantur in Pontificium Collegium Pium Brasiliense, philosophicis ac theologicis disciplinis imbuendi. Clerus vero illis olim praelaturis adscriptus, posthac suae quisque dioecesi addictus habeatur. Demum harum dioecesium Episcopos ac Pastores eosdem renuntiamus Praelatos qui hactenus memoratis praelaturis praeerant, quos et a superiore vinculo absolvimus. Haec quae per has Litteras iussimus, Venerabilis Frater Carmelus Rocco, quem diximus, ad exitum deducat, vel ab eo delegatus sacerdos. Qui negotium istud perfecerit, actarum rerum documenta conficiat ac sinceris exemplis Romam mittat, ad Sacram Congregationem pro Episcopis, debite subscripta sigilloque impressa. Hanc Nostram Constitutionem efficacem esse foreque volumus, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die sexto decimo mensis Octobris, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo nono, Pontificatus Nostri secundo.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

© SEBASTIANUS Card. RAGGIO
S. Congr. pro Episc. Praefectus

Godefridus Mariani, *Proton. Apost.*
Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Loco Çfa Plumbi
In Secret. Status tab., n. 30677.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabili Francisco Coli Beatorum honores decernuntur.

Illustris Decessor Noster Honorius Pp. III, qui Ordinem Fratrum Praedicatorum apostolica auctoritate probaverat, beato Dominico eiusque Fratribus scribens haec habet : « Is qui Ecclesiam suam nova semper prole fecundat, volens haec moderna tempora conformare prioribus, et fidem catholicam propagare, pium inspiravit vobis affectum,

quo, amplexi paupertatem et regularem vitam professi, verbi Dei exhortationi vacetis, evangelizantes per orbem nomen Domini nostri Iesu Christi » (MOPH XXV, 144). Haec autem fuit etiam nota ac proprietas venerabilis Servi Dei Francisci Coli ; cuius vitae singularis admodum pauca attingere placet. Natus est in pago Gombreny, qui est in dioecesi Vicensi, intra fines provinciae Geronensis, in Hispania, die duodevicesimo mensis Maii, anno MDCCCXII. Eius parentes fuerunt Petrus Coli atque Magdalena Guitart. Est autem postridie quam natus est baptizatus; atque anno MDCCCXVIII sacro Chrismate inunctus. Tenui loco ortus, pauperem adulescentiam egit, in agresti ac montano pago. At, ecce, mature Deus ad sacerdotium invitat, cuius adipiscendi gratia est Seminarium Vicense ingressus. Anno autem MDCCCXXX interiore voce impulsus, novicius Ordinis S. Dominici factus est, religiosa Domo «ab Annuntiata » exceptus quae Geronae erat ; atque ibi loci in studia theologica diligenter incubuit. Sed anno MDCCCXXXV est ab eo nido iniqua lege abstrae tus ; qua de re Franciscus Coli Vicum rediit; ubi die xxvin mensis Maii, anno MDCCCXXXVI, est sacerdotio initiatus. Facultatem vero consecutus a sui Ordinis Moderatore, Vicarium paroecialem egit primum quidem in pago Artes, deinde in loco Moya ; sed, cum ad praedicandum valde inclinaret, idcirco anno MDCCCXLIX, post acceptum a Summo Pontifice Pio IX munus ((Missionarii apostolici)), iam abdicato munere, ministerio verbi totus instituit, sede Vici perpetuo collocata. Quin etiam, anno MDCCCL est Moderator supremus Tertii Ordinis Dominicani renuntiatus totius Catalauniae. Ceterum, status eius semper is fuit, ut, quamquam erat Episcopo loci obnoxius, vinculis tamen Religiosae oboedientiae Ordini suo adhaeresceret. Nihil ergo mirum, si eo tempore ei officium datum est sacras Virgines sui Ordinis (Tertiarias dicunt) regendi. Tandem, anno MDCCCLXIX, apoplexi correptus, caecus factus est per sex circiter annos ; in quibus, quo maior et obscurior oculorum caligo, eo illustrior diffuso lumine nituit anima, quam die altero mensis Aprilis Deo restituit, anno MDCCCLXXV. Franciscum Coli triplici laude praecipue floruisse : viri missionarii, fundatoris, atque Sancti. Nam eius omnis labor eo tetendit, ut christianam fidem in Catalauniae finibus restauraret, quam bellum civile ac discordiae primum, deinde aucta regionis industria atque mercatura turbaverant, ac ceu ventus miscuerant. Cumque gentis indolem exploratam haberet, eius praedicatio per animos permanabat simplex et efficax, ac tantopere contulit ad christianam religionem eo saeculo in Europa revocandam. Fidelis autem Dei Servus, paupertate ac paenitentia fultus, omnes dioeceses Ca-

talauniae circumibat, praedicans Evangelium regni (cfr. *Mt.* 4, 23), solus interdum, cum aliis nonnumquam, in quibus aliquando fuit S. Antonius Maria Claret, operis comes dilectus. Verba autem Francisci, spei et amoris plena, Christifideles ad sacramenta, maxime Paenitentiae, sancte suscipienda parabant, quae ille plures saepe horas turbis administrabat. Admirabili vero studio atque cura celebrando Rosario B. M. V. instabat, quo tamquam forma simplici eademque apta praedicandae populo salutis uti consueverat. Neque haec eum avertebat a sua ipsius sanctitate quaerenda. Nam, etsi erat omni suorum destitutus auxilio, tamen « contra spem in spem credidit » *(Rom.* 4, 18) ; atque per rerum discrimina mille integra ac tenaci fide in Religione Dominicana stetit, quam fuerat professus. At vero, usus animorum varius, id effecit, ut paulatim conscientia constituendae novae Societatis Religiosae in eo emergerei, qua, redintegrata Dominicana pietate, mulieres doceret educare puellas, rusticas et urbanas, tot periculis incautae iuventuti imminentibus. Atque recte providit, ut hae Sorores, quas parabat, in scholis publicis magistrae docerent. Nata ergo, anno MDCCCLVI, Societas mulierum Dominicanarum, quam postea «ab Annuntiata» cognominavit ; cui viginti fere annos praefuit magister, pater, praesidium. Ceu arbor alita sole, nova Congregatio brevi fines protulit non modo per Hispaniam, sed etiam ad exteras nationes. Neque omittenda aut parvi facienda est, in eius laudem, Regula, quam sapienter scripsit, ad quamque voluit illas coram Deo ambulare. Si vero nunc ad eius virtutes penitus intendamus, iam invenimus illum verum Dei hominem fuisse, utpote cuius et mens, et cor, et voluntas a sensibilibus rebus abstracta, uni Deo adhaererent. Beato Dominico similis, Franciscus Coli ((cum Deo, vel de Deo semper loquebatur» (MOPH XVI, 161), egregia sane pietate suffultus, quam intenta contemplatione alebat, maxime Passionis Christi atque Beatissimae Matris cruciatuum. Neque abfuérunt ab eius vita dura paenitentiae certamina, quae et diutina et magna fuisse constat. Sed forti animo ((superavit propter eum qui dilexit nos » *(Rom.* 8, 37). Ad eius autem Beatificationis causam quod attinet, ea initia sumpsit anno MDCCCXXX, quo in dioecesi Vicensi de eius vita ac fama sanctitatis agi coeptum. Ea vero inquisitione absoluta, Processus Apostolicus de virtutibus actus est annis MDCCCCXLIII-MDCCCCXLV, cuius subsignata Commissio Causae fuerat anno MDCCCCXLI. Probatis autem virtutibus a Paulo VI P.M. die iv mensis Maii, anno MDCCCCLXX, de miraculis disceptatum est, rite. Quorum unum est ab eodem Decessore Nostro f.r. probatum die VII mensis Iulii a. MDCCCCLXXVII, qui cavit etiam

ut id satis esset ad Beatificationem. Quae tandem hodie celebrata est, Romae, in Petriano templo, una cum Beatificatione Servi Dei Iacobi Desiderati Laval. Mane ergo, inter Missam translaticiam formulam pronuntiavimus, quae est : « Nos, vota Fratrum Nostrorum Ioannis Margéot, Episcopi Portus Ludovici, et Raimundi Masnou Boixeda, Episcopi Vicensis, necnon plurium aliorum Fratrum in episcopatu, multorumque christifidelium explentes, de Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum consulto, auctoritate Nostra apostolica facultatem facimus, ut Venerabiles Servi Dei Iacobus Desideratus Laval et Franciscus Coli, Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die ipsorum natali : Beati Iacobi Desiderati Laval die ix Septembris, Beati Francisci Coli die n Aprilis, in locis et modis iure statutis, quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen»; atque sermonem de vita atque virtutibus Beatorum illorum habuimus. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die xxix mensis Aprilis, anno MDCCCCLXXVIIII, Pontificatus Nostri primo.

© AUGUSTINUS CASAROLI, Archiep. tit. Carthaginen.,
Pro-Secretarius Status

Loco £ß Sigilli

In Secret. Status tab., n. 29019.

II

Cathedrale templum archidioecesis Denveriensis « ab Immaculata Conceptione » ad Basilicae Minoris tollitur gradum.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Historicum ob suum momentum publice celebrata suamque pariter ob pulchritudinem late praedicata aedes cathedralis ab Immaculata Virginis Mariae Conceptione iam a primis initiis communitatis catholicae Denveriensis occupavit primum plane locum in pastorali episcoporum navitate, in cotidiana fidelium vita, in sacramentorum operumque liturgicorum dispensatione. Easdem vero laudes illustres — etiam coloratis vitris et effictis imaginibus et aeribus sacris largiter tributas — nuperius cumulavit immo duplicavit totius aedificii redintegratio atque accommodatio secundum Concilii Vaticani Secundi praecepta. Ut igitur ad ornatam sic novatamque archidioecesis propriae aedem principalem multo congruentior tandem

accederet liturgicus honor ac decor, Venerabilis Frater Iacobus Vincentius Casey, Ordinarius ipse Denveriensis, ab hac censuit Apostolica Sede impetrandam illi templo nominationem ac dignitatem Basilicae Minoris. Expensa proin tum causa rogationis tum rei convenientia, dum confidimus maiorem hinc fluxuram esse catholici Denveriensis populi utilitatem Christianique nominis prosperitatem, Nos ipsi de Sacrae Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino matura sententia deque potestatis apostolicae Nostrae plenitudine statuimus per hasce Litteras ut templum quod memoravimus Dei consecratum in honorem Beatae Mariae Virginis sub titulo Immaculatae Conceptionis intra archidioecesis Denveriensis fines, ad statum et condicionem Basilicae Minoris legitime evehatur singulis adiectis iuribus ac privilegiis quae aedibus isto nomine auctis iam rite conveniunt. Volumus tamen ut universa ea ad amussim observentur quae secundum Decretum « De titulo Basilicae Minoris» die vi mensis Iunii editum anno MCMLXVIII servari oportet. Contrariis quibusvis haudquaquam obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub anulo Piscatoris die III mensis Novembris anno MCMLXXIX Pontificatus Nostri secundo.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. 26526.

III

S. Franciscus Assisiensis caelestis Patronus oecologiae cultorum eligitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Inter sanctos praeclarosque viros qui rerum naturam veluti mirificum donum a Deo humano generi datum coluerunt, Sanctus Franciscus Assisiensis merito recensetur. Namque universa Conditoris opera singulariter ille persensit ac, divino quodam spiritu inflatus, pulcherrimum illud cecinit « Creaturarum Canticum » per quas, fratrem solem potissimum ac sororem lunam caelique stellas, altissimo, omnipotenti bonoque Domino debitam tribuit laudem, gloriam, honorem et omnem benedictionem. Peropportuno igitur consilio Venerabilis Frater Noster Silvius S. R. E. Cardinalis Oddi, Sacrae Congregationis pro Clericis Praefectus, nomine praesertim sodalium Consociationis Internationalis vulgo ((Planning environmental and ecolo-

gycal Institute for quality life» nuncupatae, petivit ab hac Apostolica Sede ut Sanctus Franciscus Assisiensis Patronus apud Deum oecologiae cultorum ediceretur. Nos quidem de sententia Sacrae Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, Sanctum Franciscum Assisiensem oecologiae cultorum Patronum caelestem renuntiamus, omnibus adiectis honoribus congruisque liturgicis privilegiis. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, decernentes praesentes Litteras religiose servari suosque effectus sive nunc sive in posterum habere.

Datum Roma, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die undetricesimo mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo nono, Pontificatus Nostri secundo.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. 29259.

HOMILIAE

I

In Patriarchali Basilica Liberiana, seu S. Mariae Maioris, inter Missarum sollemnia habita.*

1. ((Benedetto sia Dio, Padre del Signore nostro Gesù Cristo, che ci ha benedetti con ogni benedizione spirituale ... in Cristo. In lui ci ha scelti prima della creazione del mondo per essere santi e immacolati al Suo cospetto »-[1]

